

REESE LIBRARY

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Received *Mar. 27* 1973

Accession No. 50808 (L.S. No. )

PA

6105

V24

v.136

**Southern Branch  
of the  
University of California  
Los Angeles**

Form L 1

PA

6105

V24

v.136

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26

Digitized by the Internet Archive  
in 2007 with funding from  
Microsoft Corporation



102726 102727

102728 102729 102730 102731

102732

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

VOL. VII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1000 S. EAST ASIAN LIBRARY

CHICAGO, ILL. 60607

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

CHICAGO, ILL. 60607

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

1970



LIBRARY OF CALIFORNIA  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

75957

VOLUMEN SEPTIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE DIVISION OF THE PHYSICAL SCIENCES

5720 S. UNIVERSITY AVE. CHICAGO, ILL. 60637

ACQUISITION DEPARTMENT

BOOKS RECEIVED

DATE RECEIVED

BY

50808

UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

PHYSICAL SCIENCES

CHICAGO, ILL.

73



proprietas et ipse: in terra<sup>1</sup> serpunt caules, a radice emissi, lato folio et spinoso. Caules vocant<sup>v</sup> cactos: nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque. Unum caulem<sup>2 w</sup> rectum habent, quem vocant pternica, ejusdem suavitatis, sed vetustatis<sup>x</sup> impatientem. Semen ei<sup>y</sup> lanuginis, quam<sup>3</sup> pappo vocant: quo detracto et cortice, teneritas similis cerebro palmæ est: vocant ascalian.<sup>z</sup>

LVIII. Tribulus non nisi<sup>a</sup> in palustribus nascitur, dira res alibi, juxta<sup>1</sup> Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. At in reliquo<sup>b</sup> orbe genera duo: uni cicerulæ<sup>2 c</sup> folia, alteri aculeata.<sup>d</sup> Hic et serius<sup>e</sup> floret,<sup>3</sup> magisque septa obsidet villarum. Semen ei<sup>f</sup> rotundius, nigrum, in siliqua: alteri arenaceum.<sup>4 g</sup> Spinorum etiamnum aliud genus anonis.<sup>5 h</sup> In ramis enim spinas habet, apposito<sup>6</sup>



CAP. LVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et ipsa, cujus in terra Gronov. et al. vett.—2 *Alium præterea caulem* Dalec.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *lanugine obvolutum quam*, e Theophr. *quam deest* in Vet. Dalec.

CAP. LVIII. 1 Vet. Dalec. *alibi. Juxta*; alii vett. ap. Dalec. *alicubi. Juxta. Mox, Vet. Dalec. amnes recipitur in cibos, inclinatur.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ciceris*, e Theophr.—3 *Ibid. ex eodem, germinat.*—4 Gronov. *harenaceum.*—5 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. ononis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 Margo edd. Dalec. et

NOTÆ

<sup>v</sup> *Caules vocant*] Theophr. loc. cit. cactus vocari similiter tradit, in cibis gratos, si decorticentur, nonnihil subamaros, muria condiri et inveterari.

<sup>w</sup> *Unum caulem*] Theophr. Ἐτερον δὲ καυλὸν ὄρθρον ἀφήσιν, ὃν καλοῦσι πτέρυκα.

<sup>x</sup> *Vetustatis*] Qui sale, ut ceteri, condiri nequeat.

<sup>y</sup> *Semen ei*] Hæc Theophr. ad verbum, loc. cit.

<sup>z</sup> *Vocant ascalian*] Theophr. Καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσκαλίαν.

<sup>a</sup> *Tribulus non nisi*] Hæc tribuli plantis descriptio petita est e Theophr. Hist. iv. 11. Ὅ δὲ τρίβολος αὐτὸς ἐν τῷ ἴδατι νεβει εἰς βυθὸν τὸ δὲ φύλλον ἐστὶ πλατὺ, προσεμφορὲς τῷ τῆς πελέας, μίσ-

Delph. et Var. Clus.

χον δὲ ἔχει σφόδρα μακρόν.

<sup>b</sup> *At in reliquo*] Hæc deinceps e Theophr. Hist. vi. 5.

<sup>c</sup> *Uni cicerulæ*] Hoc est, ciceris exigui, ut diximus xix. 61. Theophr. loc. cit. τὸ μὲν γὰρ ἔχει φύλλον ἐρεβινθῶδες. Tribulus terrestris est Clusii, Rarior. Plantar. l. vi. p. 141. et Dodonæi c. 547.

<sup>d</sup> *Alteri aculeata*] Quem idcirco φυλλάκανθον vocat. Magnam hinc habet affinitatem cum tribulo Dioscoridis iv. 15.

<sup>e</sup> *Hic et serius*] Theophr. loc. cit. Diosc. item loc. cit.

<sup>f</sup> *Semen ei*] Theophr. loc. cit.

<sup>g</sup> *Alteri arenaceum*] Σησαμῶδες dixit Theophr. *sesamæ vicinum*. Est fortas-

folio<sup>i</sup> rutæ simili, toto caule foliata<sup>7</sup> in modum coronæ: sequitur a frugibus,<sup>j</sup> aratro inimica,<sup>8</sup> vivaxque præcipue.<sup>k</sup>

LIX. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt,<sup>l</sup> ut ejus quam coronopum<sup>m</sup> vocant. E diverso stant,<sup>n</sup> anchusa inficiendo ligno cerisque<sup>o</sup> radice apta, et e mitioribus anthemis,<sup>o</sup> et phyllanthes,<sup>2</sup> et anemone, et aphace. Caule foliato<sup>p</sup> est et crepis, et lotos.<sup>3</sup>

//////////

Gronov. *appositas*, e Theophr.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *foliatum* Gronov. et vulgg.—8 Cod. Dalec. *secatur aratro*, *frugibus inimica*; Turneb. et Chiff. *Sequitur aratra, frugibus inimica*.

CAP. LIX. 1 'Ms. *ceterisque*; sed nil mutandum ostendit ult. cap. hujus libri.' Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aphyllantes*, e Theophr.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *crepis et apate* Gronov. et vulgg. 'Apud

#### NOTÆ

sis ei tribulo, ob formam *σησαμῶδες*, ob duritiam idem *ἀμυῶδες*.

<sup>h</sup> *Spinosorum* . . . *anomis* [*ononis*] Græcis *ὄνωις*, de qua quæ hic referuntur, hausta e Theophr. sunt, Hist. vi. 5. Dioscoridi III. 21. 'Ἄνωις, οἱ δὲ ὄνωιδα καλοῦσι. Herbariis nunc *Resta bovis*, *Arrête-bœuf*, quod in opere boves subinde sistat, nominatur: frustra negante Anguillara par. VIII. p. 147. Delineatur a Dodonæo, p. 731.

<sup>l</sup> *Apposito folio*] *Appositumque spinis folium* habet rutæ simile, *ἔστι πορθάκανθον, . . . φύλλον ἔχει πηγανῶδες, παραπεφυκὸς παρ' ὕλον τὸν καυλόν, ὥσπερ στεφάνου τὴν δλην εἶναι μορφήν διαλαμβανομένην ὑπ' ἀλλήλων. Ramis aculeigera est, . . . folio rutæ similis, sed per totum apposito caulem, ut veluti coronum ex intervallis tota species representet.*

<sup>j</sup> *Sequitur a frugibus*] Post fruges in segetibus atque cultis sponte nascitur, &c. Theophr. loc. cit.

<sup>k</sup> *Vivaxque præcipue*] Theophr. loc. cit. Καὶ ἐτι δυσώλεθρος, difficile tota evellitur, excinditurve.

<sup>l</sup> *Per terram serpunt*] Hoc est, ut ipse ait XVIII. 10. earum caules sparguntur per terram, si non habeant ad-

miniculum, ut pisa. Hæc alio e fonte Plinius, quam e Theophrasto.

<sup>m</sup> *Coronopum*] Diosc. II. 158. Κορωνόπους πρόμηκες βοτάνιον κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐστρωμένον, *herbula humi strata*. Ea est, quam nostri Cornu Cervi vocant, *Corne de Cerf*, ut placere video Scaligero, in lib. II. Theophr. de Causis Plant. cap. 8. p. 117. aliisque omnibus. Pingitur a Dodonæo, p. 110. In multis Italiæ locis *Herba stella* dici auctor est Anguillara par. 7. p. 115.

<sup>n</sup> *E diverso stant*] Per terram non serpit istarum caulis, anchusæ, anthemidis, &c. De anchusa dicetur libro seq. c. 23.

<sup>o</sup> *Anthemis*] Græcis, ἀνθεμις, φυλλανθὲς, ἀφάκη. De anthemide, libro seq. c. 26. Φυλλανθὲς Gaza frondifloram reddidit: Jacea nigra Dodonæi est p. 124. Ἀφάκην esse eam, quam rura nostra agrestem vician vocant, scribit Ruellius lib. II. p. 395. Ἀνεμώνην, ob floris præstantiam et pulchritudinem passiflorem appellari, *Passefleurf*, p. 428. Diversa hæc ab aphace intubacea est, de qua superius cap. 52.

<sup>p</sup> *Caule foliato*] Vide Notas et E-

LX. Differentia<sup>q</sup> foliorum et hic quæ in arboribus, brevitæ pediculi ac longitudine, angustis ipsius folii, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior<sup>r</sup> hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacæ, onochili.<sup>t</sup> Multis inter hæc<sup>s</sup> æterna folia, sicut quibusdam arborum, imprimisque heliotropio, adianto, polio.<sup>2</sup>

LXI. (XVII.) Aliud rursus<sup>t</sup> spicatarum genus, ex quo est cynops,<sup>u</sup> alopecuros,<sup>v</sup> stelephuros, (quam quidam ortygem<sup>2</sup> vocant, alii plantaginem, de qua plura dicemus<sup>3</sup> inter medicas,) thryallis.<sup>w</sup> Ex iis alopecuros spicam habet mollem, et lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, unde ei et nomen. Proxima est ei<sup>x</sup> et<sup>4</sup> stelephu-



Theophr. Hist. Plant. lib. VII. legitur quidem, κρηπὶς, ἀπάτη, sed legendum, κρηπὶς, ἀφάκη. Vide Lexicon J. C. Dalec.

CAP. LX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *onochite* Chiffi. *onocheili* Diosc. *onocichlæ* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *heliotropio*, *polio*, *adantho* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *heliotropio*, *adantho*. Aliud, &c. Gronov. et vulgg.

CAP. LXI. 1 Ita Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *ex quo cynops* Franz. Mox, Dalec. *stlephuros* et *plantago*, *quam quidam ortyga vocant*, de qua, &c. e Theophr. correcto, Hist. VII. 10.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ortyga* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *infra dicemus*.—4 *Proxime est* et Chiffi.—5 Vet. Dalec. *germant*.

#### NOTÆ

mend. num. II. *Crepis* inter ignotas herbas censetur.

<sup>q</sup> *Differentia*] Theophr. Hist. VII. 9.

<sup>r</sup> *Diuturnior*] Theophr. loc. cit. de ἀκίμφ, ἡλιοτροπίω, κιχωρίω. De ἀφάκη, et ὄνοχειλεί, c. 10.

<sup>s</sup> *Multis inter hæc*] Ex Theophr. Hist. VII. 10. Ἀείφυλλα τῶν τοιοῦτων ἐστὶν ἔνια, καθάπερ τὸ πόλιον, καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ ἀδιαντον.

<sup>t</sup> *Aliud rursus*] Theophrasto, loc. cit. Σταχνώδη μὲν οὖν ἐστίν, ὃ τε χήρων (alii κύνωψ) ὑπὸ τιῶν καλούμενος, τελείους ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ· καὶ ὁ ἀλωπέκουρος, καὶ ὁ στελέφουρος, ὑπ' ἐνίων δὲ ἀνόλωσσον, τῶν δὲ ὕρτυξ καλούμενος. Παρόμοιον δὲ τοῦτῳ τρόπον τινὰ καὶ ἡ θρυαλλίς.

<sup>u</sup> *Cynops*] In Mss. *stanyps*. In Indice, *stanypopos*. Theophrasti codices hac parte vitiati. Quia sub eo nomine ignota est hæc herba nobis, auspicate nihil geri potest.

<sup>v</sup> *Alopecuros*] Quasi caudam vulpium dixeris, *Queue de renard*. Pingitur a Dodonæo, pag. 532. Rura caudati frumenti nomine norunt.

<sup>w</sup> *Thryallis*] Hæc θρυαλλίς spicata, omnino pimpinella sanguisorba Dodonæi est, pag. 105. *La Pimprenelle*.

<sup>x</sup> *Proxima est ei*] Theophr. loc. cit. Ὅμοιος δὲ τοῦτῳ καὶ ὁ στελεφεφούρος· πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκείνος ἀνθεὶ κατὰ μέρος, ἀλλὰ δι' ὅλου τοῦ στάχυος, ὥσπερ ὁ πυρός. *Huic plantago similis est, nisi quod florem non quemadmodum illa particulatim*

ros, nisi quod illa particulatim floret. Cichorium, et similia, circa terram folia habent, germinantibus<sup>5</sup> ab radice post Vergilias.<sup>7</sup>

LXII. Perdicium<sup>a</sup> et aliæ gentes, quam Ægyptii,<sup>1</sup> edunt: nomen dedit avis, id maxime eruens. Crassas plurimasque habet radices. Item ornithogale,<sup>b</sup> caule tenero, candido, semipedali<sup>2</sup> radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor<sup>c</sup> agnatis. Coquitur in pulte.

LXIII. Mirum, loton<sup>d</sup> herbam, et ægilopa, non nisi post annum e semine suo nasci. Mira et anthemidis<sup>e</sup> natura, quod a summo florere<sup>1</sup> incipit, cum ceteræ omnes, quæ particulatim florent, ab ima sui parte incipient.

LXIV. Notabile et in lappa,<sup>f</sup> quæ adhærescit,<sup>1</sup> quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, et intra seminat,<sup>2</sup> velut animalia, quæ in se pariunt. Circa



CAP. LXII. 1 *Perdicio, quam et Æoliæ gentes, et Ægyptii* Vet. Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sesquipedali*, e Diosc.

CAP. LXIII. 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *flöre* cod. Chiff. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.

CAP. LXIV. 1 Vet. Dalec. *quæ vestibis adhærescit*.—2 Ita codd. Harduini

#### NOTÆ

*edit, sed per totam spicam, tritici modo.*

<sup>7</sup> *Post Vergilias*] Post Vergiliarum exortum, de quo xviii. 66.

<sup>a</sup> *Perdicium*] Aliunde hoc Plinius quam a Theophrasto, qui de perdicio hoc solum tradit: crassas id habere radices, pluresque quam folia: nomen ei ea re esse, quod perdes ad id se volent, terramque suffodiant. De hoc perdicio dicitur iterum xxii. 19. Diversum illud a Celsi perdicio, de quo cap. 104. hujusce libri.

<sup>b</sup> *Ornithogale*] Hæc totidem verbis Dioscor. ii. 174. Ὀρνιθόγαλον κανάλιον ἐστὶ, κ. τ. λ. Depingitur a Dodonæo, pag. 221. Est in horto Regio. Tota nasci Italia tradit Anguillara par. vii. pag. 117.

<sup>c</sup> *Tribus aut quatuor*] Tribus aut quatuor in cacumine mollibus agna-

tis, sen propaginibus, unde flores prodeunt: Ἄνω παραφυάδας ἔχον τρεῖς ἢ τέσσαρας ἀπαλὰς, ἀφ' ὧν ἔνθη, κ. τ. λ. Dioscor. loc. cit. Potest et Plinii locus accipi de bulbis minoribus, qui majori adnascuntur.

<sup>d</sup> *Mirum, loton*] Hoc e Theophr. Hist. vii. 12. καθάπερ τὸν αἰγίλοπα φασὶ, καὶ τὸν λωτὸν. Ægilops bulbi genus est, cujus facta jam superius mentio, xix. 30.

<sup>e</sup> *Mira et anthemidis*] Theophr. Hist. vii. 13.

<sup>f</sup> *Notabile et in lappa*] Theophr. Hist. vii. 14. Lappa, Græciis ἀπαρίνη: nostris, de la Bardane, du Glouteron. Contactu vestibis adhærescit, quare φιλόδρωπος ab Aëtio appellatur. A Dodonæo pingitur pag. 38.

<sup>8</sup> *Et intra seminat*] Vide Notas et Emend. num. 12.

Opuntem<sup>3</sup> Opuntia<sup>h</sup> est herba, etiam homini dulcis. Mirumque<sup>1</sup> e folio ejus radicem fieri, ac sic eam nasci.

LXV. Iasione<sup>j</sup> unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. Chondrylla<sup>k</sup> amara est, et acris in radice succi.<sup>1</sup> Amara<sup>1</sup> et aphace, et quæ picris<sup>m</sup> nominatur, et ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo imposuit.

LXVI. Notabilis<sup>n</sup> et scillæ crocique natura, quod cum omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in iis caulis prior intelligitur,<sup>1</sup> quam folium. Et in croco quidem flos impellitur caule: in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eademque ter floret, ut diximus,<sup>o</sup> tria tempora arationum<sup>2</sup> ostendens.



et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et intra seminant* Chiffi. *intra se germinat* Gronov. et vulgg. Mox, *quæ intra se pariunt* Vet. Dalec.—3 Hæc duo verba, *Circa Opuntem*, non leguntur in cod. Dalec.

CAP. LXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *acris in r. succo* Gronov. et vulgg.

CAP. LXVI. 1 Vet. Dalec. *mox in caulem attollantur, in iis c. p. detegitur*; al. vett. ap. Dalec. *mox in c. protrudantur, &c. impellitur*.—2 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Opuntia*] Hanc depictam egregie vide in Eystettensi horto. Habet hæc Theophr. Hist. 1. 12.

<sup>1</sup> *Mirumque*] Quod et de ficu. Indica, quæ est in Eystettensi horto, narrant ii qui in eo opere ejus horti plantas ἀνόπται testes descripserunt. De ficu Indica hoc ipsum Plinius admonuit XII. 11. De Euphorbio quoque narrant hodierni Herbarii. Vide Dodon. pag. 375.

<sup>j</sup> *Iasione*] Theophr. Hist. 1. 21. Ἐνια δὲ μονόφυλλα φύεται, διαγραφὴν ἔχοντα μόνον τῶν πλειόνων, ὥσπερ τὸ τῆς ἰασιώνης. Florem iasiones ait unico constare folio, sed similitudinem plurium foliorum in ambitu ostendere: est enim, ut lilium, fere calathi figura. Vulgo Campanulas vocant, *Clochettes*. Vide quæ dicturi sumus XXI. 39.

<sup>k</sup> *Condrylla*] Quæ intybi agrestis

genus est, ut diximus cap. 52. Theophr. Hist. VII. 11. Ἡ χυνδρύλλα . . . ἄβρωτος, καὶ ἐν τῇ βίβλῃ δριμὺν ὄπῶν ἔχει καὶ πολὺν.

<sup>1</sup> *Amara*] Theophr. loc. cit. Ἄβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἢ ἀφάκη. Aphace hæc intubacea est, de qua cap. 52.

<sup>m</sup> *Et quæ picris*] Theophr. Ὠσαύτως δὲ καὶ ἡ πικρίς, καὶ γὰρ αὕτη τῷ ἤρι ἀνθεῖ, καὶ παραπλησία δὲ ἔλου τοῦ χειμῶνος, καὶ τοῦ θέρουσ παραθεῖ τῇ γεύσει δὲ πικρά διδὸ καὶ τοῦνομα εἴληφε. Quæ Plinius totidem fere verbis. Est autem *picris* hæc non sylvestre intubum, de quo diximus VIII. 41. sed peculiare quoddam genus, necdum satis nobis compertum, quod rotundo esse folio dicitur XXI. 31. quale ex intybis nullum habet.

<sup>n</sup> *Notabilis*] Hæc sunt petita pariter ex Theophr. Hist. VII. 12.

<sup>o</sup> *Ut diximus*] Lib. XVIII. cap. 65.

LXVII. Bulborum generi quidam annumerant<sup>p</sup> et cypiri, hoc est, gladioli, radicem. Dulcis ea est,<sup>q</sup> et quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosiorque simul subacta. Non dissimilis<sup>r</sup> est<sup>t</sup> et quæ thesion vocatur, gustu aspera.

LXVIII. Ceteræ ejusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum<sup>a</sup> et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur, et semine tosto,<sup>b</sup> et bulbo: sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito: præterea tuso<sup>c</sup> cum ficis, præcipua voluptate, ut videtur Hesiodo.<sup>d</sup> Traditur<sup>e</sup> et ante portas villarum satum, remedio esse contra veneficiorum noxiam. Asphodeli mentionem et Homerus<sup>e</sup> fecit. Radix ejus napis modicis similis est: neque alia numerosior, LXXX. simul<sup>f</sup>



Franz. *orandi* margo edd. Dalec. et Gronov. e Virgil. *arationis* e Theoph. *ibid. sationum* Gronov. et vulgg.

CAP. LXVII. 1 Cod. Dalec. *subacta. Similis est.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *Similis et quæ Thesion vocatur, gustu, &c.* e Theophr. Vid. Nott. Var.

CAP. LXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *toto* Gronov. et vulgg.—2 *Tradunt* Chiffli. Mox,

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Quidam annumerant*] Quoniam scilicet radix bulborum similitudinem habet, ut ait Diosc. iv. 20. qui illud ξίφιον vocat, sen gladiolum, et μαχαίρωνιον, a gladii figura: Theophr. Hist. vii. 11. φάσγανον. Est gladiolus utrimque floriferus apud Dodon. pag. 209. Est in horto Regio. Nec κύπερος Græcorum is, nec κύπερος fuit: sed Latiorum duntaxat: Apuleius cap. 46. 'Græcorum quidam xiphion, alii phasganon vocant, Itali gladiolum dicunt.' Scribonius Largus Compos. 20. num. 82. 'Cypiri radices, quem nos gladiolum appellamus.'

<sup>q</sup> *Dulcis ea est*] Theophr. loc. cit. 'Ἄλλ' ἢ τοῦ φασγάνου καλουμένου γλυκεῖα τε βίζα ἐψηθεῖσα, καὶ τριφθεῖσα, μίγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ, ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὸν καὶ ἄσινῃ.

<sup>r</sup> *Non dissimilis*] Theophr. loc. cit.

'Ἡ δὲ τοῦ θησείου τῇ μὲν γεύσει πικρὰ, τριβομένη δὲ κοιλίαν ἀποκαθαίρει. Similem gladiolo hanc herbam Plinius ait esse, quoniam pariter bulbosa est. Radix est cava minor Dodonæi, pag. 325.

<sup>a</sup> *Asphodelus oblongum*] Sunt ista pariter a Theophr. Hist. vii. 12. Gallis *Asphodello*. Iconem apud Clusium vide lib. ii. pag. 196. Est in horto Regio.

<sup>b</sup> *Et semine tosto*] Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ ἀνθερικὸς ἐδάδιμος σταθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον.

<sup>c</sup> *Præterea tuso*] Theophr. loc. cit.

<sup>d</sup> *Hesiodo*] Ἔργων vs. 41. Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἤμισυ παντὸς, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειρα.

<sup>e</sup> *Homerus*] Odyss. A. 538. et Ω. 13.



acervatis sæpe bulbis. Theophrastus, et fere Græci, princepsque Pythagoras, caulem ejus cubitalem, et sæpe duum cubitorum, foliis porri <sup>g</sup> sylvestris anthericon vocavere: radicem vero, id est, bulbos, asphodelon. Nostri illud album <sup>h</sup> vocant, et asphodelum hastulam regiam, caulis acinosi: <sup>i</sup> ac duo <sup>3</sup> genera faciunt. Albuco est scapus <sup>j</sup> cubitalis, amplus, purus, lævis. De quo Mago præcipit, exitu mensis Martii, et initio Aprilis, cum floruerit, nondum semine ejus intumescente, demetendum: findendosque scapos, et quarto die in Solem proferendos: ita siccatis manipulos faciendos. Idem <sup>4</sup> pistanam dicit a Græcis vocari, quam inter ulvas sagittam appellamus. <sup>k</sup> Hanc ab Idibus Maii usque ad finem Octobris mensis decorticari, atque leni Sole siccari jubet. Idem et gladiolum alterum, quem cypiron oocant, et ipsum palustrem, <sup>1</sup> Julio mense toto <sup>5</sup> secari jubet ad radicem, tertioque die in Sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante Solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis nocturni rores nocent.

LXIX. (XVIII.) Similia præcipit et de junco, quem ma-

//////////

contra v. noxam Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *illos album vocant, et caulem hastulam regiam, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. *asphodelon. Hastula regia ea est et caulis acinosi. Ejus duo cod. Dalec. hastulam regiam. Ea est et caulis acinosi. Ejus duo Gronov. et vulgg.*—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *item edd. vett. et Gronov.*—5 *Vox toto deest in cod. Dalec. Paulo post, Chiffi. tertioque dein sole.*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> LXXX. simul] Centenarium sæpe numerum excedere ait Matthiolum in Diosc. lib. II. pag. 602.

<sup>g</sup> Foliis porri] Diosc. II. 199. φύλλα ἔχων πρᾶσιν μεγάλη ὁμοία.

<sup>h</sup> Nostri illud album] Scribonius Largus Compos. 154. 'Hastulæ regię, quam ἀσφῶδελον Græci dicunt.' Apuleius cap. 32. 'A Græcis dicitur asphodelos, Latinis hastula regia, ali- quibus albumus.'

<sup>i</sup> Caulis acinosi] Ferentis semen rotundum, instar acinorum. Diosc.

loc. cit. καρπὸν δὲ στρογγύλον.

<sup>j</sup> Albuco est scapus] Dioscor. loc. cit. levoris modo scapi meminit: καυλὸν δὲ λεῖον.

<sup>k</sup> Sagittam appellamus] Recentiores sagittalem: alii Lingnam serpentis. Pingitur a Dodonæo pag. 577. Pata-vii frequentem esse ait Anguillara par. XI. pag. 182.

<sup>1</sup> Et ipsum palustrem] Quemadmodum et palustris sagitta est, de qua dictum proxime. Forte gladiolus est aquatilis Dodonæi, pag. 590.

riscon<sup>a</sup> appellat,<sup>1</sup> ad texendas tegetes: et ipsum Junio mense eximi ad Julium<sup>2</sup> medium præcipiens. Cetera de siccando, eadem quæ de ulva suo loco diximus.<sup>b</sup> Alterum genus<sup>c</sup> juncorum facit,<sup>3</sup> quod marinum,<sup>4</sup> et a Græcis oxy-schœnon vocari invenio. Tria genera ejus:<sup>d</sup> acuti, sterilis, quem marem, et oxyn Græci vocant: reliqua fœminini,<sup>e</sup> ferentis semen nigrum, quem melancranin vocant.<sup>5</sup> Crassior hic et fruticosior: magisque<sup>6</sup> etiamnum tertius, qui vocatur holoschœnos.<sup>f</sup> Ex his melancranis<sup>g</sup> sine aliis generibus nascitur. Oxys autem et holoschœnos eodem cespite. Utilissimus<sup>7</sup> h<sup>h</sup> ad vitilia holoschœnos, quia mollis et carnosus est. Fert fructum<sup>i</sup> ovorum<sup>8</sup> cohærentium modo. Nascitur autem<sup>j</sup> is, quem marem appellavimus,<sup>9</sup> ex semetipso, cacumine in terram<sup>k</sup> defixo: melancranis autem suo semine.



CAP. LXIX. 1 Ita codd. Hardnini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quem *mariscum* appellant Chiffi. quem *mariscum* appellant edd. veti. et Gronov. —2 Cod. Dalec. ante *Julium*.—3 Dalec. *faciunt*.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aquaticum*, e Theophr.—5 Chiffi. *melacraniam* appellant.—6 *Magis magisque* Chiffi.—7 *Utilissimus* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ῥων*. Alii ap. Dalec. *sorborum*.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Ita quoque Chiffi. *appellamus* Gronov. et vulgg.—

#### NOTE

<sup>a</sup> *Quem mariscum*] *Mariscus* juncus, major juncus videtur esse, ut ficum *mariscam* majorem ficum esse diximus xv. 19.

<sup>b</sup> *Suo loco diximus*] Lib. xviii. cap. 67. ubi de fœni sectione ac siccatione agitur.

<sup>c</sup> *Alterum genus*] Hæc a Theophr. Hist. iv. 13.

<sup>d</sup> *Tria genera ejus*] Totidem verbis hæc Theophr. loc. cit.

<sup>e</sup> *Reliqua fœminini*] Nempe melancranis, et holoschœnos: utrumque enim fert nigrum semen. Diosc. iv. 52.

<sup>f</sup> *Holoschœnos*] Ὀλόσχοινος, idem qui juncus *mariscus*. Sic Theophr. loc. cit. et Dioscor. iv. 52. Pingitur a Dodonæo, pag. 595.

<sup>g</sup> *Ex his melancranis*] A nigro fruc-

tu seu semine id ei nomen. Theophr. loc. cit. Ἡ μὲν οὖν μελαγκρανὶς αὐτὸς τις καθ' αὐτὸν ὁ δ' ὀξὺς καὶ ὀλόσχοινος ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐκχυρώματος φύονται. *Melancranis per se suo genere provenit: acutus autem, atque holoschœnus eodem ex cespite exeunt.* Hesychius: Μελαγκρανὶς, ὀξύσχοινος.

<sup>h</sup> *Utilissimus*] Theophr. loc. cit.

<sup>i</sup> *Fert fructum*] Theophr. Κάπειτα ἐκτίκει καθάπερ ὄσιν.

<sup>j</sup> *Nascitur autem*] Is nempe, quem oxyn, acutum, sterilem, et marem appellavit.

<sup>k</sup> *Cacumine in terram*] Bulbi nempe radicis cacumine in terram defixo, ex quo junci radices quotannis pullulant. Hæc enim Græci scriptoris sententia est, a quo fonte hæc derivata, cum ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου

Alioqui<sup>10</sup> omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Usus ad nassas marinas, vitilium elegantiam,<sup>11</sup> lucernarum lumina, præcipua medulla, amplitudine juxta maritimas Alpes tanta, ut inciso ventre impleant<sup>12</sup> pæne unciarum<sup>m</sup> latitudinem: in Ægypto vero cribrorum longitudinem, non aliis<sup>n</sup> utiliorem.<sup>13</sup>

Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli: cyperon vocant. Multi vero non discernunt a cypiro vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. Cypirus<sup>14</sup> est gladiolus, ut diximus,<sup>o</sup> radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, et postea in Phœnice. Cretico candor<sup>15</sup> odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum spirans, nullus Ægyptio. Nam et ibi nascitur. Discutit duritias<sup>p</sup> corporum. Jam enim remedia dicemus: quoniam et florum odorumque generi est magnus usus in medicina.

Quod ad cypiron<sup>q</sup> attinet, Apollodorum quidem sequar,<sup>16</sup> qui negabat bibendum: quanquam professus efficacissimum esse adversus calculos, os eo fovet.<sup>17</sup> Fœminis quidem<sup>r</sup>

10 *Alioquin* Gronov.—11 *Vet. Dalec. vitilium elegantium nexus.* Mox, *Vet. Dalec. præcipue.*—12 *Vet. Dalec. impleat*, sub. ‘medulla.’—13 ‘Ita bene cod. Reg. 2.’ *Brotier.* Edd. ante *Brotier, alias.* Mox, *utiliores* *Vet. Dalec.*—14 *Cyperus* *Chiff.*—15 *Rondeletius, color.*—16 *Vet. Dalec. sequimur.*—17 Ita codd. *Harduini*, cum edd. *Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. adversus calculos, eo fovet* *Gronov. et vulgg. eo quidem fetas feminas abortivas fieri* *cod. Dalec.*

## NOTE

dixit, *Hist. iv. 13.* Cave enim existimes ipsius junci cacumen intelligi, quo demisso in terram, ut in aliis vidimus, propagatio fiat.

<sup>1</sup> *Alioqui*] His radicibus, inquit *Theophr.* peculiare est, quod singulis annis intereant, et rursus superne ex radicis capite pullulent: *Ἀδαίον-ται κατ’ ἐνιαυτὸν, καὶ ἡ τοῦ ἄνωθεν πάλιν ἡ γένεσις.*

<sup>m</sup> *Unciarum*] *Unciæ unius*, quæ pars est pedis duodecima.

<sup>n</sup> *Non aliis [alias]* In *Mss. non aliis.* Sententia est, non ex aliis rebus fieri

in Ægypto cribra utilius, quem e junco.

<sup>o</sup> *Ut diximus*] *Cap. 67. Ἐξίφιον* ibi *Dioscoridis* esse monuimus.

<sup>p</sup> *Discutit duritias*] *Et Ἐξίφιον* *Dioscoridis iv. 20.* panos discutit, *διαφορεῖ φέγγεθλα*, quod genus est tumoris ac duritie.

<sup>q</sup> *Quod ad cypiron*] Sive gladio-lum, *Ἐξίφιον*, ut diximus.

<sup>r</sup> *Fœminis quidem*] Sterilitatem induci pota τοῦ ξίφιου superiore radice e vino, scribit *Diosc. loc. cit.*

abortus facere non dubitat. Mirumque tradit, barbaros suffitum hujus herbæ excipientes ore, lienes consumere: et non egredi domibus,<sup>18</sup> nisi ab hoc suffitu: vegetiores enim firmioresque sic etiam in dies fieri.<sup>19</sup> Intertriginum et alarum vitii, perfrictionibusque cum oleo illitum, non dubie mederi.

LXX. *Cyperos juncus* <sup>a</sup> est, qualiter diximus,<sup>b</sup> angulosus, juxta terram candidus, cacumine niger, pinguisque. Folia ima <sup>c</sup> porraceis exiliora, in cacumine minuta,<sup>1</sup> inter quæ est semen. Radix olivæ <sup>d</sup> nigræ similis, quam, cum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina usus. Laus cypero prima Hammoniaco,<sup>2</sup> secunda Rhodio, tertia Theræo,<sup>3</sup> <sup>e</sup> novissima Ægyptio: quod <sup>4</sup> et confundit <sup>f</sup> intellectum, quoniam et cypiros ibi nascitur. Sed cypiros <sup>5</sup> durissima, vixque spirans. Ceteris <sup>h</sup> odor et ipsis <sup>6</sup> nardum imitans. Est et per se <sup>1</sup> Indica herba,<sup>7</sup> quæ cypira <sup>8</sup> vo-

//////////

—18 <sup>1</sup> Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. <sup>1</sup> Brotier. Ita quoque edd. vett. et Gronov. *die omni* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *omni die* cod. Dalec.—19 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *etiam fieri* Gronov. et vulgg.

CAP. LXX. 1 Diosc. *cacumine caulis min.*—2 Armenio Vet. Dalec.—3 Thracia Gronov.—4 Coil. Dalec. *quæ.*—5 *Sed cyperos* Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. lectionem nostram recepit.—6 Vet. Dalec. *est ipsam.*—7 Diosc.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Cyperos juncus*] Hic Græcorum *κύπερος* et *κύπειρος* est. *Cyperus* officinarum, Dodonæi p. 336. *Cyperus longus*, Gallis *Souchet*. Vidimus in horto Regio. Scribonius Largus Comp. 12. num. 61. 'Cypiri, hoc est, junci radicis,' &c.

<sup>b</sup> *Qualiter diximus*] Sup. cap. 'Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli,' &c. Sunt qui quadratum vocant, ut Celsus III. 21. et IV. 20.

<sup>c</sup> *Folia ima*] Ita Diosc. I. 4.

<sup>d</sup> *Radix olivæ*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Theræo*] Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>f</sup> *Quod et confundit*] Vocum affinitas, inquit, cyperi et cypiri, multos

induxit in errorem.

<sup>8</sup> *Sed cypiros*] *Gladiolus*, ξίφιον.

<sup>h</sup> *Ceteris*] *Cypero* nimirum Græco, seu *κυπέρφ*, vel *κυπέρφ*, et radici quam *κυπερίδα* vocant. Hic enim *cyperus* est, quo propter vicinitatem odoris adulterari *nardum* admonuit, XII. 27.

<sup>1</sup> *Est et per se*] Diosc. I. 4. 'Ἰστορεῖται δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κυπέριου ἐν Ἰνδία γεννώμενον, προσεικὸς γιγγιβέρι· ὃ διαμασσηθὲν, κροκῶδες, καὶ πικρὸν εὕρισκεται, καταχρισθὲν παραχρῆμα ψιλοῖ τὰς τρίχας, depilat illico. Hæc porro *cypira* in Reg. Colb. Chiffi. et Thuan. scribitur, tum hoc loco, tum in Indice: non, ut hactenus editi, *cyperis*, quod *cyperi* radicis nomen est.

catur, zingiberis effigie: commanducata croci vim reddit. Cypero<sup>9</sup> vis<sup>j</sup> in medicina psilothri. Illinitur<sup>10</sup> pterygiis, ulceribusque genitalium, et quæ in humore<sup>k</sup> sunt omnibus, sicut oris ulceribus. Radix<sup>1</sup> adversus serpentium ictus, et scorpionum, præsentem<sup>11</sup> remedio est. Vulvas<sup>m</sup> aperit pota. Largiori tanta vis, ut expellat eas. Urinam ciet, et calculos,<sup>n</sup> ob id utilissima hydropicis.<sup>o</sup> Illinitur<sup>p</sup> et ulceribus, quæ serpunt, sed his præcipue,<sup>12</sup> quæ in stomacho sunt, ex vino vel aceto illita.

LXXI. Junci radix<sup>q</sup> in tribus heminis aquæ decocta ad tertias, tussi medetur. Semen tostum et in aqua potum, sistit alvum, et foeminarum menses. Capitis dolores<sup>r</sup> facit, qui vocatur<sup>1</sup> holoschænos: ejus quæ proxima<sup>s</sup> sunt radicis, commanducantur adversus araneorum morsus. Invenio etiamnum unum junci genus, quod euripicen<sup>2t</sup> vocant. Hujus semine somnum allici, sed modum servandum, ne sopor fiat.

LXXII. Ob id et odorati junci medicinæ dicentur, quo-



radix.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. cyperis Gronov. et vulgg.—9 *Cypero* deest in cod. Dalec. pro quo *Cyperipi* legitur in ed. Dalec.—10 *Cyperus illinitur* Vet. Dalec. Mox, cod. Dalec. in *tumore*, &c. Sic et oris.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ictus, scorpionum præsertim* Gronov. et vulgg.—12 Cod. Dalec. *præcipua*.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini, et edd. antiq. item Harduin. 1. 2. 3. recentt. et Diosc. *capitisque dolores facit. At qui vocatur* Gronov. et al. vet.—2 *Æthiopicum* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Cypero vis*] Hanc Indicæ cyperridi Dioscorides vium ascribit, ut proxime vidimus: nec tamen cyperrido ideo abjudicat.

<sup>k</sup> *Et quæ in humore*] Sic infra cap. 76. Ulcera vocat, quæ in humidis sunt.

<sup>1</sup> *Radix*] Diosc. i. 4.

<sup>m</sup> *Vulvas*] Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>n</sup> *Urinam ciet, et calculos*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag. 198.

<sup>o</sup> *Hydropicis*] Diosc. loc. cit. et

Celsus iii. 21.

<sup>p</sup> *Illinitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Junci radix*] Diosc. iv. 52.

<sup>r</sup> *Capitis dolores*] Diosc. loco proxime cit.

<sup>s</sup> *Ejus quæ proxima*] Folia nimirum radici vicina. Dioscor. iv. 52. Τὰ δὲ πρὸς τὴν ῥίζαν ἀπαλὰ φύλλα καταπλαττόμενα, φαλαγγιοθήκοις ἀρμόζει.

<sup>t</sup> *Quod euripicen*] Diosc. loc. cit. totidem verbis: Ἡ δὲ εὐριπικὴ σχοῖνος ὑπνωτικὸν ἔχει τὸν καρπὸν φυλάττεσθαι δὲ δεῖ αὐτοῦ ἐν ταῖς πόσει τοὺς πλῆθος καροῖ γὰρ λίαν.

niam et in Syria Coele (ut suo loco retulimus)<sup>a</sup> nascitur. Laudatissimus<sup>b</sup> ex Nabatæa, cognomine teuchites, proximus Babylonius, pessimus<sup>c</sup> ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus,<sup>c</sup> vinosæ<sup>2</sup> mordacitatis<sup>d</sup> ad linguam. Sincerus<sup>e</sup> in confricando odorem rosæ emittit, rubentibus fragmentis.<sup>3</sup> Discutit<sup>f</sup> inflationes, ob id stomacho utilis, bilemque et sanguinem rejicientibus. Singultus sedat, ructus movet, urinam<sup>g</sup> ciet, vesicæ medetur. Ad muliebres<sup>h</sup> usus decoquitur. Opisthotonicis cum resina arida imponitur excafactoria.<sup>4</sup><sup>1</sup>

LXXIII. Rosa<sup>j</sup> astringit,<sup>1</sup> refrigerat. Usus ejus dividitur in folia, et flores, et capita. Foliorum partes quæ candidæ, ungues<sup>k</sup> vocantur: in flore aliud est semen, aliud capillus:<sup>1</sup> in capite, aliud cortex, aliud calyx.<sup>2</sup> Folium



CAP. LXXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *proximus Arabicus, quem alii Babylonium cognominant, alii Teuchitin, pessimus, e Diosc.*—2 Rond. e Diosc. *ignæ.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *purpurescens, frogilis, e Diosc.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *imponitur. Excafactoria et rosa. Uteros astringit* Gronov. et vulgg. Vid. ad cap. seq. n. 1.

CAP. LXXIII. 1 'Ita cod. Reg. 2.' Brotier. *Et rosa astringit* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Vide ad cap. præced. n. 4. *Ut rosa, &c.* Cliffl.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *refrigeratos, ut aiunt. Dividitur in folia, et flores, et capita. In flore partes candidæ ungues vocantur. Aliud est, &c.* alii ap.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ut suo loco retulimus*] Lib. XII. cap. 48.

<sup>b</sup> *Laudatissimus*] Ita fere Diosc. 1. 16. sed *τευχίτιν* is Babylonium, non Nabatæum, vocat. *Τευχίτης* porro cognominari videtur, quod e Syria afferebatur vasis: *τεύχος, ἀγγεῖον* est.

<sup>c</sup> *Est autem rotundus*] Talis a Celso inter aromata censetur, III. 21. 'Junci rotundi semen,' inquit, '*σχόινον* hoc Græci vocant,' &c.

<sup>d</sup> *Mordacitatis*] Qui linguam multo cum fervore mordeat: *ἄκνονσα τὴν γλῶσσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως.* Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Sincerus*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Discutit*] Diosc. loc. cit. *Δύναμις δὲ ἔχει πνευμάτων διαλυτικὴν, κ. τ. λ.*

<sup>g</sup> *Urinam*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Ad muliebres*] Ad vulvæ inflammationes in sessione prodesse scribit Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Excafactoria*] Cui resinæ vis est excafactoria. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>j</sup> *Rosa*] Diosc. 1. 130. Peracta jam hortorum ac florum ratione, herbarumque sponte nascentium explanata natura, nunc ad horum omnium vires medicas enarrandas transiit. Et rosa, primum, inquit, astringit, refrigerat, ut juncus, qui ideoque bilem et sanguinem rejicientibus utilis.

<sup>k</sup> *Ungues*] Et Diosc. loc. cit. *δρυχας* appellat, *ἕπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ φύλλῳ.*

<sup>1</sup> *Aliud capillus*] Capillum vocal lu-

siccatur, aut tribus modis exprimitur. Per se, cum ungues non detrahuntur: ibi enim humoris plurimum. Aut cum, detractis unguibus, reliqua pars aut oleo aut vino maceratur in Sole vasis vitreis. Quidam et salem admiscent, et anchusam nonnulli, aut aspalathum, aut juncum odoratum: quia talis maxime prodest vulvæ ac dysentericis. Exprimuntur eadem<sup>m</sup> folia detractis unguibus, trita per linteum spissum in æreum vas, lenique igni succus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissima quæque folia.

(XIX.) Vinum quomodo fieret e rosa, diximus<sup>n</sup> inter genera vini. Usus succi<sup>o</sup> ad aures, oris ulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus, stomachum, vulvas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas. Folia uruntur<sup>p</sup> in calliblepharum.<sup>3</sup> Et siccis femina<sup>q</sup> asperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in posca potus: et sanguinis exscreationes. Stomachi quoque dolores, quantum<sup>4</sup> in vini cyathis tribus. Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, et in umbra siccatur.<sup>5</sup> Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Urinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni



Dalec. refrigerat. Usus e. d. in f. et flores. Capita foliorum partesque candidæ, u. vocantur. In f. a. e. semen, a. capillus in capite, aliud calix Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. calliblephara. Margo edd. Dalec. et Gronov. calliblepharum. sicca unguentis asperguntur, e Diosc.—4 Chiff. tantum; Vet. Dalec. potus.—

#### NOTÆ

teos, qui intra florem stant, apices. Corticem, id quod semen complectitur, ut dictum est cap. 10. Calycem denique, id quod luteos apices, et folia floris continet, remanetque foliis decussis.

<sup>m</sup> Exprimuntur eadem] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> Vinum . . . diximus] Lib. XIV. cap. 19.

<sup>o</sup> Usus succi] Hæc omnia Diosc. i. 130. de liquore expresso ex aridis

rosis in vino decoctis.

<sup>p</sup> Folia uruntur] Diosc. Καίεται δὲ καὶ εἰς τὰ καλλιβλέφαρα. Καλλιβλέφαρον medicamentum est quo fucantur ornanturque palpebræ.

<sup>q</sup> Et siccis femina] Femorum intertrigines. Diosc. Ἐπὶ δὲ λεία παρὰ μηροῖς προσπίσσεται. Ubi Marcellus interpres, παρατρίμμασι μηρῶν. Dalecampius Plinium immerito reprehendit, quod μηροῖς pro μύροισι legerit.

sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota<sup>r</sup> ventrem et sanguinem sistunt. Ungues rosæ epiphoris salubres.<sup>6</sup> Ulcera enim oculorum rosa sordescunt, præterquam initiis epiphoræ, ita ut arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis stomachi,<sup>8</sup> rosionibus et vitiis ventris, et intestinorum, et præcordiis<sup>t</sup> utilissima, vel illita. Cibo quoque lapathi modo condiuntur. Cavendus<sup>u</sup> in his situs celeriter insidens. Et aridis et expressis<sup>7</sup> aliquis usus. Diapasmata<sup>v</sup> inde fiunt ad sudores<sup>w</sup> coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. Sylvestris<sup>x</sup> pilulæ cum adipe ursino alopecias mirifice emendant.<sup>8</sup>

LXXIV. Liliæ radices multis modis florem suum nobilitare,<sup>1</sup> contra serpentium<sup>a</sup> ictus ex vino potæ, et contra fungorum venena. Propter clavos pedum in vino decoquantur, triduoque non solvuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ, pilos quoque adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum alvo trahunt. Lienique, et ruptis, vulsis<sup>b</sup> prosunt, et mensibus foeminarum.<sup>2</sup> In vino



5 Vet. Dalec. et Chiff. *siccatur*.—6 Gronov. *salubres sunt*.—7 Cod. Dalec. *insidens et ariditas. At expressis; Chiff. insidens. Et a. aut expressis*.—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Silvestris cum adipe ursino a. m. emendat Gronov. et vulgg. Silvestris pilulæ cum ad. urs. alopecias emendant codd. Dalec. et Chiff.*

CAP. LXXIV. 1 Chiff. *nobilitant*.—2 Cod. Dalec. *lienique ruptis, et vulsis*

#### NOTE

<sup>r</sup> *Capita pota*] Diosc. loc. cit. Αἱ κεφαλαὶ δὲ ποθεῖσαι, κοιλίαν βένουσαν, καὶ αἵματος ἀναγωγὴν ἐπέχουσιν.

<sup>8</sup> *Vitiis stomachi*] Celsus IV. 5. 'Ubi stomachus exæstuat, aceto cum rosa extrinsecus subinde fovendus est,' &c.

<sup>t</sup> *Et præcordiis*] Inflammatis: 'Ἐπιπλασσόμενα φύλλα ποιεῖ πρὸς ὑποχορδρίων φλεγμονάς. Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Cavendus*] Idcirco, dum siccantur, assidue versanda, ne situm contrahant, aut a verniculis erodantur.

<sup>v</sup> *Diapasmata*] Hæc totidem verbis Diosc. I. 131.

<sup>w</sup> *Ad sudores*] Ad sudorum graveolentiam, πρὸς τὴν τῶν ἰδρῶτων δυσωδίαν.

<sup>x</sup> *Sylvestris*] Rosæ sylvestris.

<sup>a</sup> *Liliæ . . . contra serpentium*] Apuleius cap. 107. tit. 1. 'Ad morsum serpentis:' 'Herbæ liliæ bulbum conterito, et expressos succos potui dato: ipsum etiam bulbum tritum morsui apponas.'

<sup>b</sup> *Vulsis*] Convulsis, de quibus xx. 18.



vero decoctæ, impositæque cum melle nervis præcisis<sup>c</sup> medentur. Lichenas,<sup>3 d</sup> et lepras, et furfures in facie emendant. Erugant<sup>e</sup> corpora. Folia in aceto cocta,<sup>f</sup> vulneribus imponuntur: epiphoris testium,<sup>g</sup> melius cum hyoscyamo<sup>4</sup> et farina tritici. Semen illinitur<sup>h</sup> igni sacro: flos et folia ulcerum vetustati. Succus qui flore expressus est, ab aliis mel vocatur, ab aliis syrium,<sup>5 i</sup> ad emolliendas<sup>6 j</sup> vulvas, sudoresque faciendos, et suppurationes concoquendas.<sup>7</sup>

LXXV. Narcissi duo genera in usu<sup>1</sup> medici recipiunt. Unum purpureo<sup>k</sup> flore, et alterum herbaceum.<sup>2 l</sup> Hunc stomacho<sup>3</sup> inutilem, et ideo vomitorium,<sup>m</sup> alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem, et a narce<sup>n</sup> narcissum dictum, non a fabuloso puero.<sup>o</sup> Utriusque radix mul-

//////////

prosent, et menstruis fœminarum.—3 Contra lichenas Chiffi.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *si testium melius cum hyoscyamo* Chiffi. *epiphoris testium in melle hyoscyamo* Gronov. et vulgg.—5 Dalec. *seireum*.—6 Ita Chiffi. et al. cum edd. Gronov. Harduin. et recentt. *ad emolliendas* Elz. et al. *quædam vett.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *coquendas* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXV. 1 Vet. Dalec. et Chiffi. *usum*.—2 Vet. Dalec. *herbaceo*; et sic Diosc. *helvaceo* Salmas.—3 *Utrumque stomacho* margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *In vino . . . nervis præcisis*] Diosc. III. 116. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 197.

<sup>d</sup> *Lichenas*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Erugant*] Erugari faciem trita radice, prodidit etiam Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Folia in aceto cocta*] Condita maluit dicere Diosc. loc. cit. *ταριχευθέντα ἐν ὄξει*. In vino vetere oleoque decoctis sanari ambusta Celsus prodidit v. 27. sub finem.

<sup>g</sup> *Epiphoris testium*] Hoc est, inflammationibus. Diosc. loc. cit. *Σὺν ὄξει δὲ λεία (βίζα) ἢ σὺν ὕσκυάμου φύλλοις, καὶ ἀλεύρω πυρίνω, ὄρχεων φλεγμονὰς παραίτεται*.

<sup>h</sup> *Semen illinitur*] Diosc. loc. cit. *Ἐρυσιπέλατων δὲ κατὰ πλάσμα, κ. τ. λ.*

<sup>i</sup> *Ab aliis syrium*] Ita etiam Mss. Dalecampio legi *seireum* placuit, hoc est, sapa, ut diximus XIV. II.

<sup>j</sup> *Ad emolliendas*] Hanc vim assignat

unguento lirino Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Unum purpureo*] Primum est narcissi genus, quod et purpureum lili-nim vocat, cap. 12.

<sup>l</sup> *Herbaceum*] Tertium narcissi genus, de quo cap. 12. cui calyx herbaceus. *Πρασίζειν* ait Diosc. IV. 161. porrum referre. Abeant cum suo *helvaceo* colore, quibus est omnia corrumpendi verius quam corrigendi prurigo.

<sup>m</sup> *Et ideo vomitorium*] Q. Serenus cap. 20. pag. 137. 'Ad vomitum radix narcissi pota movebit.' Sic etiam Apuleius bulbum vomitorium vocat, c. 55. Dioscoridem adde, IV. 161.

<sup>n</sup> *Et a narce*] *Ἀπὸ τῆς νάρκης, a torpore*. Eandem appellationis rationem afferunt Plutarchus, et Clemens Alex. apud Vossium in Etymol.

<sup>o</sup> *Non a fabuloso puero*] Narcisso adolescente, a quo flori nomen indi-

sei saporis est. Ambustis<sup>p</sup> prodest cum exiguo melle. Sic et vulneribus,<sup>q</sup> et luxatis. Panis vero<sup>r</sup> cum melle et avenæ<sup>4</sup> farina. Sic et infixa<sup>s</sup> corpori extrahit. In polenta<sup>t</sup> tritus<sup>5</sup> oleoque, contusis medetur, et lapide percussis. Purgat<sup>u</sup> vulnera permixtus farinæ. Nigras vitiligines<sup>v</sup> emaculat. Ex hoc flore<sup>w</sup> fit narcissinum oleum<sup>6</sup> ad emolliendas duritias, calfacienda quæ alserint. Auribus utilisimum: sed et capitis dolores facit.

LXXVI. Violæ sylvestres, et sativæ.<sup>1</sup> Purpureæ<sup>a</sup> refrigerant. Contra inflammationes<sup>b</sup> illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur et capiti in fronte. Oculorum<sup>c</sup> priva-



e Diosc.—4 ' Vet. *arinea*, lolii scilicet.' Dalec.—5 Dalec. *trita*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *unguentum*, e Diosc. Mox, Vet. Dalec. et calf. *quæ alserint, auribus utilissimum*; Gronov. et al. ante Harduin. *auribus est utilissimus: sed capitis*.

CAP. LXXVI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Frauz. *Violæ syl-*

#### NOTÆ

tum fabulantur. Vide Ovid. Met. XVI. et auctorem Geopon. XI. 25. aliosque.

<sup>p</sup> *Ambustis*] Diosc. IV. 161.

<sup>q</sup> *Sic et vuln.*] Diosc. loc. cit. præcisos nervos glutinari radice imposita: luxatis malleolis, diuturnisque articulorum doloribus tritam ex melle et illitam prodesse narrat. Cum oleo et farina ad vulnera Apuleius jubet adhiberi, c. 55. tit. 1.

<sup>r</sup> *Panis vero*] Hoc est, tumoribus abscessibusque ægre maturiscentibus. Pro avenæ farina ervinam admiscet Dioscorides IV. 161. *Σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ μέλιτι . . . τὰ δύσπεπτα τῶν ἀποστημάτων ῥήσσει*.

<sup>s</sup> *Sic et infixa*] Diosc. loc. cit. cum *arinea*, loliaceave farina imposita, *σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι ἐπιπλασσομένη*.

<sup>t</sup> *In polenta*] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Purgat*] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Nigras vitiligines*] Diosc. *ἀλφόν*. Vitiligo, cutis vitium est, ex malo corporis habitu. Hujus duo sunt ge-

nera, quæ diversi humores faciunt: nam ex pituitoso humore fit candida: ex atra bile, nigra. Galenus tom. II. in Medico c. 18. p. 393. *ἀλφὸς λευκοῦς*, et *ἀλφὸς μέλανος* vocat. Sic etiam *κατὰ τόπους*, I. 3. p. 342. Cum vitiligo profundius agit, tum eam *λεύκη* vocat: *ἀλφος* sinuam tantum corporis cutem immutat. Vide Pollucem IV. 25. p. 120. et Celsum lib. V. cap. ult. cui titulus, 'De vitiliginis speciebus, id est, de Alphi et Mela, et Leuce, et earum curatione.'

<sup>w</sup> *Ex hoc flore*] Sic Diosc. I. 63. *ἔλαιον ναρκίσσινον*, cujus concinnandi modum edocet: dotes ad eadem vulvæ auriumque vitia commendat: sed cavendum capiti monet: *Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὀστέρα, μαλάσσει τὰς περὶ αὐτὴν σκληρίας, καὶ μύσεις· ἔστι δὲ κεφαλαγές*.

<sup>a</sup> *Purpureæ*] Sic Diosc. IV. 122.

<sup>b</sup> *Contra inflam.*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 179.

<sup>c</sup> *Oculorum*] Diosc. pariter, IV. 122.

tim epiphoris, et sede procidente,<sup>2</sup> vulvave: et contra suppurationes. Crapulam,<sup>d</sup> et gravedines capitis<sup>e</sup> impositis coronis olfactuque<sup>3</sup> discutiunt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum<sup>f</sup> ex iis, comitialibus medetur, maxime pueris, in aqua potum. Semen violæ scorpionibus adversatur. Contra flos albæ suppurata aperit: ipsa<sup>4</sup> discutit. Et alba autem<sup>g</sup> et lutea extenuant<sup>5</sup> menstrua, urinam cient. Minor vis est recentibus: ideoque aridis<sup>6</sup> h post annum utendum. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus,<sup>7</sup> menses trahit. Radices ejus<sup>i</sup> cum aceto illitæ sedant lienem: item podagram:<sup>j</sup> oculorum autem inflammationes cum myrrha et croco. Folia cum melle<sup>k</sup> purgant

vestres sunt, et sativæ Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. et sede procedente; Vet. Dalec. et sedi procidenti.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. olfactuve Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. ipsaque.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. expellunt, e Diosc.—6 Cod. Dalec. attritis.

## NOTE

Καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς, καὶ ταῖς τῆς ἔδρας προπτώσεσι.

<sup>d</sup> Crapulam] Plutarchus in Sympos. III. 1. p. 647. Αἱ τῶν ἀνθῶν ἀπόβροιοι πρὸς τοῦτο θαυμασίως βοηθοῦσι, καὶ ἀποτειχίζουσι τῆς κεφαλῆς ἀπὸ μέθης ὡς ἀκρόπολι, τῶν μὲν θερμῶν μαλακῶς ἀναχαλῶντων τοὺς πόρους καὶ ἀναπνοὴν τῷ οἴνῳ δίδόντων ὅσα δὲ ἡσυχῇ ψυχρὰ τῷ μετρίως ἐπιψάειν ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἰων καὶ ῥόδων στέφανος στόφει γὰρ ἀμφοτέρα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρνηβάριας. *Florum halitus mire huic malo medentur, caputque veluti arcem muniunt contra ebrietatem: nam et calidi flores molli-ter aperiendo meatus faciunt ut perspire vinum possit: et quæ sunt modice frigida moderato contactu vapores cohibent, ut violacea et rosacea corona: utrumque enim horum astringit, reprimique odore suo ea quibus corpus gravatur.* Schola Salernitana de viola: 'Crapula discutitur, capitis dolor, atque gravedo.'

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>e</sup> Gravedines capitis] Τῆς κεφαλῆς βαρύντηα intelligit. Gravatum caput dixit Colum. VI. 9. de febre boum. *Pesanteur de tête.*

<sup>f</sup> Id quod purpureum] Diosc. loc. cit. Φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους, κ. τ. λ. Schola Salernitana: 'Purpuream violam dicunt curare caducos.'

<sup>g</sup> Alba autem] Diosc. III. 138. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 202.

<sup>h</sup> Ideoque aridis] Diosc. et Galenus, loc. cit. Sic etiam Mss. Reg. Colb. &c. non attritis.

<sup>i</sup> Radices ejus] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 23. pag. 166. 'Sedant lienis dolorem radices violæ luteæ, si ex aceto spleni vice emplastri apponantur.' Plinius Valer. II. 18. 'Radices violæ lotæ, (lege luteæ) ex aceto illinuntur.'

<sup>j</sup> Item podagram] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> Folia cum melle] Folia quibus flos constat, intellige, non quæ ambiunt.

*Plinius.*

9 Y

capitis ulcera: <sup>8</sup> cum cerato<sup>1</sup> rimas sedis, et quæ in humidis sunt. Ex aceto vero collectiones sanant.

LXXVII. Bacchar in medicinæ usu aliqui ex nostris perpressam vocant.<sup>1 m</sup> Auxiliatur<sup>n</sup> contra serpentes, capitis dolores fervoresque: item epiphoras. Imponitur mammis tumentibus a partu, et ægilopis<sup>2</sup> incipientibus, et ignibus sacris. Odor somnum gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, eversis,<sup>o</sup> convulsis, suspiriosis, salutare est. In tussi vetere radices<sup>p</sup> ejus tres quatuorve decoquantur ad tertias partes. Hæc<sup>3</sup> potio mulieres ex abortu purgat. Laterum punctiones<sup>4</sup> tollit, et vesicæ calculos. Tunditur et in diapasmata.<sup>5 q</sup> Vestibus odoris gratia inseritur. Combretum, quod simile ei diximus,<sup>r</sup> tritum cum axungia, vulnere mire sanat.

LXXVIII. Asarum jocinerum vitiis salutare esse traditur, uncia sumtum<sup>1</sup> in hemina mulsi mixti. Alvum purgat<sup>s</sup>

//////////

—7 Cod. Dalec. *aqua trita*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sanant oris hūlcera, e Diosc. hūlcera, et quæ in humidis sunt: cum cerato rimas sedis ex aceto, &c. ibid.*

CAP. LXXVII. 1 Ita codd. Harduini, Laet, et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Bacchar . . . perpensam vocant Gronov. et vulgg. Baccharis, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. Bacchar et in medicinæ usu est. Aliqui ex nostris, &c. ibid.*—2 ‘Sic libri scripti et editi. Mallet tamen ægilopiis, ut passim alibi Plinius.’ Brotier. *ægilopis incipientibusque ignibus Vet. Dalec.*—3 *Item si vetere vino radices ejus tres quat. decoquantur ad ter. partes, hæc cod. Dalec. rami pro radices Chiff. decoquantur a partu Vet. Dalec.*—4 Cod. Dalec. *compunctiones*.—5 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tunditur cum diapasmate cod. Dalec. Conditur cum diapasmate Gronov. et vulgg. Tunditur utiliter ad diapasmata Salmas. e vestigiis vet. lect.*

#### NOTÆ

Sic et oris ulcera his sanari auctor est Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> *Cum cerato*] Diosc. loc. cit. Ἀναληφθέντα δὲ κηρωτῆ, βαγάδας τὰς ἐν δακτύλῳ θεραπεύει. Ceratum, sive cerotum, κηρωτὸν, medicamentum est cera temperatum. *Du Cerat.*

<sup>m</sup> *Perpressam vocant*] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>n</sup> *Auxiliatur*] Vires plane easdem bacchari Dioscorides attribuit III. 51. et Cratevas item, cujus fragmentum recitat Anguillara par. II. p. 26.

<sup>o</sup> *Eversis*] Ex alto præcipitatis, πτώμασι, Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *In tussi vetere radices*] Ita Reg. 1. Colb. 2. et 3. ipseque Diosc. loc. cit. At Reg. 2. Th. et Chiff. *rami, non radices, legunt.*

<sup>q</sup> *Tunditur et in diap.*] Diosc. loc. cit. Καὶ εἰς διαπάσματα χρησιμεύει, ἰκανὴν ἔχουσα τὴν εὐωδίαν.

<sup>r</sup> *Combretum, quod . . . diximus*] Cap. 16.

<sup>s</sup> *Alvum purgat*] Diosc. I. 9. ait radices bibitas drachmis sex ex aqua

hellebori modo. Hydropicis<sup>t</sup> prodest, et præcordiis, vulvisque, ac morbo regio. In mustum si addatur, facit vinum urinis ciendis. Effoditur cum folia emittit.<sup>2</sup> Siccatur in umbra. Situm celerrime sentit.

LXXIX. (XX.) Et quoniam quidam, ut diximus,<sup>u</sup> nardum rusticum nominavere radicem baccharis, contexamus et Gallici nardi remedia in hunc locum dilata in peregrinis<sup>r</sup> arboribus.<sup>v</sup> Ergo adversus<sup>w</sup> serpentes duabus drachmis in vino succurrit. Inflammationibus coli,<sup>2</sup> vel ex aqua, vel ex vino. Item jocineris,<sup>x</sup> et renum: suffusisque felle.<sup>y</sup> Et hydropicis per se, vel cum absinthio. Sistit<sup>3</sup> purgationum mulierum impetus.

LXXX. Ejus vero quod phu<sup>a</sup> eodem loco appellavimus, radix datur potui trita, vel decocta ad strangulatus,<sup>r</sup> vel pectoris dolores, vel laterum.<sup>b</sup> Menses quoque<sup>c</sup> ciet. Bibitur cum vino.

LXXXI. Crocum melle non solvitur, nulloque dulci: facillime autem vino, aut aqua. Utilissimum in medicina. Asservatur cornea<sup>d</sup> pyxide. Discutit<sup>e</sup> inflammationes omnes quidem, sed oculorum<sup>f</sup> maxime ex ovo<sup>t</sup> illitum.

//////////

CAP. LXXVIII. 1 Chiffi. *sumpta*.—2 Cod. Dalec. *mittit*.

CAP. LXXIX. 1 Cod. Dalec. *dilata cum disputaremus de peregrinis*.—2 *Inflammationibus coli* Chiffi.—3 Cod. Dalec. *felle et hydropicis*. Per se, vel cum absinthio sistit. Mox, *purgationum muliebrum* Vet. Dalec. et Chiffi.

CAP. LXXX. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *strangulationes* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXXI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cum humano lacte*, e Diosc.

#### NOTÆ

mulsa, hellebori modo purgare.

<sup>t</sup> *Hydropicis*] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Ut diximus*] Cap. 16.

<sup>v</sup> *In peregrinis arboribus*] Lib. xii. c. 26.

<sup>w</sup> *Ergo adversus*] Totidem verbis Diosc. i. 7.

<sup>x</sup> *Item jocineris*] Subintellige ex antecedente sententia, *inflammationibus*. Diosc. loc. cit. Ὠφελεῖ δὲ καὶ τὰς περὶ τὸ ἥπαρ φλεγμονὰς, καὶ ἰκτερικὰς, καὶ πνευματώσεις στομάχου, μετ' ἀφεψήματος

ἀψιθίου πινομένη.

<sup>y</sup> *Suffusisque felle*] Ictericis.

<sup>a</sup> *Ejus vero quod phu*] Lib. xii. 26.

Nardum Creticam sic veteres appellaverunt.

<sup>b</sup> *Vel laterum*] Diosc. i. 10. πρὸς πλευρὰς πόνον.

<sup>c</sup> *Menses quoque*] Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Asservatur cornea*] Nostri plumbea magis utuntur.

<sup>e</sup> *Discutit*] Mitigat erysipelata, inquit Diosc. i. 25. quæ sunt cum in-

Vulvarum quoque strangulatus, stomachi exulcerationes, pectoris, et renum, jocinerum, pulmonum, vesicarumque, peculiariter inflammationi earum vehementer utile. Item tussi et pleuriticis. Tollit et pruritus. Urinas ciet.<sup>2</sup> <sup>g</sup> Qui crocum<sup>h</sup> prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati resistant.<sup>3</sup> Coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit.<sup>i</sup> Caput leniter movet. Venerem stimulat. Flos ejus igni sacro illinitur cum creta Cimoliâ. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur.

LXXXII. Collyrio uni<sup>j</sup> etiam nomen dedit. Fæx quoque expressi<sup>k</sup> unguento crocino, quod crocomagma<sup>l</sup> ap-

ex ovo. In vulvarum, &c. Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Urinam ciet* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sentiant, ebrietati eo resistant* Gronov. et al. vett.

CAP. LXXXII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et sic quoque conj. Salmasius; *dedit, sex quoque expressis* Chiffi. *dedit, ex eo quoque expresso* Gronov. et vulg. *dedit ex quoque expressi* cod. ap. Laet; *dedit. Est quoque ris*

#### NOTÆ

inflammatione conjuncta : aurium quoque inflammationibus prodest.

<sup>f</sup> *Sed oculorum*] Diosc. I. 25. 'Ρεῦμα τε ὀφθαλμῶν ἐπιχρίσμενος στέλλει σὺν γάλακτι γυναικείῳ. *Oculorum fluxiones illitus ex lacte muliebri cohibet.*

<sup>g</sup> *Urinas ciet*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 238.

<sup>h</sup> *Qui crocum*] Plutarch. Sympos. III. 1. pag. 647. Dioscorides loc. cit. hibi idcirco crocum ex passo jubet: 'Ακραπάλως ἐστὶ μετὰ γλυκέος πινόμενος.

<sup>i</sup> *Somnum facit*] Celsus III. 18. ubi de phreneticis: 'Omnibus vero sic affectis,' inquit, 'somnus et difficilis, et præcipue necessarius est: sub hoc enim plerique senescunt. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum unguentum cum irino in caput datum.'

<sup>j</sup> *Collyrio uni*] Quod διὰ κρόκου dicitur, descriptum a Celso VI. 6. tit.

'Διὰ κρόκου collyrium : ' Proprie etiam ad caligationem oculorum quæ ex lippitudine oritur, componitur quod διὰ κρόκου vocant. Habet piperis P. X. I. Croci Cilicis, papaveris lacrymæ, cerussæ, singulorum P. X. III. psorici, gummi, singulorum P. X. IIII.' hoc est, pondo denarium quaternum. In collyriis oculorum plurimis admiscetur a Marcello Empirico cap. 8.

<sup>k</sup> *Fæx quoque expressi*] Ita Mss. tum nostri, tum Pintiani: non, ut editi, *ex eo quoque expresso.*

<sup>l</sup> *Crocomagma*] Diosc. I. 26. Τὸ δὲ κροκόμαγμα γίνεταί ἐκ τοῦ κροκίνου μύρου, τῶν ἀρωμάτων ἐκπιεσθέντων καὶ ἀναπλασθέντων. *Crocomagma fit ex unguento crocino, expressis aromatis, et in pastillos digestis.* Crocomagma igitur fæx est et recrementum olei unguentive crocini. Celsus V. 18. 'Crocomagma, quod quasi recrementum ejus est.'

pellant, habet suas<sup>m</sup> utilitates contra suffusiones oculorum, urinas.<sup>n</sup> Magis excalfacit,<sup>2°</sup> quam crocum ipsum. Optimum, quod<sup>p</sup> gustatu<sup>3</sup> salivam dentesque inficit.

LXXXIII. Iris rufa melior quam candida. Infantibus eam circumligari salutare est, dentientibus<sup>1</sup> præcipue, et tussientibus, tinearumve<sup>2</sup> vitio<sup>a</sup> laborantibus instillari. Ceteri effectus ejus non multum a melle differunt. Ulcera purgat capitis, præcipue suppurationes<sup>3</sup> veteres. Alvum solvit duabus drachmis cum melle. Tussim, tormina,<sup>b</sup> inflationes, pota: lienes<sup>c</sup> ex aceto. Contra serpentium et araneorum morsus, ex posca valet. Contra scorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur. Contra canum morsus, ex oleo imponitur: et contra perfrictiones. Sic et nervorum doloribus. Lumbis vero<sup>d</sup> et coxendicibus cum resina illinitur. Vis ei concalfactoria.<sup>4°</sup> Naribus subducta, sternutamenta<sup>5</sup> movet, caputque purgat. Dolori capitis<sup>f</sup> cum cotoneis malis aut strutheis illinitur. Crapulas quoque et orthopnoëas discutit. Vomitiones ciet, duobus obolis sumta. Ossa fracta<sup>g</sup> extrahit, imposita cum melle. Ad paronychias



*expressi unguenti crocini quod cod. Dalec. fit expresso Vet.—2 Ita Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. urinas magis ciet Vet. Dalec. urinas magis excalfacit Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Hardnini et Chiffi. gustatum Gronov. et vulgg. Mox, pro salivam, margo edd. Dalec. et Gronov. linguam, e Diosc.*

CAP. LXXXIII. 1 Chiffi. *dentibus*.—2 Dalec. *tenivram*.—3 Vet. Dalec. *et suppurationes*.—4 Cod. Dalec. *calfactoria*.—5 Ita Gronov. et edd. vett. *ster-*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Habet suas*] Diosc. loc. cit. Δύναμιον δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούτων ταῖς κόραις. Vim habet ea detergendi, quæ pupillis oculorum caliginem offundunt.

<sup>n</sup> *Urinis*] Subintellige, habet utilitates et contra nrinas, quas admodum ciet: δύναμιον ἔχει οὐρητικὴν, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Magis excalfacit*] Et vim ei θερμαντικὴν Diosc. assignat loc. cit.

<sup>p</sup> *Optimum, quod*] Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Tinearumve vitio*] Hoc est, ver-

mium, seu lumbricorum.

<sup>b</sup> *Tussim, tormina*] Diosc. 1. 1. πρὸς βήχας, καὶ στρόφους.

<sup>c</sup> *Lienes*] Diosc. loc. cit. Μετ' ὕψους δὲ πινόμεναι, θηριοθήκτοις ἀρήγουσι, καὶ σπληνικοῖς.

<sup>d</sup> *Lumbis vero*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Vis ei concalfactoria*] Δύναμιον ἔχει θερμαντικὴν, Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Dolori capitis*] Ex aceto ad id et rosaceo applicari Dioscorides præcipit, σὺν ὕξει καὶ ῥοδίῳ.

<sup>g</sup> *Ossa fracta*] Diosc. loc. cit.

farina ejus utuntur: cum vino,<sup>6</sup> ad clavos, vel verrucas, triduoque non solvitur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum<sup>h</sup> conciliat, sed genituram consumit.<sup>i</sup> Sedis rimas, et condylomata,<sup>j</sup> omniaque in corpore excrescentia sanat. Sunt qui sylvestrem, xyrin vocent.<sup>k</sup> Strumas hæc,<sup>l</sup> vel panos, vel inguina discutit. Præcipitur, ut sinistra manu ad hos usus<sup>7</sup> eruatur, colligentesque dicant, cujus hominis utique causa eximant. Scelus herbariorum<sup>m</sup> aperietur<sup>8</sup> in hac mentione. Partem<sup>9</sup> ejus servant, et quarundam aliarum herbarum, sicut plantaginis: et si parum mercedis tulisse se arbitrantur, rursusque opus quærent,<sup>10</sup> partem eam quam servavere, eodem loco infodiunt: credo, ut vitia,<sup>n</sup> quæ sanaverint, faciant rebellare.



*numenta* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Chiffli. *teruntur in vino*.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sinistra manu lecta ad hos usus* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *servetur pro eruatur*.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aperitur* Gronov. et vulgg.—9 *Partes* Chiffli.—10 Cod. Dalec. *rursus ut plus opum acquirant*.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Somnum*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Sed genituram consumit*] Consumendoque, ne effluat, facit. Unde Diosc. loc. cit. auxiliari ait iridem potam iis, quibus genitura effluit, τοῖς γόνον προϊεμένοις.

<sup>j</sup> *Et condylomata*] Scribonius Largus Compos. 225. 'ad condylomata: 'Multis et iris contusa, et ex vino mixta, cocta, et posita velut farina hordeacea profuit.' Κονδύλωμα, excrescentia carnis est circa anum, et tubercula quædam in locis muliebribus sanguinem fundentia: sic dicta a similitudine extremorum in quatuor digitis pugno clauso nodorum.

<sup>k</sup> *Xyryn vocent*] Ξυρῖς est Dioscoridi iv. 22.

<sup>l</sup> *Strumas hæc*] Collectiones omnes, οἰδήματα, ea apposita discuti auctor est Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Scelus herbariorum*] Herbarii sunt

qui medicas herbas legunt, venduntque. Firmicus viii. 13. 'Herbarios faciet, qui scilicet herbas solerti arte collectas ad medelam laborantium servant.' Græci βίχησθόμους et βοτανολόγους vocant. Alias herbarius etiam veneficum sonat. Vide Du-Cangium in Glossario.

<sup>n</sup> *Credo, ut vitia*] Eruentes, inquit, colligentesque eam herbam, si dicant, cujus hominis causa eximant, prodesse ægro tum creduntur: quid igitur existimandum est aliud velle eos, dum infodiunt rursus eodem loco, ubi parum mercedis tulisse se credunt, quam rebellare iterum ac recrudescere eos morbos, quos ante sanaverint? Horum verborum quis esset sensus, aut quo illa pertinerent, negabat Salmasius se percipere, in Præexercit. ad Plinium, pag. 44. Plinius, de batrachio herba, xxv.



Saliuncæ radix in vino decocta sistit vomitiones, corroborat stomachum.

LXXXIV. Polio<sup>1</sup> Musæus<sup>o</sup> et Hesiodus perungi jubent dignationis gloriæque<sup>2</sup> avidos: polium tractari, coli: polium contra<sup>p</sup> serpentes substerni, uri, potari:<sup>q</sup> in vino decoqui recens, vel aridum, illinique. Splenicis<sup>3r</sup> propinant ex aceto: morbo regio<sup>s</sup> in vino: et hydropicis<sup>t</sup> incipientibus in vino decoctum. Vulneribus<sup>u</sup> quoque sic<sup>4</sup> illinunt. Secundas mulierum, partusque emortuos pellit:<sup>5</sup> item dolores corporis. Vesicas inanit: et epiphoris illinitur. Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacum<sup>v</sup> vocant. Stomacho tamen<sup>w</sup> inutile esse, caputque eo impleri, et abortum fieri poto, aliqui negant. Ad<sup>6</sup> religionem addunt, ubi inventum sit, protinus adalligandum<sup>7</sup> contra oculorum suffusiones, cavendumque ne terram attingat. Hi et folia ejus thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt, et lanatiore canitie. Cum ruta



CAP. LXXXIV. 1 Pollio Chiffi.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *dignationis gratia gloriæque* Gronov. et vulgg. Mox codd. Dalec. et Chiffi. *avidis polium tractari, coli, &c.* codd. Harduini, *avidos: polium tractari, coli:* Gronov. et vulgg. *avidos polium tractare, colere.*—3 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Reg. Hard. 1. *substernituri, &c.* Harduin. Miller. Bipont. et Franz. *substerni, uri, vel portari. In vino, &c.* Salmas. *substerni, suffiri, potari in vino, decoqui recens vel aridum, illinique, &c.* Gronov. et vulgg. ante Harduin. *substernitur vel portatur. Medici in vino decoquant . . . illinuntque, vel splenicis.* Cod. Dalec. *substerni vel potari, cet. ut in Gronov.*—4 *Vox sic deest in cod. Dalec.*—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *emortuos expellit* Vet. Dalec. *mortuos pellit* Chiffi. *emortuos repellit* Gronov. et vulgg.—6 *Et Chiffi.*—7 *Idem codex alligandum.*—8 'Ita codd. Regg.' Bro-

#### NOTE

109. 'Credunt ea rursus sata, rebel-  
lare, quæ curaverint, vitia: quo sce-  
lere et plantagine utuntur.'

<sup>o</sup> Polio Musæus] Vide quæ diximus  
cap. 21.

<sup>p</sup> Polium contra] Vide Notas et  
Emend. num. 17.

<sup>q</sup> Potari [potari] Vide Notas et  
Emend. num. 18.

<sup>r</sup> Splenicis] Diosc. tit. 124.

<sup>s</sup> Morbo regio] Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> Et hydropicis] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Vulneribus] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> Alexipharmacum] 'Αλεξιφάρμακον,  
remedium adversus venena, amuletum  
contra veneficia.

<sup>w</sup> Stomacho tamen] Prodesse certe  
stomachicis polion cum melle tritum,  
auctor est Marcellus c. 20. p. 139.  
Contra Diosc. loc. cit. et male sto-  
machum habere, et ciere capitis do-  
lorem scribit.

sylvestri, et si teratur ex aqua cœlesti, aspidas mitigare dicitur: et non secus atque cyanus astringit<sup>8</sup> et cohibet vulnera, prohibetque serpere.

LXXXV. *Holochrysos*<sup>1</sup> medetur stranguriæ in vino pota, et oculorum epiphoris illita. Cum fœce vero vini cremata et polenta, lichenas emendat. *Chrysocomes*<sup>2</sup> radix calfacit, et stringit.<sup>2</sup> Datur potui<sup>3</sup> ad jocinerum vitia: item pulmonum: vulvæ dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua: et si cruda detur, hydropicorum aquam.

LXXXVI. *Melissophyllo* sive *melittæna*<sup>1 a</sup> si perungantur alvearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. *Copia istius*<sup>2 b</sup> examina facillime continentur. Idem præsentissimum<sup>c</sup> est contra ictus earum vesparumque, et similium, sicut araneorum:<sup>3</sup> item scorpionum. Item contra vulvarum<sup>4 d</sup> strangulationes, addito nitro. Contra tormina, e vino. Folia ejus<sup>e</sup> strumis illinuntur, et sedis vitiis, cum sale. Decoctæ succus<sup>f</sup> fœminas purgat, et inflammationes<sup>5</sup> discutit, et ulcera sanat. *Articularios*<sup>g</sup> morbos

*tier. cytinus astringit* edd. ante Brotier.

CAP. LXXXV. 1 *Elichrysos margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Vet. Dalec. et *adstringit*.

CAP. LXXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Diosc. *melittide* Gronov. et vulgg.—2 *Scopis ejus* Chiffi. —3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vesparumque et araneorum* Gronov. et vulgg.—4 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *fungorum*,

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Chrysocomes*] Diosc. quoque, iv. 55. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν καὶ στυπτικὴν ἢ βίζα.

<sup>y</sup> *Datur potui*] Diosc. loc. cit. tum istud, tum cetera *chrysocomes* remedia totidem verbis affert.

<sup>a</sup> *Sive melittæna*] Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>b</sup> *Copia istius*] Respicit illud Maronis Georg. iv. 63. 'Huc tu jussos asperge sapes, Trita meliphylla, et cerinthæ ignobile gramen: Ipsæ considerent medicatis sedibus: ipsæ Intima more suo sese in cunabula condent.'

<sup>c</sup> *Idem præsentissimum*] Diosc. iii. 118.

<sup>d</sup> *Item contra vulvarum*] Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>e</sup> *Folia ejus*] Diosc. loc. cit. Καταπλασσόμενα δὲ (φύλλα) σὺν ἄλσι, διαφορεῖ χοιράδας.

<sup>f</sup> *Decoctæ succus*] Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν . . . πρὸς ἐμμήνων ἀγωγὴν εὐθετεῖ. Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Articularios*] Hoc folia præstare cum sale imposita Diosc. ait loco cit. et contra canis rabidi morsus eadem cum vino pota prodesse.

sedat, canisque morsus. Prodest dysentericis<sup>h</sup> veteribus, et cœliacis, et orthopnoicis, lienibus, ulceribus thoracis. Caligines oculorum succo cum melle inungi eximium habetur.

LXXXVII. Melilotos quoque oculis medetur cum luteo ovi,<sup>i</sup> aut lini<sup>l</sup> semine. Maxillarum quoque dolores lenit; et capitis<sup>j</sup> cum rosaceo: item aurium<sup>k</sup> e passo, quæque in manibus intumescant, vel erumpant.<sup>2</sup> Stomachi dolores<sup>l</sup> in vino decocta, vel cruda tritaque. Idem effectus<sup>m</sup> et ad vulvas.<sup>3</sup> Testes vero,<sup>n</sup> et sedem prociduam, quæque ibi sint vitia, recens ex aqua decocta, vel ex passo. Adjecto rosaceo illinitur ad carcinomata.<sup>4</sup> Defervescit in vino dulci. Peculiariter<sup>o</sup> et contra meliceridas efficax.

LXXXVIII. (XXI.) Trifolium scio<sup>p</sup> credi prævalere contra serpentium ictus et scorpionum, ex vino aut posca, seminis granis viginti potis: vel foliis, et tota herba decocta: serpentesque nunquam in trifolio aspici. Præterea celebratis<sup>l</sup> auctoribus, contra omnia venena pro antidoto sufficere XXV.<sup>2</sup> grana ejus, quod minyanthes<sup>q</sup> ex eo ap-



e Diosc.—5 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiff. cum sale decocta. Succo feminas purgat, et inflationes Gronov. et al. vett.

CAP. LXXXVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. cum lacte, aut cum lini Gronov. et edd. vett.—2<sup>l</sup> Ita cod. Reg. 1. In cod. Reg. 2. rumpant, quod forte melius. Brotier. intumescunt, vel erumpunt edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. intumescant, vel rumpant Chiff.—3 Vet. Dalec. est ad vulvas.—4 Cod. Dalec. vitii. Recentt, &c. passo, adjecto rosaceo. Illinuntur carcinomata.

CAP. LXXXVIII. 1 Vet. Dalec. a celebratis.—2 Chiff. XXXV. Mox, quod

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Prodest dysentericis] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> Cum luteo ovi] Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>j</sup> Et capitis] Diosc. III. 48. Καὶ κεφαλαλγίαν πραῖνει ἐμβρεχόμενος μετ' ὕξους καὶ ῥοδίνου.

<sup>k</sup> Item aurium] Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> Stomachi dolores] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> Idem effectus] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> Testes vero] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> Peculiariter] Diosc. loc. cit. Θεραπεύει καὶ μελικερίδας, κ. τ. λ.

<sup>p</sup> Trifolium scio] Vide auctorem libri de Simp. Med. tomo XIII. operum Galeni, pag. 1002. Dioscoridem quoque, III. 123. Et quæ de trifolio acuto refert Scribonius Largus Compos. 163.

<sup>q</sup> Minyanthes] Μιννανθὲς Galeno, de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 236. qui quæ sit ejusce vocis originitio

pellavimus, tradi. Multa alia præterea in remediis ejus ascribi. Sed me contra sententias eorum gravissimi viri auctoritas movet. Sophocles enim poëta venenatum id dicit. Simus quoque<sup>r</sup> e medicis,<sup>3</sup> decocti aut contriti succum infusum corpori, easdem uredines<sup>s</sup> facere, quas si percussis a serpente imponatur. Ergo non aliter utendum eo, quam contra venena, censuerim.<sup>4</sup> Fortassis enim et his venenis inter se contraria sit natura, sicut multis aliis. Item animadverto, semen ejus, cujus minima sint folia, utile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam, in facie illitum.

LXXXIX. Thymum colligi oportet in flore, et in umbra siccari. Duo autem sunt genera ejus: candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod et præfertur: alterum nigrius, florisque nigri.<sup>a</sup> Utraque oculorum<sup>b</sup> claritati multum conferre existimantur, et in cibo, et in medicamentis. Item diutinæ tussi: in ecligmate<sup>t</sup> faciles, exscreationes facere cum aceto et sale.<sup>c</sup> Sanguinem concrecere<sup>d</sup> non pati e melle: longas faucium distillationes extra illita cum



*menianthes appellavimus* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Scimus quoque medicus* edd. vett. et Gronov. *S. q. ex melicis* cod. Dalec. Mox, Chiffi. *uredines facere quasi percussis*; cod. Dalec. *ægritudines facere quasi percussis*.—4 Cod. Dalec. *censuerunt*.

CAP. LXXXIX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *diutina tussi in ecligmate* Vet. Dalec. *diutinæ tussi ecligmate* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *facere. Cum aceto et sale sang. concr. non patitur. Et melle longas, &c. extenuat.*

#### NOTÆ

nescire se fatetur. Forte a minuendo dolore: *ἀνθος enim florem, μινύω, minuire* Græce sonat.

<sup>r</sup> *Simus quoque*] A quo Simonianum trifolium appellatum videri possit. Simo Galenus astipulatur, de theriaca ad Pisonem, c. 4. p. 935.

<sup>s</sup> *Easdem uredines*] Eosdem pruritus.

<sup>a</sup> *Florisque nigri*] Hoc est, purpurascens, *πορφυρίζοντας*, ut ait Diosc. III. 44. atque adeo in nigredinem vergentis, ut violæ.

<sup>b</sup> *Utraque oculorum*] Dioscor. loc. cit. Ἄμβλωποῦντας ἐσθιόμενον σὸν τροφῆ ὠφελεί. *Hebetiore oculorum acie præditis in cibo confert*. Sic etiam Plinius Valer. IV. 35. de utroque thymo.

<sup>c</sup> *Cum aceto et sale*] Cum melle, Dioscor. loc. cit. Cum vino Marcellus Empir. cap. 17. p. 23.

<sup>d</sup> *Sanguinem concrecere*] Dioscor. loc. cit. Καταπασθέν μετ' ὕδους αἷματος θρόμβους διαλύει.

sinapi, extenuare: item stomachi<sup>e</sup> et ventris vitia. Modice his tamen utendum est, quoniam excafaciunt, quamvis sistunt alvum: quæ si exulcerata sit, denarii pondus in sextarium aceti et mellis addi oportet. Item si lateris<sup>2</sup> dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Præcordiis medentur ex aceto cum melle: quæ potio datur et in alienatione<sup>3</sup> mentis, ac melancholicis. Datur et comitialibus,<sup>f</sup> quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt et dormire eos oportere in molli thymo. Prodest<sup>g</sup> et orthopnoicis, et anhelatoribus,<sup>4</sup> mulierumque mensibus retardatis. Vel si emortui<sup>h</sup> sint in utero partus, decoctum in aqua ad tertias. Et<sup>5</sup> viris vero contra inflationes cum melle et aceto. Et si venter turgeat, testesve, aut si vesicæ<sup>6</sup> dolor<sup>i</sup> exigat. E vino tumores et impetus<sup>j</sup> tollit impositum. Item cum aceto callum et verrucas.<sup>k</sup> Coxendicibus<sup>l</sup> imponitur, cum vino: articulariis morbis,<sup>7</sup> et luxatis, tritum ac lanæ inspersum ex oleo. Dant et potionem articulariis morbis trium obolorum pondere in tribus aceti et mellis.<sup>8</sup> Et in fastidio, tritum cum sale.

//////////

—2 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. si lateralis edd. vett. et Gronov.—3 Chiffi. elationem.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et anhelationi Gronov. et vulgg. Mox, retardatis vel si, &c. margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Et deest in cod. Dalec.—6 Ita codd. Hardnini, cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. urgeat, testesve, aut si vesicæ Chiffi. tumeat, testesve, aut vesicæ Vet. Dalec. turgeat, testesve, aut vesicæ Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. Coxendicibus imponitur, et articularibus morbis edd. vett. et Gronov.

#### NOTE

<sup>e</sup> Item stomachi] Quoniam cum sale et aceto potum, vinum habet pituitam per alvum detrahendi, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> Datur et comitialibus] Scribonius Largus Compos. Med. cap. 2. num. 15. 'Ad recentem comitalem morbum cito proficit: ad veterem tardius: Thymi albi x. p. iiii. ex aceti cyathis tribus, et mellis boni pondi unica: ut dilutum jejunos bibat per dies xlv.'

<sup>g</sup> Prodest] Diosc. iii. 44. et Gale-

nus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 178.

<sup>h</sup> Vel si emortui] Diosc. et Galenus locis citatis. Plinius Valer. iv. 35. 'Emortuos partus extrahit.'

<sup>i</sup> Aut si vesicæ dolor] Urinam ciere thymum prædant Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>j</sup> Et impetus] Quæ Græci ἐπιφορὰς appellant, de quibus xx. 26.

<sup>k</sup> Item cum aceto... verrucas] Et hæc pariter Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> Coxendicibus] Diosc. loc. cit. Ka

xc. Hemerocalles<sup>m</sup> pallidum e viridi et molle folium habet, radice odorata atque bulbosa: <sup>1</sup> quæ cum melle<sup>n</sup> imposita ventri, aquas<sup>2</sup> pellit, et sanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris<sup>o</sup> oculorum, mammarumque post partum doloribus illinuntur.

xcī. Helenium ab Helena, ut diximus,<sup>p</sup> natum,<sup>1</sup> favere creditur formæ: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Præterea putant usu ejus quandam gratiam iis<sup>2</sup> veneremque conciliari. Attribuunt et hilaritatis effectum eidem potæ in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero,<sup>q</sup> quo tristitia omnis aboleatur.<sup>3</sup> Est autem succi prædulcis.<sup>r</sup> Prodest et orthopnoicis radix ejus in aqua jejunis pota. Est autem

Mox, Chiffi. oleo: ambustis cum adipe suillo. Dant.—8 Vet. Dalec. tribus aceti cyathis et melle; Chiffi. tribus cyathis aceti, et mellis.

CAP. xc. 1 Cod. Dalec. radice odoratam atque bulbosam.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aquam Gronov. et vulgg.

CAP. xcī. 1 Vet. Dalec. ab Helenæ, ut diximus, lacrymis natum: et sic supra cap. 33. hujus libri.—2 Chiffi. ita gratiam his.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quod eo tristitia o. aboleretur al. vett. ap. Dalec. quod, &c. Gronov. et vulgg.

## NOTE

ισχιαδικοῖς μετ' οἴνου καὶ ἀλφίτων ἐπιτε-  
θὲν ἀρμόζει.

<sup>m</sup> *Hemerocalles*] Iisdem fere verbis describitur a Dioscor. III. 137. Ἡμεροκαλλὶς φύλλα ἔχει καὶ καυλὸν ὅμοια κρίνῃ, χλωρὰ δὲ ὥσπερ πράσα. *Caulem ac folia liliū habet, porri instar virentia.* Liliū est rubrum miniatum sen Byzantinū Clusii Hist. Rarior. Plant. lib. II. pag. 131. Est et in horto Eystetensi, ibi Hemerocallis Chalcedonica appellata. Vidimus in Horto Regio.

<sup>n</sup> *Quæ cum melle*] Cum melle lana subdita in pesso adhiberi Diosc. præcipit, loc. cit. Πίσα λεῖα ποθείσα, καὶ σὺν μέλιτι ἐν ἐρίφῃ προστεθείσα, πεισοῦς ἐστὶν ὕδραγωγὸς καὶ αἵμαγωγός.

<sup>o</sup> *Folia epiphoris*] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Ut diximus*] Cap. 33.

<sup>q</sup> *Ab Homero*] Odyss. Δ. 221. Ἀδ-  
τίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἐνθεν  
ἐπινον Νήπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπί-  
ληθον ἀπάντων. Esse vero nepenthes  
quam subsecuta ætas buglosson voca-  
vit, nos borraginem, Plutarchus in-  
nuit, Sympos. Quæst. I. 1. p. 614. Nos  
plane affirmamus, vel eo ducti argu-  
mento, quod vis buglosson plane par  
ascribitur a summis viris, ut dicturi  
sumus xxv. 40. Nam in vinum de-  
jecta animi voluptates auget, atque  
ex ea re vocatur et εὐφρόσυνόν.

<sup>r</sup> *Est autem succi prædulcis*] Hele-  
nium scilicet. Quare et nectaream  
appellavere alii, et ex ea vinum nec-  
tarites concinnatum olim, ut Plinius  
superius annotavit xiv. 19.

candida intus et dulcis. Bibitur et contra serpentium ictus ex vino. Mures quoque contrita dicitur necare.

XCII. Abrotonum<sup>a</sup> duorum traditur generum, campestre ac montanum: hoc fœminam, illud marem intelligi volumus. Amaritudo<sup>b</sup> absinthii in utroque. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Usus et foliis,<sup>c</sup> sed major semini ad excalfaciendum: ideo nervis utile, tussi, orthopnoœ,<sup>1 d</sup> convulsis, ruptis, lumbis, urinæ angustiiis. Datur bibendum manualibus fasciculis<sup>e</sup> decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur et semen tusum in aqua drachmæ pondere. Prodest et vulvæ.<sup>f</sup> Concoquit<sup>g</sup> panos cum farina hordeacea, et oculorum inflammationibus illinitur, cum cotoneo malo cocto.<sup>2</sup> Serpentes<sup>h</sup> fugat. Contra ictus earum bibitur cum vino, illiniturque. Efficacissimum contra ea, quorum veneno tremores et frigus accidunt, ut scorpionum<sup>3</sup> et phalangiorum: et contra venena alia pota prodest, et quoquo modo argentibus,<sup>i</sup> et ad extrahenda ea, quæ inhærent<sup>4</sup> corporibus. Pellit<sup>j</sup> et interaneorum mala. Ramo ejus, si subjiciatur

CAP. XCII. 1 Ita ex codd. Hardinnus et recentt. *Usus est et foliis . . . orthopnoicis Gronov. et vulgg.*—2 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. *inflammationi i. cotoneo malo cocto Chiffi. i. illinitur, cotoneo malo concocto Gronov. et al. vett.*—3 Chiffi. *et scorpionum.*—4 Idem codex, *inhæreant.*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Abrotonum*] Scholiastes Nicandri, in Theriac. p. 9. Τοῦ ἀβροτόνου δύο γένη εἰσὶ: τὸ μὲν κηπέσιμον, τὸ δὲ θρεινόν. Diosc. III. 29. duo genera pariter agnoscit, marem, fœminamque: illud Galaticum, istud vero Siculum.

<sup>b</sup> *Amaritudo*] Fœminæ quidem hanc inesse Diosc. prodidit, loc. cit.

<sup>c</sup> *Usus et foliis*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. VI. 1. p. 145.

<sup>d</sup> *Orthopnoœ*] His quoque morbis reliquis mederi abrotonum Diosc. admonet loc. cit.

<sup>e</sup> *Manualibus fasciculis*] Qui manum impleant.

<sup>f</sup> *Prodest et vulvæ*] Mensibus com-

morantibus, ἐμμήνων ἐπισχέσει, Dioscor. loc. cit.

<sup>g</sup> *Concoquit*] Diosc. loc. cit. et Galenus totidem verbis de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 146.

<sup>h</sup> *Serpentes*] De serpentibus, phalangiis, ac venenis, eadem tradit Diosc. loc. cit. post Nicandrum in Theriac. p. 7.

<sup>i</sup> *Et quoquo modo argentibus*] Etiam periodicis febrium rigoribus, inquit Galenus de Facult. Simp. Med. lib. VI. pag. 145.

<sup>j</sup> *Pellit*] Galenus loc. cit. ἔλμυθας ἀναίρει. Item Ælianus Hist. Anim. IX. 33.

pulvino, Venerem stimulari aiunt: efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.

XCIII. (XXII.) Leucanthemum suspiriosis medetur, duabus partibus aceti permixtum. Sampsuchum<sup>k</sup> sive amaracum, in Cypro laudatissimum et odoratissimum, scorpionibus adversatur, ex aceto ac sale illitum. Menstruis quoque multum confert impositum.<sup>l</sup> Minor est eidem potio vis. Cohibet<sup>m</sup> et oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti<sup>n</sup> tormina discutit. Et urinis<sup>o</sup> et hydropicis utile.<sup>r</sup> Movet et aridum sternutamenta. Fit ex eo<sup>p</sup> et oleum,<sup>q</sup> quod sampsuchinum vocatur aut amaracinum, ad excalfaciendos<sup>q</sup> molliendosque<sup>3</sup> nervos: et vulvas calfacit.<sup>4</sup> Folia<sup>r</sup> sugillatis<sup>5</sup> cum melle, et luxatis cum cera prosunt.

XCIV. (XXIII.) Anemonas coronarias tantum diximus:<sup>a</sup> nunc reddemus et medicas. Sunt qui phrenion<sup>b</sup> vocent.<sup>r</sup> Duo ejus genera:<sup>c</sup> sylvestris prima, altera in cultis nascens; utraque sabulosis. Hujus<sup>2</sup> plures<sup>d</sup> species. Aut enim



CAP. XCIII. 1 Vet. Dalec. utilis.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex eo oleum* Gronov. et vulgg.—3 Ita codd. Harduin. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *emolliendosque* Gronov. et al. vett.—4 Verbum *calfacit* deest in cod. Dalec.—5 *Folia sugillatis* Reg. Brot. 2. et Editio princeps. *Et folia sugillatis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et folio sugillatis* Gronov. et al. vett.

CAP. XCIV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *phanion* vocent Vet. Dalec. *fremian* vocent Chiffi. *phenion* vocent Gronov. et vulgg. Mox, *altera cultis*, omissa præpositione, Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Har-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Sampsuchum*] Diosc. III. 47. totidem verbis.

<sup>l</sup> *Menstruis . . . impositum*] In pesso subditum, ἐν προσθήρῃ. Dioscor. loc. cit.

<sup>m</sup> *Cohibet*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Succus decocti*] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Et urinis*] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Fit ex eo*] Seorsim ac diversis capitibus de amaracino oleo, et sampsuchino Dioscorides egit: ac de isto quidem, c. 58. de illo, c. 68. libri primi: non quod amaracum a sampsu-

cho differre velit: sed quod unguenta ea concinnandi modos tradat geminos: quos ut confectionis genere, sic et appellatione secerni voluit.

<sup>q</sup> *Ad excalfaciendos*] Diosc. I. 68.

<sup>r</sup> *Folia*] Hæc totidem fere verbis Diosc. III. 47.

<sup>a</sup> *Anemonas . . . diximus*] Cap. 38.

<sup>b</sup> *Sunt qui phrenion*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>c</sup> *Duo ejus genera*] Eadem leges pariter apud Dioscor. II. 207. Ἀνεμώνη δισσή, ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἡμερος. Re-



phœniceum florem habet, quæ et copiosissima est: aut purpureum, aut lacteum. Harum trium folia apio<sup>3</sup> e similia sunt. Nec temere semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi.<sup>f</sup> Flos nunquam<sup>g</sup> se aperit, nisi vento spirante: unde et nomen accepere.<sup>4</sup> Sylvestri amplitudo<sup>h</sup> major, latioribusque foliis, flore phœniceo.<sup>5</sup> Hanc, errore<sup>i</sup> ducti, argemonem<sup>j</sup> putant multi: alii rursus papaver, quod rhæan<sup>k</sup> appellavimus.<sup>6</sup> Sed distinctio<sup>l</sup> magna, quod utraque hæc postea floret.<sup>7</sup> Nec aut succum illarum anemonæ reddunt, aut calyces habent, nec nisi<sup>8</sup> asparagi cacumen. Prosunt anemonæ<sup>m</sup> capitis doloribus et inflammationibus, vulvis mulierum, lacti quoque. Et menstrua<sup>n</sup>

//////////

duin. 1. 2. 3. et recentt. *Hujusque* edd. vett. et Gronov.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *coriandro*, e Diosc.—4 Ita ex codd. Hardnini et recentt. *accepit* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Hardnini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *latiora folia, flos phœniceus* Vet. Dalec. *latioribus foliis, flore phœniceo* edd. vett. et Gronov.—6 Chiff. *vocavimus*.—7 Chiff. *utraque est*

#### NOTÆ

centiores herbarii centum amplius genera norunt, ut diximus c. 38.

<sup>d</sup> *Hujus plures*] Sativæ scilicet. Diosc. loc. cit. Καὶ τῆς ἡμέρου ἢ μέν τις φοινικὰ φέρει τὰ ἄνθη· ἢ δὲ ἐπόλευκα ἢ γαλακτίζοντα, ἢ πορφυρὰ.

<sup>e</sup> *Harum trium folia apio*] Coriandro, quod eodem ferme recidit, Diosc. loc. cit. et Oribasius lib. xi. p. 190. Sed sunt tamen apio, quam coriandro, propiora.

<sup>f</sup> *Cacumine asparagi*] Nec calyces habent anemonæ, nec capita, seu vascula: sed cacumen instar asparagorum est. Οὔτε κωδιὰν ἔχουσιν, ἀλλ' οἰοῦν ἀσπαράγου ἄκρον. Dioscor. loc. cit. Vide iconem anemonæ primæ apud Dodon. p. 431.

<sup>g</sup> *Flos nunquam*] At nostræ etiam tranquillo sese aperiant. Verius forsitan nomen iis inditum, quod facile flos vento decutitur. Hesychius: Ἀνεμώνη . . . πᾶν φυτὸν ταχέως ὑπὸ ἀνέμου φθειρόμενον.

<sup>h</sup> *Sylvestri amplitudo*] Diosc. hæc

totidem verbis, II. 207.

<sup>i</sup> *Hanc, errore*] Totidem verbis Diosc. et Oribasius locis cit.

<sup>j</sup> *Argemonem*] Hanc depictam vide apud Lobelium in Observat. p. 144. Est et in horto Regio. Similis fere papaveri rhæadi. Ceteras ejus notas disce a Diosc. III. 208. Plinioque ipso xxv. 56.

<sup>k</sup> *Quod rhæan*] Lib. xi. c. 53.

<sup>l</sup> *Sed distinctio*] Eadem discrimina afferunt auctores mox appellati. Quod et argemone et rhæas papaver serius florent: nec croceum, ut argemone, dum canlis conciditur, nec candidum, ut papaver, succum reddit, &c.

<sup>m</sup> *Prosunt anemonæ*] Radicis succo naribus infuso valere Dioscorides ait, loc. cit. ad purgandum caput: folia cum ptisana decocta, et in cibo sumpta, fecunditatem lactis præstare. Habet hæc etiam Galenus de Facult. Simp. Med. lib. vi. p. 157.

<sup>n</sup> *Et menstrua*] Diosc. loc. cit.

cient cum ptisana sumtæ, aut vellere appositæ. Radix<sup>o</sup> commanducata pituitam trahit, dentes sanat: decocta oculorum<sup>p</sup> epiphoras, et cicatrices. Magi<sup>9</sup> multum quidem iis tribuere, quamprimum aspiciatur eo anno tolli jubentes: dicitur, colligi eam tertianis et quartanis remedio. Postea alligari florem panno roseo, et in umbra asservari, ita cum opus sit adalligari.<sup>10</sup> Quæ ex his phœniceum florem habet, radice contrita, cuicumque animalium imposita, ulcus facit septica vi.<sup>11</sup> Et ideo<sup>r</sup> expurgandis ulceribus adhibetur.

XCv. (XXIV.) Cœnanthe herba<sup>s</sup> nascitur in petris, folio pastinacæ, radice magna, numerosa. Caulis ejus et folia cum melle ac vino nigro pota, facilitatem pariendi præstant, secundasque purgant. Tussim e melle tollunt: urinam cient. Radix et vesicæ vitiis medetur.

XCvI. (XXV.) Heliochrysum,<sup>a</sup> quod alii chrysanthemon vocant,<sup>1</sup> ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia: ad Solis repercussum, auræ lucis in orbem veluti corymbis dependentibus,<sup>2</sup> qui nunquam marcescunt:

postea florens.—8 Vet. Dalec. sed quasi.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. oculorum epiphoras. Magi Gronov. et edd. vett. Mox, Vet. Dalec. quidam in trib. quam primum aspiciunt; alii vett. ap. Dalec. cum primum aspiciuntur.—10 Vet. Dalec. alligari.—11 Chiffi. ulcerum facit styptica vi; cod. ap. Laet etiam styptica vi.

CAP. XCVI. 1 Helichrysum, alii chrysanthum vocant Chiffi. alii amaranthum vocant margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Radix] Diosc. et Galenus locis citatis.

<sup>p</sup> Decocta oculorum] Decocta in passo, ἐν γλυκεῖ. Diosc. loc. cit. De cicatricibus Galenus loc. cit. οὐλὰς λεπτόναι. Has vuculas, et cicatrices, ex Mss. addidimus.

<sup>q</sup> Septica vi] Σηπτικὴ δύναμις, vis purificandi. Celsus VII. 21. 'Medicamenta, quæ sic exedunt, ne erodant, σηπτικὰ Græci vocant.'

<sup>r</sup> Et ideo] Galenus loc. cit.

<sup>s</sup> Cœnanthe herba] Filipendula Dodonæi, pag. 56. Cœnanthe staphylini folio, Joan. Baubini tom. III. p. 191.

Dioscor. lib. III. cap. 135. Οἰνάνθη . . . τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὡσπερ σταφυλίνος, κ. τ. λ. De forma cœnanthes, ac viribus ejusdem, paria prorsus cum Plinio tradit. Radicem ad stranguriam adhibet Apuleius LIV. 1.

<sup>a</sup> Heliochrysum] De quo jam superius cap. 38. Diosc. iisdem fere verbis, IV. 57. Ἐλίχρυσον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀμάραντον καλοῦσιν, φ καὶ τὰ εἶδωλα στεφανοῦσι· βραβδίων λευκόν, χλωρόν . . . φύλλα στενὰ ἐκ διαστημάτων ἔχον πρὸς τὰ τοῦ ἀβροτόνου κόμην κυκλωτερῆς χρυσοφανῆς, σκιάδιον περιφερές, ὡσπερ κορύμβους ξηροῦς, κ. τ. λ.

qua de causa Deos coronant illo, quod diligentissime servavit Ptolemæus rex Ægypti. Nascitur in fructectis.<sup>b</sup> Ciet urinas<sup>c</sup> e vino pota, et menses. Duritias et inflammationes discutit. Ambustis<sup>d</sup> cum melle imponitur. Contra serpentium<sup>e</sup> ictus, et lumborum<sup>f</sup> vitia bibitur. Sanguinem<sup>g</sup> concretum ventris aut vesicæ<sup>3</sup> absumit cum mulso. Folia ejus trita trium obolorum<sup>4</sup> pondere sistunt profluvia mulierum<sup>h</sup> in vino albo. Vestes tuetur<sup>i</sup> odore non ineleganti.

XCVII. (XXVI.) Hyacinthus<sup>j</sup> in Gallia maxime<sup>1</sup> provenit. Hoc ibi fuco<sup>k</sup> hysginum tinguunt.<sup>2</sup> Radix est bul-

//////////

*corymbis ad solis repercussum veluti aureæ lucis in orbem dependentibus.*—3 Dalec. *ventris ac vesicæ.*—4 *Folia ejus trium obolorum Gronov. et vulgg. trita ex codd. suis et Chiffi. restituit Harduin. quem secuti sunt recentt.*

CAP. XCVII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *eximie* edd. vett. et Gronov.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Hoc ibi loco hygi-*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Nascitur in fructectis]* Dioscor. loc. cit. *Φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ χαράδρωδεσι τόποις, in asperis et salebrosis.* Interpres Oribasii lib. xi. p. 196. ‘in asperis et aquosis convallibus.’

<sup>c</sup> *Ciet urinas]* Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Ambustis]* Theophr. Hist. ix. 21. *καὶ πρὸς τὰ πυρικανστὰ, κατακαύσαντες καὶ μίξαντες μέλιτι.*

<sup>e</sup> *Contra serpentium]* Theophr. loc. cit. *Χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ δακετὰ ἐν οἴνῳ. Usus illius ad serpentium morsus e vino.* Diosc. quoque loc. cit.

<sup>f</sup> *Et lumborum]* Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Sanguinem]* Hæc iisdem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Profluvia mulierum]* Diosc. loc. cit. *Ἰσχει δὲ καὶ κατάβρουν, ὅσον τριώβολον νήσσει δοθεῖσα ἐν κράματι οἴνου λευκοῦ. Sistit et destillationes, trium obolorum pondere jejunis potui data in vino albedi luto.* Alios secutus auctores Plinius videtur, aut κατάβρουν perperam pro mulierum profluvio accepisse, cum ea vox destillationem pituitæ, et cutarrhum significet.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>i</sup> *Vestes tuetur]* Vestibus interponi ait Dioscor. loc. cit. ut eas a teredinum injuriis tueatur.

<sup>j</sup> *Hyacinthus]* Hyacinthus iste, vacciniumve Gallicum, quo hysginum vel purpura inficitur, gladiolus est, et hyacinthus, ut verbis Columellæ utar, ix. 4. cœlestis nominis, hoc est, qui et iris vocatur, ut ex Palladio liquet, i. 37. nec tamen iris est, de qua diximus c. 19. quæ radix medicinæ tantum et unguentis nascitur, non tingendis lanis: sed quam Galli Glaiutum vocant, quasi gladiolum, *du Glaieul.* Ita Anguillara par. ix. pag. 153. quos alii deinde secuti sunt. Decepti vero errore omnes, qui nihil irin ab hyacintho differre censent. Hyacinthi porro Gallici tractionem Plinius nunc attingit obiter, ubi de vulgari tantum hyacintho agendum ex proposito videbatur, quod, ut ipse admonuit, xx. 45. sæpe contexenda sunt ea, quæ sunt ex eodem nomine pendentia.

<sup>k</sup> *Hoc ibi fuco]* Vide Notas et E-

*Plinius.*

9 Z

bacea,<sup>1</sup> mangonicis venalitiis<sup>3</sup> <sup>m</sup> pulchre nota: quæ e vino dulci<sup>2</sup> illita, pubertatem coërcet, et non patitur erumpere. Torminibus et araneorum<sup>o</sup> morsibus resistit. Urinam impellit. Contra serpentes<sup>p</sup> et scorpiones, morbumque<sup>4</sup> regium,<sup>q</sup> semen ejus cum abrotono<sup>5</sup> datur.

XCVIII. Lychnis quoque<sup>r</sup> flammea illa adversus serpentes, scorpiones, crabrones,<sup>1</sup> similiaque bibitur e vino semine<sup>2</sup> trito. Sylvestris eadem stomacho inutilis. Alvum<sup>3</sup> solvit. Ad detrahendam<sup>t</sup> bilem efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus<sup>u</sup> adeo contraria,<sup>3</sup> ut omnino visa ea torpescant. Radicem ejus Asiani boliten vocant: <sup>4</sup> qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

//////////

num tingunt Chiffi. unde quidam, *Hoc ibi locorum hysginum tingunt.* Gronov. et al. ante Harduin. *Hoc ibi proocco hysginum tingitur.*—3 Vet. Dalec. mangoniis venalitiurum.—4 Chiffi. morborumque.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. cum vino, e Diosc.

CAP. XCVIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. et scorpiones, et crabrones. —2 Chiffi. bibitur lini semine; unde quidam, *bibitur cum lini semine.*—3 *Scitam contraria* Chiffi.—4 *Radicem e. A. b. vocant* desunt in Chiffi.

#### NOTÆ

mend. num. 23. Hysginum porro colos est affinis coccineo.

<sup>1</sup> *Radix est bulbacea*] Hyacinthi nimirum alterius, seu vulgaris, atque Italici, ut diximus XVI. 31. mancipiis sati. Liliū purpureū tertium Dodonæi videtur esse, pag. 199. quam ille sententiam idoneis stabilit argumentis. Dioscorides Plinio suffragatur, IV. 63. Ἰακίνθος φύλλα ἔχει ἕμοια βολβῶ . . . ῥίζαν καὶ αὐτὴν ἐμφερόῃ βολβῶ. Et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 237. Ἰακίνθου ἡ μὲν ῥίζα βολβοειδής.

<sup>m</sup> *Mangonicis venalitiis*] Ita Mss. omnes. Venalitiū sunt venditores, teste Nonio cap. 2. num. 919. testimonio ipsius Ciceronis in eam rem adducto. Mangonici venditores erant negotiatores mancipiorum, qui pueros puellasque, quo facilius vendi possent, artificio quodam componere, atque horum ætatem tegere puber-

tate coërcita solebant, ut vendibiliores essent.

<sup>2</sup> *Quæ e vino dulci*] Diosc. IV. 63. de radice hyacinthi: ἡ τις σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσα λευκῶ (vel γλυκεῖ) ἐπὶ παιδῶν, ἀνήθους τηρεῖν πεπίστευται. Galenus loc. cit. ἐν οἴνῳ tantum.

<sup>o</sup> *Araneorum*] Phalangiorum, Diosc. Φαλαγγιοδῆκτους ὠφελεῖ.

<sup>p</sup> *Contra serpentes*] Diosc. loc. citato.

<sup>q</sup> *Morbūque regium*] Diosc. et Galenus abrotonum non asciscunt: sed id solum, ἱκτερκοῖς δίδονται σὺν οἴνῳ.

<sup>r</sup> *Lychnis quoque*] De qua cap. 10. Habet eadem Diosc. III. 114.

<sup>3</sup> *Alvum*] Diosc. III. 115.

<sup>t</sup> *Ad detrahendam*] Per alvum scilicet, κατὰ κοιλίαν, Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Scorpionibus*] Diosc. loc. cit. post Nicandrum in Theriac. pag. 64. cujus et Scholiasten vide, pag. 41.

XCIX. (XXVII.) Et vincapervinca, sive chamædaphne,<sup>1</sup> arida tusa hydropicis datur in aqua, cochlearis mensura,<sup>2</sup> celerrimeque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere sparsa vino, tumores siccat. Auribus succo medetur. Alvinis<sup>v</sup> imposita multum prodesse dicitur.

c. Rusci radix<sup>a</sup> decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, et tortuosiore<sup>b</sup> urina, vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, postero mane<sup>1</sup> decoqui: ex eo sextarium<sup>2</sup> vini cyathis duobus misceri. Sunt qui et crudam radicem tritam ex aqua bibant: et in totum ad virilia,<sup>3</sup> cauliculis ejus ex aceto<sup>4</sup> tritis, nihil utilius putant.

ci. Batis quoque<sup>d</sup> alvum mollit. Illinitur podagricis cruda et contusa.<sup>1</sup> Acinon<sup>e</sup> et coronarum causa et ciborum Ægyptii serunt. Eademque erat, quæ ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset, et admodum odorata. Ciet menses<sup>2 f</sup> et urinas.

cii. (XXVIII.) Colocasia<sup>g</sup> Glaucias acria corporis leniri putavit, et stomachum juvari.

//////////

CAP. XCIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. sive *daphnoeides*, e Diosc.—2 Ita codd. Reg. Brot. 2. et Chiffi. *cochleari mensura* edd. ante Harduin.

CAP. c. 1 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *postremo mane* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et decocti sextarium* Vet. Dalec. *ex ea sextarium* Gronov. et vulgg. *et ex eo sextarium* Chiffi.—3 Vet. Dalec. *ad urinam difficilem*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. *ejus in vino et aceto* Gronov. et vulgg.

CAP. ci. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tosta et contusa* Gronov. et al. vett.—2 *Ciet et menses* Chiffi.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Alcinis*] Quibus alvns est fluida.

<sup>a</sup> *Rusci radix*] Hoc iterum Plinius libro sequente, cap. 83. ubi de oxy-myrsine, quæ nihil a rusco differt.

<sup>b</sup> *Tortuosiore*] Hoc est, ut ipsemet interpretatur, xxiii. 83. difficili urina, præcipue crassa: hoc est, turbidiori: atque adeo hominem tortuosi, dum veluti tortuosa exit. Diosc. iv. 146. simpliciter *σπαργου-πlav* dixit.

<sup>c</sup> *Ad virilia*] Ad virilium morbos. Diosc. loc. cit. *ad urinam*.

<sup>d</sup> *Batis quoque*] Hæc rursum dicentur, xxv. 50.

<sup>e</sup> *Acinon*] Dioscor. iii. 50. Ἄκινος, ἢ ἄκονος . . . . πῶς στεφανωματικῆ, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δὲ καὶ εὐώδης· παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπεύεται. Quid sit Dioscoridis ἄκινος nescire se fatetur Anguillara par. xii. pag. 206. Videtur esse ocimum sylvestre pictum a Dodonæo pag. 279.

<sup>f</sup> *Ciet menses*] Contra Diosc. loc. cit. Ἰσσηῖς, *sistit*.

CIII. (XXIX.) Anthalii, quod Ægyptii edunt, nullum alium reperi usum. Sed est herba<sup>h</sup> anthyllion, quam alii anthyllum<sup>i</sup> vocant, duorum generum, foliis<sup>a</sup> et ramis<sup>i</sup> lenticulæ similis, palmi altitudine, sabulosis<sup>j</sup> apricis nascens, subsalsa gustanti. Altera chamæpityi<sup>k</sup> similis, brevior et hirsutior, purpurei floris, odore gravis, in saxosis nascens. Prior vulvis<sup>l</sup> aptissima, ex rosaceo<sup>3</sup> ac lacte imposita,<sup>m</sup> et vulneribus. Bibitur<sup>n</sup> in stranguria, reniumque arenis,<sup>4</sup> tribus drachmis. Altera<sup>o</sup> bibitur in duritia vulvarum, et in torminibus, et in comitiali morbo, cum melle et aceto, quatuor drachmis.

CIV. (XXX.) Parthenium,<sup>p</sup> alii leucanthes, alii amnacum<sup>i</sup> vocant. Celsus apud nos,<sup>q</sup> perdicium, et muralem.<sup>r</sup> Nas-



CAP. CIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Est et herba a. q. a. anticellion Gronov. et vulgg. anthyllis, quam alii anthyllion alii ap. Dalec.—2 Altera foliis Dalec. Mox, Chiffi. palmæ altitudine. Deinde, pro sabulosis, margo edd. Dalec. et Gronov. subsalsis, e Diosc.—3 Gronov. et ex rosaceo.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. reniumque doloribus edd. vett. et Gronov. reniumque anseris Chiffi. unde quidam, reniumque ulceribus. Mox, quatuor drachmis margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. drachmis. Bibitur item in, &c. Vet. Dalec.

CAP. CIV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et Edd. recentt. sic etiam Chiffi. leucanthemum, alii amaracum margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. leu-

#### NOTE

<sup>ε</sup> Colocasia] Diosc. II. 128. ad cæliacos, dysentericosque commendat: additque vim habere εὐστόμαχον.

<sup>h</sup> Sed est herba] Diosc. in Nothis, pag. 460. Ἀνθυλλίς, οἱ δὲ ἄνθυλλον, οἱ δὲ λευκάνθεμον.

<sup>i</sup> Foliis et ramis] Hæc prior anthyllis descripta a Diosc. iisdem verbis III. 153. ἡ μὲν γὰρ φακῶ παραπλήσια φύλλα ἔχει, κ. τ. λ. Delineata a Dodonæo, pag. 542.

<sup>j</sup> Sabulosis] Diosc. loc. cit. Ἐν ὑψάμοις τόποις, καὶ εὐήλοις, γενομένην ὕψαμος.

<sup>k</sup> Altera chamæpityi] Sic Diosc. totidem verbis loc. cit. Galenus quoque, de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 157. et interpres Oribasii, fol. 190. Est anthyllis chamæpityides minor

Lobelii, in Observ. pag. 208. scite admodum ibi delineata. Fruticat in aridis arborum marginibus juxta Montem Pessulanum.

<sup>l</sup> Prior vulvis] Diosc. totidem fere verbis loc. cit.

<sup>m</sup> Imposita] Diosc. in pesso subdita, προστιθέμεναι.

<sup>n</sup> Bibitur] Diosc. loc. cit. Sed quatuor drachmis bibi jubet.

<sup>o</sup> Altera] Diosc. et Galenus locis cit.

<sup>p</sup> Parthenium] Posterior ætas Matricariam appellavit, Matricaire, ou Marone. Delineatur a Dodonæo, pag. 35. a Matthiolo, in Diosc. lib. III. pag. 907. Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>q</sup> Celsus apud nos] Lib. II. cap. 33.

citur in hortorum sepibus, flore albo,<sup>5</sup> odore mali,<sup>4</sup> sapore amaro. Ad insidendum,<sup>u</sup> decoctum<sup>2</sup> in duritia vulvarum, et inflammationibus. Sicca cum melle, et aceto imposita,<sup>3</sup> v bilem detrahit atram. Ob hoc contra vertigines utilis, et calculosis.<sup>w</sup> Illinitur<sup>x</sup> et sacro igni: item strumis, cum axungia inveterata. Magi contra tertianas sinistra manu evelli eam jubent, dicitque cujus causa vellatur, nec respicere. Dein ejus folium ægri linguæ subjicere, ut mox in cyatho aquæ devoretur.

CV. (XXXI.) Trychno,<sup>a</sup> quam quidam strychnon<sup>1</sup> scripsere, utinam nec coronarii<sup>b</sup> in Ægypto uterentur, quos in-



*canthen*, alii *tamnacum* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *muralium* . . . *decoctæ* Gronov. et vulgg. *muralium* . . . *odore malo* . . . *decoquitur* Vet. Dalec. ‘*Odore mali*] Ita quidem libri omnes scripti et editi. Melius tamen videtur, *odore malo*, ut habet Dioscorides.’ *Brotier*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *potæ*, e Diosc.

CAP. CV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

‘Herba muralis,’ inquit, ‘(parthenium, vel perdicium appellant,) reprimat ac refrigerat.’ Et parthenium istud sane refrigerandi ac reprimendi habere vim insitam, hand obscure Dioscorides innuit, qui erysipelatis et inflammationibus imponi jubet. Quamobrem iuiverito carpitur hoc loco a Barbaro Dalecampioque Plinius, perinde ac si parthenium istud cum altero cognomine confuderit.

<sup>r</sup> *Et muralem*] Sic Mss. Reg. et Chiff. non *muralium*. Ita etiam Celsus loc. cit.

<sup>s</sup> *Flore albo*] Diosc. *ἔνθη λευκὰ κύκλω*. Et vero a candore floris *λευκαρθὲς* quoque ei nomen fuit.

<sup>t</sup> *Odore mali*] Ita libri omnes. An *odore malo*? Nam Diosc. loc. cit. *ὄσμῃ ὑπόβρομον*, Oribasii interpres lib. XII. fol. 210. *odore subvirroso*.

<sup>u</sup> *Ad insidendum*] Ad insidendum valet decoctum, in vulvarum duritiis et inflammationibus: τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, ἐγκάθισμα ὑστέρως ἐσκληρυμένης

καὶ φλεγμαινώσεως ἐστίν. Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Sicca* . . . *imposita*] Ita libri omnes. Sed Dioscoridem si unum audimus, *potæ* legendum, non *imposita*. *Δύναται δὴ ξηρὰ σὺν δξυμέλιτι ἢ σὺν ἄλλοι ποθεῖσα* . . . φλέγμα καὶ χολῆν ἄγειν κάτω. Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Et calculosis*] Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Illinitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Trychno*] Ita Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 237. *Τρύχρονον*, ἐνιοὶ δὲ μετὰ τοῦ σίγμα στρύχρονον ὀνομάζουσιν. Solanum Latini vocant, teste Plinio XXVII. 108. ex Celso. Hortense hoc prius a Dodonæo depingitur, pag. 451. Gallis, *Morelle*: Oribasio, in Ms. cod. lib. II. *Τρύχρονον τὸ ἐδώδιμον, καὶ ἐν τοῖς κήποις φυόμενον*. Cælio Aureliano II. ‘*Uva lupina*.’

<sup>b</sup> *Nec coronarii*] Alterum certe genus, quod halicacabum dicitur, adhiberi solitum in coronas, auctor est Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 237. post. Diosc. IV. 72.

vitat hederæ foliorum <sup>2 c</sup> similitudo, in duobus ejus generibus. Quorum alterum, <sup>d</sup> cui acini <sup>3</sup> coccinei, granosi in folliculis, <sup>4</sup> halicacabum vocant, alii callion. Nostri autem vesicariam, <sup>e</sup> quoniam <sup>5</sup> vesicæ et calculis prosit. Frutex est surculosus verius, quam herba: folliculis magnis, latisque, <sup>6</sup> et turbinatis, grandi intus acino, qui maturescit Novembri mense. Tertio <sup>7 f</sup> folia sunt ocimi, minime diligenter demonstrando, <sup>8</sup> remedia, non venena, tractantibus: <sup>9</sup> quippe insaniam facit, parvo quoque succo. Quanquam et Græci auctores in jocum vertere. Drachmæ enim ponderē lusum pudoris <sup>g</sup> gigni dixerunt, <sup>10</sup> species vanas imaginesque conspicuas obversari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere. Quicquid vero adjiciatur ponderi, repræsentari mortem. <sup>h</sup> Hoc est vene-

//////////

recentt. *Strychno*, *q. q. trychnon* Gronov. et al. vett.—2 ‘Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Chiffi. *invitat ederae florum* Gronov. et al. vett. *invitat florum* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 *Præter illa tertium, cui acini* Vet. Dalec.—4 ‘Ita optime cod. Reg. 2. acini enim ejus granosi sunt in folliculis.’ Brotier. *granosi folliculi* edd. ante Harduin.—5 Chiffi. *quod*—6 Chiffi. *laxisque*.—7 ‘*Thryo. Thryon* ἐνιρον vocat Theophrastus.’ Dalec. Mox, pro *ocimi*, Chiffi. *acimi*; unde quidam *acini*.—8 Gronov. et al. ante Harduin. *demonstranda*.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tractanti* Gronov. et vulgg.—10 Chiffi. *lusum cigni dixerunt*, expuncto *pudoris*.—11 Vet. Dalec. *appelluvere*,

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Hederæ foliorum* [florum] Mss. Reg. Colb. et Chiffi. *ederæ foliorum*, verius.

<sup>d</sup> *Quorum alterum*] Secundum hoc solani genus, πύρρον ἔχον τὸν καρπὸν, εἰκότα βαγί σταφύλης μετὰ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος, inquit Galeenus loc. cit. Theophr. Hist. ix. 12. καρπὸν dixit ἐρυθρότερον κόκκου. Diosc. iv. 72. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον στρύχρον δ’ ἀλικάκαβον καλοῦσιν, κ. τ. λ. Et in Nōthis: ἀλικάκαβον, οἱ δὲ καλλιᾶδα. Cratevus apud Diosc. iv. 75. καλέαν vocat.

<sup>e</sup> *Vesicariam*] Quemadmodum Græci φυσάλδα vocant, quoniam intra folliculos orbiculatos vesicæ similes fructum, sive grana, includit, καρπὸν ἐν θυλακίοις περιφέρεισιν ὁμοιον φύσσαις ἔχει. Diosc. loc. cit.

Officinæ Mauritanos secuntæ *Alcaquengi* vocant, alii *Baguenaudes*.

<sup>f</sup> *Tertio*] Tertio solani generi, quod Græci θρόον vocant. Diosc. iv. 74. Στρήχρον μανικόν, δ’ ἐνιοι περισσόν, οἱ δὲ θρόον ἐκάλεσαν. Τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιόν ἐστιν εἰζώμφ, &c. Huic folium evicæ proximum, &c. Solanum letale Dodonæi, pag. 453. Italis *Belludona*.

<sup>g</sup> *Lusum pudoris*] Hoc verborum ambitu vanas imagines notat, quibus exercere se Venerem somniant ii qui drachmæ pondere solanum letale biberint. Tamen in Mss. vox *pudoris* abest.

<sup>h</sup> *Repræsentari mortem*] Galeenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 169.



num, quod innocentissimi auctores simpliciter dorycnion<sup>i</sup> appellavere, ab eo, quod cuspides<sup>11</sup> in præliis tingerentur illo passim nascente. Qui parcius insectabantur,<sup>12</sup> j manicon cognominavere: qui nequiter occultabant, erythron, aut neurada: ut nonnulli,<sup>k</sup> perisson: cavendi causa<sup>13</sup> curiosius dicendum.

Quin et alterum<sup>l</sup> genus, quod halicacabon<sup>14</sup> vocant, soporiferum est, atque etiam opio velocius<sup>m</sup> ad mortem: ab aliis morion, ab aliis moly appellatum. Laudatum vero a Diocle et Evenore, Timaristo quidem etiam carmine, mira oblivione innocentiae:<sup>n</sup> quippe præsentaneum remedium, ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur<sup>o</sup> halicacabo in vino: exceptionem addidere,<sup>15</sup> ne diutius id fieret: delirationem enim gigni. En demonstranda remedia, quorum medicina majoris mali periculum afferat. Commen-



quod eo cuspides. Mox in præliis Chiffi.—12 Gronov. et al. ante Harduin. qui p. spectaverant Chiffi. qui p. inspectabant: et mox, manicon nominavere.—13 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *neurida...ne cavendi quidem causa* Gronov. et vulgg. *neurada...in cavendi causa* Chiffi.—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quod et halica.* e Diosc.—15 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *halicacabo uni exceptionem addidere* Gronov. et al. vett.—16 Ita ex codd. Harduini et recentt. *gigni eo. Nec de-*

## NOTÆ

et lib. VIII. pag. 237. si quatuor drachmæ bibantur.

<sup>i</sup> *Dorycnion*] Sic Apuleius cap. 22. 'Alii strychnon manicon, alii dorycnion, alii cacabon, Itali Apollinarem' vocant. Diosc. quoque, in Alexiph. in præf. pag. 401. et cap. 6. *Στρυχνὸν μανικόν, ὃ καὶ δορύκνιον καλοῦσιν.* Galeus denique, κατὰ τόπους, x. 3. pag. 637. *Στρυχνόν, οἱ δὲ δορυκνίου βλήτης.* Græcis δόρυ *cuspis* est, et *lancea*.

<sup>j</sup> *Qui parcius insectabantur*] Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>k</sup> *Ut nonnulli*] Sic Diosc. IV. 74. *περισσόν.* Sic enim legendum, non *πέρισσιον*.

<sup>l</sup> *Quin et alterum*] Soporiferum ab halicacabo discernit Dioscorides IV.

73. quanquam et ipsi soporifero halicacabi quoque appellationem inditam fatetur.

<sup>m</sup> *Opio velocius*] Diosc. contra, loco cit. vim somnificam habere prodidit, opio mitiorem.

<sup>n</sup> *Mira oblivione innocentiae*] Obliti hi videntur innocentiae, quam præ se ferre Medici debent, cum tam periculosam herbam laudarint. Innocentia enim Medici est, non monstrare, necdum laudare, quod majore discrimine adhibetur. Sic paulo ante innocentissimos appellat auctores eos, qui vel nomine ipso absterruere legentes ab ejus usu.

<sup>o</sup> *Si colluerentur*] Vide Notas et Emend. num. 26.

datur ergo in cibis<sup>17</sup> tertium genus, licet præferatur hortensium saporibus.<sup>18</sup> Et nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos; Xenocrates prædicat.<sup>19</sup> Non tamen auxilia eorum tanti sunt, ut vel profutura de iis commemorare fas putem, præsertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Halicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes,<sup>20</sup> quod furere ad confirmandas superstitiones aspici se volunt. Remedio est (id enim libentius retulerim) aqua copiosa mulsa calida potui data. Nec<sup>21</sup> illud præteribo, aspidum naturæ halicacabum in tantum aduersam, ut radice ejus propius admota soporetur illa sopore enecans vis earum. Ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

CVI. (XXXII.) Corchorum<sup>p</sup> Alexandrini cibi herba est, convolutis foliis ad similitudinem mori, præcordiis (ut ferunt) utilis, alopeciisque, et lentigini. Boum quoque scabiem celerrime sanari ea inuenio: apud Nicandrum<sup>q</sup> quidem et serpentium morsus, antequam floreat.

CVII. Nec de cnico<sup>r</sup> sive atractylide verbosius dici par esset, Ægyptia herba, ni magnum contra venenata<sup>s</sup> anima-

monstranda edd. vett. et Gronov.—17 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Commendatur et in cibis* Gronov. et vulgg.—18 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *hortensis saporibus* Gronov. et vulgg. *hortensis sapor* Vet. Dalec. *hortensis sapore* al. vett. ap. Dalec.—19 *Et nil sit corp. mal. cui non salutare stry. Xen. prædicet* Chiffi. Mox, *ut id pletura nos de his* Chiffi. Leg. *ut ideo plura de iis.* Dalec.—20 *Chiffi. valiginare gallentes; unde quidam, qui vaticinari callentes.* Dalec. *In codd. Regg. 2. 5. et Editione principe, qui vaticinare gallentes.* Unde forte melius emendaretur, *qui vaticinari callent.* Brotier.—21 Chiffi. *calida potu.* Nec. Mox, pro *præteribo*, Harduin. 1. *probo*, mendose; quod tamen retinuit Miller. id vero correxerunt Bipont. et Frauz.

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Corchorum*] Corchoron appellant Cratevas, Theophrastus, et Nicander, quam Dioscorides Anagallidem, inquit Anguillara par. v. p. 92. Ἀναγאלλῖς gemina apud Diosc. II. 209. Pingitur a Dodonæo pag. 32. Folia esse ad similitudinem ocimi scribit Theophr. Hist. VII. 7. sed mori dixeris, an ocimi, parum interest.

<sup>q</sup> *Apud Nicandrum*] Is in Theriacis,

p. 44. ubi adversus serpentes laudat Κόρχορον ἡμύθερρα. De eo paræmia vulgata, tum apud Suidam, tum apud Schol. Nicandri, Κόρχορον ἐν λαχάνοις, etiam corchorus inter olera, quod vile olus haberetur.

<sup>r</sup> *Nec de cnico*] Sylvestri scilicet, de qua c. 53.

<sup>s</sup> *Contra venenata*] Contra scorpio-num ictus. Diosc. III. 107.

lia præberet auxilium: item adversus fungos. Constat<sup>t</sup> a scorpione percussos, quamdiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum.

CVIII. (XXXIII.) Et persolutam<sup>u</sup> Ægyptus in hortis serit, coronarum gratia. Duo genera ejus, foemina ac mas. Utraque subdita Venerem inhiberi, virorum maxime, tradunt.

CIX. (XXXIV.) Et quoniam in mensuris quoque ac ponderibus crebro Græcis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel in hoc loco ponemus. Drachma Attica<sup>a</sup> (fere enim<sup>b</sup> Attica observatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus. Eademque sex<sup>c</sup> obolos pondere efficit. Obolus x. chalcos.<sup>d</sup> Cyathus pendet

CAP. CVIII. 1 Et prosolutam Vet. Dalec.

CAP. CIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTE

<sup>t</sup> Constat] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Et persolutam] Peregrina hæc, et ignota.

<sup>a</sup> Drachma Attica] Transcripsit hoc caput de mensuris Plinius alter Valer. in Præf. Operis. Sic etiam Galenus de Compos. Medic. κατὰ τόπους, lib. VIII. cap. 3. p. 573. Πρόδηλον, ὅτι δραχμὴν λέγομεν νῦν ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἅπασιν, ὅπερ Ῥωμαῖοι δηνάριον ὀνομάζουσιν. Celsus ad Natalem, Epistola præfixa operi Marcelli Empirici: 'Græci Medici pondera medicamentorum ad drachmas redigunt: quæ quia ad denarium conveniunt, (octoginta enim quatuor in libram incurrunt,) pro nota Græcæ drachmæ notam denarii posui, et ad ejus pondus drachmas redegi.' Scribonius Largus ad Callistum: 'Erit nota denarii unius pro Græca drachma: æque enim in libra denarii LXXXIV. apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurrunt.' Ceteris, qui plurimi sunt, appellandis supersedeo. Est autem denarius apud Romanos, nummus argenteus, quales

in Cimeliis vulgo visuntur, seu Consulium, ævi, seu Imperatorum. Quaternos ex his denarios fere nummus noster argenteus in Gallia complectitur, qui triginta assibus æreis permutatur.

<sup>b</sup> Fere enim] Cante fere addidit: nam et Urbis Romæ ponderibus interdum usi, ut Andromachus Medicus Neronis, ipso referente Galeno κατὰ τόπους, vi. 6. p. 499.

<sup>c</sup> Eademque sex] Dioscorides tomo XIII. operum Galeni, pag. 984. 'Ἡ δὲ δραχμὴ, ἣ καὶ ὀκτὴ λεγομένη, ἄγει γράμματα τρία, τοῦτέστιν ὀβόλους στ'. Suidas: Δραχμὴ, ἕξ ὀβόλων. Cleopatra, apud Galenum, tom. cit. p. 981. 'Ἡ δραχμὴ ἕχει ὀβόλους στ'. Et apud Marcellum Empiricum Victoriati pondus, seu denarii dimidii, trium esse obolorum dicitur, c. 9. p. 78.

<sup>d</sup> Obolus X. chalcos] Pauciores alii, ut video, chalcos in obolo uno computant. Diodorus apud Suidam, tantum sex: ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν ς'. Octo, Cleopatra loc. cit. 'Ὀβολὸς ἕχει

drachmas<sup>a</sup> x.<sup>o</sup> Cum acetabuli<sup>f</sup> mensura dicitur, significat heminae quartam partem, id est, drachmas xv. Mna, quam<sup>g</sup> nostri minam vocant, pendet<sup>h</sup> drachmas Atticas centum.

\*\*\*\*\*

recentt. *Eadem sex* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pendet per se drachmas* Gronov. et al. vett. —3 Dalec. *pendit*.

#### NOTÆ

χαλκός η. Plinius decem: ut in drachma chalcii omnino sint sexaginta, quas ipse denariorum sexagesimas vocat, xxix. 11. et alibi.

<sup>e</sup> *Cyathus . . . drachmas X.*] Cyathii mensuram, inquit, drachmarum decem pondere Medici definiunt: acetabuli, quindecim: quisque demum is liquor fuerit, qui ad pondus exigeretur. Isidorus Orig. xvi. 25. 'Cyathi pondus decem drachmis appenditur.' Fannius: 'At cotyle cyathos bis ternos una recepat. Sed de abaco nobis id pondus sæpe notatur: Bis quinæ hunc faciunt drachmæ: si appendere velles. Oxybaphum fiet, si quinque addantur ad istas.' Demetrius Alabaldus, de minutiis, cap. de Mensuris, inter Autores Linguae Lat. p. 1527. 'Cyathi vero pondus,' inquit, 'fere drachmæ decem, sicut oxybaphi quindecim.' E Græcis item, Cleopatra, loc. cit. 'Ο κύαθος έχει δραχμάς ι'.

<sup>f</sup> *Cum acetabuli*] Græci δξύβαφον vocant, quasi proprie ita dictum fuerit vasculum infundendo aceto comparatum, in quod intingerent cibum sumentes. De liquorum eo pondere, quod acetabulum caperet, suffragantur Plinio, præter Fannium ac Demetrium: proxime appellatos, Heras Medicus, apud Galenum κατὰ γένη, v. 6. p. 786. ubi cotylen, quam Plinius hemina vocat, drachmas omnino ait sexagenas efficere, si appendantur, ὡς ξ'

δραχμάς ἑλκούσης τῆς κοτύλης· καὶ γὰρ ἔλκει ἦγε Ἀττικῆ, ὅ' οὐγγιῶν οὖσα τῶν Ἰταλικῶν. Cleopatra, loc. cit. 'Ἡ κοτύλη, μέτρῳ μὲν ἔχει κύαθους ε'. σταθμῷ δὲ < ξ', fo ζ', καὶ σ' . . . τὸ δξύβαφον, ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλης τέταρτον, κύαθον α' σ'. σταθμῷ δὲ < ιε'. Cotyle sive hemina, mensura quidem habet cyathos sex, pondere vero drachmas 60. sive uncias septem et semis . . . Acetabulum habet mensura quidem heminae quartam partem, cyathum unum et semis: pondere vero drachmas XV.

<sup>g</sup> *Mna, quam*] Hæc Cleopatrarum pariter Medica defunitio est, minæ pondus intelligi in medicamentis, ubi sunt Atticæ drachmæ centum: 'Ἡ Ἀττικὴ μὲν ἔχει οὐγκίας ιβ' σ'. < ρ'. Mina Attica habet uncias duodecim et semis, drachmas centum. Nec verni una semper apud Medicos locis omnibus temporibusque minæ æstimatio: ex iis enim, inquit Galenus κατὰ γένη, v. 3. p. 778. qui minam in drachmas secant, alii centum, alii etiam plurimum drachmarum esse confirmant: quia et unciam plerique septem drachmas et semissem valere malunt, alii septem duntaxat: octo reliqui: 'Ἄλλὰ τῶν εἰς δραχμάς ἀναγόντων τὴν μνᾶν, εἰσιν οἱ φασιν ἑκατὸν εἶναι δραχμῶν τὴν μνᾶν, ἔνιοι πλείονων' ἐπειδὴν καὶ τὴν οὐγγίαν οἱ πλείστοι μὲν ἑπτὰ καὶ ἡμίσεως δραχμῶν εἶναι φασιν· ἔνιοι δὲ ζ' μόνον· ἕτεροι δὲ η'.

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XXI.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Tenuioribus utebantur antiqui, stroppos appellant: unde nata strophiola*] Sic *stroppos* priore loco exhibent Mss. Reg. Colb. Chiffi. &c. non, ut editi, *strophia*. Et vero Festus: 'Stroppus est,' inquit, 'ut Atteius Philologus existimat, quod Græce *στροφίον* vocatur, et quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponatur, quale sit strophium. Itaque apud Faliscos diem festum esse, qui vocatur Strupearia, quia coronati ambulant,' &c. Alio longe significatu, 'strophium dactylicum' Prudentius cecinit, Hym. 111. ante cibum, vs. 26. 'Sperne, Camæna, leves hederas, Cingere tempora queis solita es: Sertaque mystico dactylico Texere docta liga strophio, Laude Dei redimita comas.' 'Dactylicum strophium' vocat carminis genus, quod Grammatici dactylicum, a dactylo pede, quo fere constat, appellarunt. Sic idem Hymno tertio, *περὶ στεφάνων*, vs. 208. 'Ast ego sarta choro in medio Texta feram pede dactylico.' Strophium vero pro carmine usurpavit, quod *στρο-*

*φή* Græcis, ut *φῶδη*, carmen est, quo Deorum laudes continentur.

2. Ibid. *Serta, a serendo servicæ appellabatur*] Ita Mss. omnes proxime appellati. Forte rectius tamen, *a serendo serieve*. Nam et a *sero*, hoc est, necto, *series* dicta est. Rationem etymii Tertullianus subindicat, de Corona Mil. c. 5. 'Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensorum.' Et quoniam hic Tertulliani mentio incidit, juvat obiter alterum ejus locum afferre, quem Rigaltius et perperam edidit, et præpostere intellexit: libro nimirum de idololatria, c. 10. 'Floræ scholæ coronandæ:' ubi Rigaltius: 'Floralibus scilicet, Floræ sacris.' Sed quid ad Floram referri hæc opus est? *Lege Flore scholæ coronandæ*: nam ad eum modo morem alludit, quem Plinius c. 8. libri hujus significat, cum ait coronas Larium publicorum privatorumque honorem quondam fuisse.

3. CAP. X. *Nec odore nec specie probabilis est, quæ Græca appellatur a nostris, a Græcis lychnis*] Minus commode prius legebatur, *Nec odore nec specie probabilem, et quæ Græca, &c.*

oratione nec satis apte cohærente, nec quæ similitudinem veri ullam habeat. Quis enim centifoliam rosam, de qua proxime antea sermo, ad quam prior sententiæ hujus pars referebatur olim, si minus odore, at specie saltem, quodcumque demum genus illud rosæ sit, negaverit esse commendabilem probabilemque?

4. CAP. XVI. *Hæc sunt tantum*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. &c. Libri vero editi, *Nec hæc sunt tantum*. Salmasius in Solino, p. 1068. *nexui tantum*: quasi sententia sit, combretum nexui tantum esse, id est, ad corollas necti. Id vero nec aures Latinæ ac teretes ferunt, et Scriptoris menti planissime adversatur. Nam in medicinis præterea quem usum id habeat, ipse inferius admonet, c. 77. non igitur tantum in coronas utile.

5. CAP. XVII. *Gaudet calcari, et atteri, pereundoque melius provenit*] In Mss. Reg. 1. &c. *et atteri pedoque melius provenit*. Sic Theophr. Hist. vi. 6. unde hæc manarunt: φιλεῖ δὲ καὶ πατεῖσθαι, καὶ γίνεται καλλίω κατατριβομένης πάτφ τῆς βίξης. At in Reg. 2. tamen, *pereundoque*, hoc est, dum perire videtur. Quare nihil moveo. Ut ut est, quod veteres illi de croci natura cultuque tradunt, magnopere discrepat a consuetudine nostri temporis, curaque, quam nunc in eo tuendo rustici homines adhibent. Illi namque loca ubi sererent, eligebant pressa vestigiis hominum: arbitrabanturque, quanto magis solum terebatur, tanto melius provenire. Nunc vero nihil tam inimicum putant, quam pedibus terram eam calcari, summoque studio inde et belluas et homines arcent.

6. CAP. XIX. *Cilicium maxime laudatur, atque e Septemtrionalibus. Saliunca folio, &c.*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. non, ut editi, *atque septemtrionale*, quanquam eodem ferme recidente sententia. Salmasius in Solin. pag.

1066. interpunctionem mutat, in hunc modum, *Atque e septemtrionalibus saliunca, &c.* Non intellexit iridem præcipue commendari, quæ in partibus Illyridis, quæ magis vergerent ad septemtriones, oriretur, a Theophrasto scilicet, Hist. ix. 7. Ἴρις δὲ ἀρίστη ἐν Ἰλλυρίοις . . . ἐν τῇ ἀνακεχωρηκίᾳ, κειμένη δὲ μᾶλλον πρὸς Ἄρκτον.

7. CAP. XXII. *Rubentem in cocco, qui a rosis migrante gratia, idem trahitur suspectu et in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconicas. Alium in amethysto, qui a viola, et ipse in purpureum, &c.*] Misere affectus ad hunc diem locus hic fuit. Sic enim libri editi: *Unum in cocco, qui in rosis micat. Gratus nihil trahitur aspectu: et in purpuras . . . Alium in amethysto, qui in viola, et ipse in purpureum*. Libri melioris notæ: Reg. 1. *In cocco, qui a rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu et in purpuras . . . amethystum qui viola et ipse in purpureum*. Reg. 2. et Pintiani codex: *ut rubentem in cocco, qui a rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu, et in purpuras . . . amethystum, qui a viola, et ipse in purpureum, &c.* Sic etiam Vossianus, teste Gronovio. Atque hæc sane sincerior lectio visa nobis est, tutiorque conjecturis sensita, si vocalem unam exceperis, *nihil*, cujus vice *idem* idcirco rescripsimus, quod cetera percommode congruant, uti ex interpretatione nostra perspicuum est. Nihil fere attinet hic commemorare, quam varie hunc locum viri fama insignes emendare conati fuerint: ne tamen aliquid vel negligenter prætermisisse, aut maligne tacuisse videamur, id etiam referre operæ pretium ducimus. Itaque Pintianus ita legebat: *unum in cocco, qui rursus migrante gratia trahitur in species. In purpuras, &c.* Salmasius, in Tertull. de Pallio, pag. 138. *In cocco, qui a rosis micat, et gratus nihil: suspectu trahitur et in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconicas. Amethystum, qui in viola, et ipse in pur-*

pureum, &c. Idem in Solinum, p. 273. libri, ut ait, melioris auctoritate: *Ut rubentem in cocco, qui a rosis, nigrante gratia: hic trahitur suspectus et in purpuras, &c.* Gronovius, Notis in aliquot Plinii libros: *Ut rubentem in cocco, qui rosis nigrante gratia, (vel micante nigritia) nihil cedit, suspectus et in purpura Tyria, dibaphaque, ac Laconica: amethystum, qui violæ, et ipse in purpura, eaque quam ianthinam appellavimus, &c.* Hæc vero qui sine præjudicata opinione cum libris conditivis fidei probatæ contulerit, accedere nos propius ad veteris scripturæ vestigia, non inficias, ut remur, ierit. Retineri certe oportere illud, *migrante gratia*, indicant ista liquido, *a rosis*, et *a viola*. *Trahitur quoque, non traditur*, legi sincere, admonet istud, *in purpuras Tyrias, &c.* et quod mox sequitur de amethysto, et ipse in *purpureum, quemque ianthinum*, quæ libri omnes pertinaciter defendunt.

8. CAP. XXXIV. *Seritur autem semine melius, quam radice*] Hic censoria nota Plinium Dalecampius perstringit, post Rnellinm, lib. II. pag. 498. et post utrumque Salmasius, in Præf. pag. 99. falsos secuti Theophrasti codices, cum ex optimis editionibus Aldina et Basil. plane consentiant Theophrastea Plinianis. Sic enim ille scripsit, Hist. VI. 7. Ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει, ἢ ἀπὸ βίτης, καὶ παρασπάδος· χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, κ. τ. λ.

9. Ibid. *Rutæ vice fruticant*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. In editis perperam, *ritu vitis*. Theophr. loc. cit. unde hæc Pliniana manarunt: Ἐμβιωσαν δὲ καὶ αὐξήθην, μέγα καὶ ἰσχυρόν, καὶ δεινῶδες· ὥσπερ τὸ πήγανον.

10. CAP. XXXIX. *Sequitur ananthe, melianthum, &c.*] Quisquis demum flos ille sit mellens, quem melianthum ex ea re vocat, sinceram hanc lectionem esse hujus loci tum libri omnes pertinacissime clamant, tum res ipsa ad-

monet. Nam et hoc loco et in Indice, Mss. Reg. Colb. Th. *melianthum* legunt: et quod ex Theophrasto scribi *melanion* malunt, abhorret id a consuetudine Plinii, qui violam nigram purpureamve dixisset, uti λευκῶιον violam albam proxime ante reddidit: nec res ipsa μέλαν ἴον, seu violam purpuream, hoc loco appellari patitur, post narcissum liliinmq: quam fere ante reliquos flores prodire Martio mense, vere inennte, et Plinius paulo ante docuit, et omnes norunt: unde Martiæ violæ nomen ei vulgus adjudicat.

11. CAP. LX. *Caule foliato est et crepis et lotos*] Sic restituimus ex Mss. Reg. Colb. Th. aliorumque fide, qua neglecta libri editi perperam habent, et *crepis et apate*. Quin et in Indice hujus libri, ex iisdem exemplaribus legitur, *crepis, lotos*. Denique Theophr. Hist. VII. 9. qui nunc, ut sæpe alias, Plinio præsit, ἐπικαυλόφυλλα, inquit, κρηπὶς, λωτὸς, κ. τ. λ. Quanquam sunt qui κρηπὶς ibi literis permutatis legi, quam κρηπὶς, malunt.

12. CAP. LXIV. *Et intra seminat*] Prius legebatur, *intra se germinat*, in vitis libris omnibus primitivis, Reg. Colb. Th. Chiffi. quos secuti sumus: astipulante præsertim scripturæ veteri Theophrasto, hoc ipso loco quem ob oculos Plinius hand dubie habuit, Hist. VII. 14. ubi de lappa agit: Ἐν τοῦτῳ γὰρ ἐγγίνεται τῷ τραχεῖ τὸ ἄνθος οὐ προῖδον, οὐδὲ ἐκφαῖνον, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ πεπτόμενον, καὶ σπερμογονοῦν ὥστε παρόμοιον εἶναι τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γαλέων . . . ἐκεῖνά τε γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ὠτοκῆσαντα ζωογονεῖ, κ. τ. λ. *Nascitur enim flos in eo ipso hirsuto et aspero, non exiens, neque evidens, sed intus maturescens, et semen pariens: ut illi simile sit, quod in mustelis evenit: quæ ubi intra se ora pepererunt, mox gignunt animalia, &c.*

13. CAP. LXX. *Tertia Theræo*] Ita rescripsimus admonitu codicis Reg.

2. in quo *Thereon* legitur, suffragante imprimis Dioscoride, qui 1. 4. cyperum pariter laudat, qui e Cycladibus insulis petitur, ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων, in quibus est Thera, ut in Geographicis libris docuimus. Prius *Thracio* legebatur.

14. *Ibid. Vulvas aperit pota*] Quærit Pellicerius in Notis Mss. an potius, *vulvas aperit fotu*? Nam Diosc. 1. 4. de cypero: Ταῖς παρὰ μήτραν δὲ καταψύξει καὶ μύξει πυριωμένη ἀρμόζει, ἄγρουσα ξιμμηνα. *Vulvæ perfrigerationibus et obstructionibus fotu accommodatur, mensesque evocat.* Sed nihil movendum Plinius ipse admonet, subjungens statim, 'Largiori tanta vis, ut expellat eas:' quæ de largiore potu hand dubie accipienda sunt.

15. CAP. LXXII. *Opisthotonicis cum resina arida imponitur excalfactoria. Et rosa astringit, refrigerat*] Prius legebatur, *arida imponitur. Excalfactoria et rosa uteros astringit, refrigerat.* Insulse: nam si excalfactoria rosa est, qui tantam vim refrigerandi habeat? Deinde vox uteros abest a Mss. At calefaciendi vim resinis omnibus inesse Galenus admonet de Fac. Simp. Med. VIII. 17. p. 224. Ῥητῖναι πᾶσαι ξηραίνουσι καὶ θερμαίνουσι. Rosæ vero refrigerant et astringunt sane, ut Diosc. quoque vidit, 1. 130. et filii ceteri Medicorum agnoscunt: Ῥόδα ψύχει καὶ στύφει. Quare apposite Plinius dixit, *Et rosa astringit, refrigerat*, quemadmodum juncus odoratus scilicet, de quo proxime antea sermo fuit, quem ipse idcirco bilem et sanguinem rejicientibus esse utilem prodit. Diosc. 1. 16. leviter ac modice astringere, ad sanguinis rejectiones esse salutarem, radice etiam magis astrictoria, et ad stomachi fastidia utili: Δύναμις δὲ ἔχει . . . ὑποστύφουσαν μετρίως . . . χρήσιμον πρὸς αἱμάτων ἀναγωγὰς . . . Ἡ δὲ βίζα στυπτικώτερα, διὸ καὶ τοῖς ἀσώδεσι στομάχοις δίδοται, κ. τ. λ.

16. CAP. LXXVII. *Bacchar . . . per-*

*pressam vocant*] Sic Reg. 2. Th. et Chiffi. Sic ipse Plinius xxvi. 55. Sic Dioscor. in Notkis, pag. 441. etsi ibi bacchar, errore hand levi, non seceratur ab asaro: Ἄσαρον, οἱ δὲ νάρδος ἀγρία . . . Ῥωμαῖοι περιπρεσάμ, οἱ δὲ βάκχαρ. In aliis codd. *perpensam* legitur.

17. CAP. LXXXIV. *Polium contra serpentes*] Hoc ipsum de tripolio narrat Dioscorides. Unde Salmasius, in Solin. pag. 1067. effici vult habitam a Plinio magno errore herbam eandem, πόλιον ac τριπόλιον. Salmasio prævit Nic. Leonicens. Sed aberravere ii a vero longissime, dum unius Dioscoridis vestigiis insistent: quem liquet eorum abductum errore, quos Plinius admonet xxvi. 22. cum polio tripolium confudisse. Nam de polio hæc accipienda esse, præter Plinium docet, Dioscoride Plinioque multo vetustior, Nicander in Theriac. pag. 4. ubi ea recenset, quæ vel instrata serpentes abigant: Ἡ σὺ γ' ὑποστορέσαιο λόγον πολυανθέα κόψας, Ἡ πόλιον βαρύοδμον. Ubi Gorræus interpres: *Viticis aut longæ sectis molire cubile Caudicibus, poliiive olidis insternere ramis.* Scholiastes ad eum locum, pag. 8. τὸ πόλιον εἶδος βοτάνης βαρύοσμον, κ. τ. λ.

18. *Ibid. Substerni, uri, vel portari*] In editis hactenus, *substernitur, vel portatur.* In Reg. 1. *substernitur portari.* In Reg. 2. *substerni, uri, potari,* lectione sane hand pœnitenda. Nam Diosc. III. 124. polii decoctum epotum ait venenatorum morsibus succurrere: ac mox, substrato eo suffitoque abigi hestias venenatas.

19. CAP. LXXXVI. *Melissophyllo, sive melittana*] Sic Reg. 1. 2. Thuan. Chiffi. non, ut editi, *sive melittide.* Sic Diosc. III. 118. Μελισσόφυλλον, ὃ ξνιοι μελιτταιναν καλοῦσιν. Et Nicander, in Theriac. pag. 39. Τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικέλουσι βοτῆρες, οἱ δὲ μελιτταιναν' τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι Ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ροιζήθων ἔντα. *Agrestes meliphyllo eam dixere bubui-*



ci, *Sive melittænam, quod captæ mellis odore Stridere apes circum soleant, et sidere ramis.* Hesychio, Μελιτταίνα, πῶς τις, ἦν ἔνιοι μελιττέναν, ἕλλοι μελισσόφυλλον.

20. *Ibid. Item contra vulvarum strangulationes, addito nitro*] Ita Mss. omnes, editique libri. Tamen Saracenus in Notis ad Dioscoridem, Plinianam orationem emendatione egere putat, ac *fungorum* potius quam *vulvarum* legi oportere. Dioscorides enim, III. 118. ubi de melissophyllo: Βοθηε?, inquit, καὶ τοῖς ὑπὸ μυκήτων πιγγομένοις σὺν νίτροφ τὰ φύλλα πιβόμενα, καὶ στροφουμένοις. *Folia quoque addito nitro bibita iis auxiliantur, qui a fungis strangulantur, necnon et torminosis.* Strangulari autem eos qui fungos ederint, vel ex ipso Dioscoride notum est in Alexiph. cap. 23. Corrigendum igitur ex Dioscoride Plinium pronuntiat. Cur, quæso, magis quam ex Plinio Dioscoridem, cujus vitiata fœde exemplaria norunt eruditi? An non fieri perfacile potuit, ut pro ὑπὸ μητρῶν, ab erudito aliquo ὑπὸ μυκήτων scriberetur? Aut si strangulationi quæ a fungis oritur, mederi hæc herba potest, cur non eadem et strangulationi ei opituletur, quæ a conversione vulvæ proficiscitur?

21. *CAP. LXXXVII. Mellilotos... cum luteo ovi, aut lini semine*] Prius legebatur, *cum lacte, aut cum lini semine.* At Reg. 1. *cum luteo.* Reg. 2. *cum luteo cui ante lini semine.* Quæ certissima sinceræ scripturæ vestigia. Adde Diosc. III. 48. de meliloto: Δύναμιν ἔχει μαλακτικὴν πάσης φλεγμονῆς, ἀλλίστα δὲ περὶ ὀφθαλμοῦς... ἐνίοτε δὲ μετ' ὠοῦ λεκτύου, ἢ λινοσπέρμου. Melilotum ad caligines, obscuritates, et suffusiones oculorum commendat pariter Theod. Priscian. I. 10. de Oculorum Causis.

22. *CAP. XCIV. Sunt qui phrenion vocent*] Φρένιον. Sic sane in Indice. Et Mss. Reg. Th. Chiff. *fremion* habent. Vera tamen lectio *φαίνιον* videtur.

Nam Theocriti Scholiastes, ad Idyll. v. 92. Σωσίβιος, inquit, τὰς ἀνεμώνας παρὰ Λάκωσι φαίνιδας καλεῖσθαι φησι. A splendore fortassis et coloris venustate, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι.

23. *CAP. XCVII. Hoc ibi fuco hyssginum tingunt*] Parmensis editio, ceteræque ante Hermolaum, atque adeo libri omnes manu exarati, Reg. Colb. Chiff. Th. *Hoc ibi loco hyssginum tingunt.* Reposuit Hermolaus, *Hoc ibi pro cocco hyssginum tingitur.* Nos certiore conjectura, *Hoc ibi fuco hyssginum tingunt.* Sic roseo fuco tinctam purpuram Catullus dixit in Argonaut.

24. *CAP. CIV. Parthenium, alii leucanthes, alii amnacum*] Sic Mss. omnes, etiam in Indice: non, ut editi, *tamnacum.* Quanquam verius utrobique forsân, *amaracum.* Nam Diosc. III. 155. Παρθένιον, οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ λευκάνθεμον. Sic etiam interpres Oribasii lib. XII. fol. 210.

25. *CAP. CV. Qui parcius insectabantur, manicon cognominaverent*] Libribactenus editi, post Hermolaum, *qui parcius spectaverant.* Prius in edit. Parn. *spectabatur.* At in Reg. 2. cod. *inspectabantur*, unde nos, extrita literula, *insectabantur* rescripsimus. Tria fuisse nomina ejus herbæ ait: primum, quod innocensissimi scriptores indiderint, dorycnion, qui infamare eam voluere, et quantum in ipsis erat, cavere, ne cui noceret. Alterum, quod ii qui parcius insectabantur, et subesse tamen in ejus usu quiddam periculi admonebant, insaniam videlicet: manicon igitur appellarunt. Postremum est, quod ab iis impositum, qui nequiter occultabant, et virus ejus nosci appellato ejus nomine nolebant: quare erythron illi, aut neurada dixere.

26. *Ibid. Si colluerentur halicacabo in vino. Exceptionem addidere, &c.*] Prius legebatur: *Si colluerentur: halicacabo uni exceptionem addidere.* Plane contra Dioclis, Evenoris, ac Tima-

risti sententiam, quos Plinius laudat auctores: ad eam enim medicinam halicacabum adeo non excepere ii, ut inprimis potius commendarent: quo nomine carpuntur obiter a Plinio: etsi exceptionem eam, cautionemque adderent, ne diutius in ore id teneretur. In Reg. 2. cod. legitur, *halicacabon vino*. In Colb. 3. *halica-*

*cabon vino*. At Diosc. plane rem decedit, iv. 73. ubi succum halicacabi decoctum in vino opitulari dentibus ait, si contineatur ore: *ἐναφεψηθεὶς δὲ οἴνῳ καὶ διακρατούμενος, ὀδονταλγίαις ἀρῆγει*. Ut ex vino Dioscorides, sic ex aceto adhiberi jubet Archigenes apud Galenum, *κατὰ τόπους*, v. 5. pag. 474. et 475.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXII.

---

---

*Auctoritas herbarum et frugum.*

I. **IMPLESSE** poterant<sup>1</sup> miraculum sui natura atque telus, reputantium vel prioris tantum<sup>a</sup> voluminis dotes, totque genera herbarum, utilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura restant! quantoque mirabiliora inventu! Illa enim majore in parte cibi aut odoris decorisve commendatio ad numerosa experimenta duxit. Reliquarum potentia approbat, nihil a rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

II. (I.) Equidem et formæ gratia ritusque perpetui,<sup>1</sup> in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, adverto animum. Illinunt certe aliis aliæ faciem in populis barbarorum fœminæ, maresque etiam apud Dacos et Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini glastum<sup>2</sup> in Gallia<sup>b</sup> vocatur, quo Britannorum

~~~~~  
CAP. I. Hoc caput caractere Italico Proœmium constituerunt edd. vett. et Gronov.—1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Complese poterant* Gronov. et vulgg. Vide Nott. Varr.

CAP. II. 1 Vet. Dalec. *ritu perpetuo*. Paulo post, Chiffi. *adverto animo*. —2 Salmas. *guastum*. Vide Nott. Varr.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Vel prioris tantum*] Superioris      <sup>b</sup> *Glastum in Gallia*] *Ἰσάρω* Græci, Latini vitrum dixere, quod vitreo,

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

10 A



conjuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris et nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.

III. (II.) Jam vero infici vestes scimus admirabili fuco. Atque ut sileamus Galatiæ,<sup>c</sup> Africæ, Lusitaniæ granis, coccum<sup>1</sup> imperatoriis dicatum paludamentis,<sup>d</sup> Transalpina Gallia herbis<sup>e</sup> Tyria atque conchyliis tingit, omnesque<sup>2</sup> alios colores. Nec quærit in profundis murices, seque<sup>3</sup> obijciendo escam, dum præripit belluis marinis, intacta



CAP. III. 1 *L. cocci granum* codd. Gronovii, Vet. Dalec. et edd. quædam antiq. *Hispaniæ cocci granum* Salmas.—2 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' *Brotier. Tyria atque conchyliis tingit, et omnes* Chiffi. *Tyrium atque conchylium tingit, omnesque* Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sesequ*

#### NOTÆ

hoc est, cæruleo, colore tingit. Marcellus Empir. cap. 23. pag. 162. 'Lienosis prodest...herba quam nos vitrum, Græci isatida vocant.' Cæsar Comment. de Gallico Bello, lib. v. tradit omnes se Britannos vitro inficere, quod cæruleum colorem efficiat, atque hoc horridiores fieri in pugna aspectu. Et Mela III. 6. pag. 56. 'Britanni, incertum ob decorem, an aliquid aliud, vitro corpora infecti.' Nunc etiam apud Cambrobritannos retinet vetustum nomen, et *Glas* appellatur. Similiter et cæruleum colorem *Glas* vocant: et qui ab iis genus duxisse perhibentur, Aemorici Galliæ Britanni. Magnum quæstum multis regionibus in Gallia affert. Viridem herbam molis premunt, ut herbaceam saniem excludant: dein abacto liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis in cinerem sinunt computrescere: herbam ipsam *Pastellum* plerisque locis ab effigie pastillorum in quam glomerantur, nominantes *Pastel*. Hos deinde globos cortinis infectoriæ coquunt officinæ, et laneos pannos ac vellera demergunt, ut cæruleum ebibant co-

lorem. Cærnleam illam spumam innatantem, quam igni confervescentes eructant cortinæ, Indum nostri vocant infectores: hanc ad pictorum usus siccant. Hæc fere ex Ruellio lib. II. pag. 434. quem alii deinde sunt secuti. His adde quæ de Isati diximus, xx. 25. Cave autem Salmasio credas, qui *guastum*, non *glas-tum*, scribi jubet, nec libris ullis secundis, neque id ferente Britannici hodieque sermonis usu.

<sup>c</sup> *Galatiæ*] Coccum Galatiæ reliquis omnibus antiqui prætulerunt: ut dictum est IX. 65. et alibi sæpe. Inde 'Scarlati' vox, quæ nunc cocco tribuitur, deflexa nobis a Galatico videtur.

<sup>d</sup> *Paludamentis*] Paludamentum vestis Imperatorum fuit, hoc est, eorum qui exercitus educebant. Hodie 'Cottam armorum' vocamus, inquit Budæus: *Cotte d'armes*. Isidorus XI. 24. 'Paludamentum erat insigne pallium Imperatorum cocco, purpuraque, et auro distinctum.' Vide Voss. in Etymol.

<sup>e</sup> *Transalpina...herbis*] Vaccinio, uti dictum XVI. 31.

etiam ancoris scrutatur vada, ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptæ. Stans et in sicco<sup>f</sup> carpit, quo fruges modo: sed culpa<sup>g</sup> non abluu usu: alioqui fulgentius instrui<sup>4</sup> poterat luxuria, certe innocentius. Non est nunc propositum ista consecrari:<sup>5</sup> nec omitemus,<sup>6</sup> ut subjiciendo utiliora<sup>h</sup> luxuriam vilitate<sup>7</sup> <sup>i</sup> circumscribamus, dicturi et alias<sup>j</sup> herbis tingui lapides, parietesque pingi. Nec tinguendi tamen rationem omissemus, si unquam ea liberalium artium fuisset. Interim fortius<sup>k</sup> agetur: auctoritasque quanta<sup>8</sup> debeatur



Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *objiciendo, dum escam præripit.*—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *quod frugi mundos exsculpat. His alioqui fulgentibus instrui* Gronov. et vulgg. *ac mundus non culpet* Vet. Dalec. *quæ frugi ac mundus non culpet, usu alioqui fulgentia. Instrui alii vett. quod fruge modo sed culpa non abluu usu alioqui fulgentius, &c.* Chiff. unde quidam: *quod frugi ac mundus non culpet, aut ubijciat et his alioqui instrui luxuria poterat, si non fulgentius, certe innocentius, vel, non culpet, aut ablegat in usu.* Salnas. *quod frugi non oderit, culpa non abnuat, usu alioqui fulgentium, &c.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Nunc propositum ista consecrari non est* Gronov. et vulgg.—6 'Ita cod. Reg. 2. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' Brotier. *nec commitemus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *utiliora, luxuriam utilitate* Gronov. et al. vett. *tutiora luxuriam vilitate* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—8 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fortius augetur auctoritas; quæ quanta* Gronov. et vulgg. 'Vet. *partibus augetur*; al. vett. *potius augetur.* Leg. *portibus augetur*, nempè littoribus, in quibus purpuras et conchylija piscaban-

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Stans et in sicco*] Minore impendio, inquit, ac labore, stans Gallia Transalpina et in sicco ac solido, ut fruges demetit, sic carpit herbas, quibus Tyria, atque conchylija, omnesque alios colores imitetur.

<sup>g</sup> *Sed culpa*] Sententia hæc videtur esse, culpari idcirco enim colorem, quod pati aquam non posset, dilabereturque paulatim abluendo, dilutiorque fieret. Uno verbo: culpa ejus coloris est, quod abluu in usu vestis non possit, quin diluatur et evanescat color. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>h</sup> *Subjiciendo utiliora [tutiora]* Quæ facilius, nec tanto impendio aut periculo comparantur. Male hactenus

*utiliora* legebatur.

<sup>i</sup> *Luxuriam vilitate*] Non commitemus, ut id agere nunc videamur, ut viliora quædam proponamus, quibus quasi finibus luxuria contineatur.

<sup>j</sup> *Dicturi et alias*] Lib. xxxv. 1.

<sup>k</sup> *Interim fortius*] Fortius acturnum nunc se pollicetur, hoc est, argumentis rerum quæ viros fortes magis deceant, ejusmodi sunt usus herbarum minus celebrium in sacris, in legationibus, in præmiis bellicæ fortitudinis. Nam quæ sunt allata hactenus, ad formam scilicet colendam pertinentia, vestesque tingendas, mollia ac muliebria jure videantur.

etiam surdis, hoc est, ignobilibus herbis, perhibebitur. Si quidem auctores imperii Romani conditoresque immensum quiddam et hinc sumere, quoniam non aliunde sagmina<sup>9</sup> in remediis<sup>m</sup> publicis fuere, et in sacris legationibus verbenæ. Certe utroque nomine<sup>n</sup> idem significatur, hoc est, gramen ex arce<sup>10</sup> cum sua terra evulsum: ac semper e legatis<sup>11</sup> cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, res raptas clare repetitum,<sup>12</sup> unus utique Verbenarius vocabatur.

IV. (III.) Corona quidem<sup>a</sup> nulla fuit graminea nobilior, in majestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ. Gemmatæ et aureæ, vallares, murales, rostratæ, civicæ, triumphales, post hanc fuere, suntque cunctæ magno intervallo, magnaque differentia. Ceteras omnes singuli, et duces ipsi, imperatoresque militibus, aut aliquando collegiis dedere:<sup>b</sup> decrevit in triumphis senatus, cura belli solutus, et populus otiosus.



tur.' Dalec.—9 Vet. ap. Laet, *segmina*.—10 Vet. Dalec. *ex arce*.—11 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *semper et legati* Gronov. et vulgg.—12 Chiffi. *fores raptas clare repetitum*; unde quidam, *ob res raptas clare repetitum*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Sagmina*] Festus: 'Sagmina vocantur verbenæ, id est, herbæ puræ, quia ex loco sacro arcebantur a Consule, Prætove, legatis proficentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum: vel a sanciendo, id est, confirmando.' Livius lib. I. pag. 9. 'Sagmina, inquit Fecialis, te Rex posco.' Vide Voss. in Etymol. Origo ex Græco, *σάγμα* pro *ἀγμα*, unde *sagmen*: ut ex *ἀγμα*, *agmen*.

<sup>m</sup> *In remediis*] Vel ornandis Deorum aris, vel lustrandis domibus.

<sup>n</sup> *Certe utroque nomine*] Sagminis, ac verbenæ. De verbenâ seu verbenâ privatim Plinius xxv. 59. 'Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus.' Hunc nempe respiciebat locum.

<sup>o</sup> *Gramen ex arce*] Unde arceri dicebatur, auctore Festo, id est, ex arce velli.

<sup>a</sup> *Corona quidem*] Vide quæ diximus xvi. 3. Festus etymon Gradivi Martis petere quosdam ait, 'quia gramine sit ortus: quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximæ est honorationis.'

<sup>b</sup> *Collegiis dedere*] Firmat hoc Claudius Saturninus, qui librum de Coronis edidit, quem Tertullianus landat, de Corona mil. c. 10. p. 107. 'Ipsæ denique fores,' inquit, 'ipsæ hostiæ et aræ, ipsi ministri et sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum sacerdotalium coronas apud Claudium.'

(IV.) Graminea nunquam<sup>c</sup> nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Ceteras imperatores dedere, hanc solam miles imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione abominandoque exitio<sup>1</sup> totis castris. Quod si civicæ honos, uno aliquo ac vel humillimo cive servato, præclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet, unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur hæc viridi<sup>2</sup> e gramine, decerpto inde ubi obsessos servasset aliquis. Namque summum<sup>d</sup> apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos<sup>e</sup> scio.

v. (v.) Donatus est<sup>f</sup> ea L. Siccus<sup>1</sup> Dentatus semel, cum civicas quatuordecim meruisset, depugnassetque cxx. præliis semper victor. Tanto rarius est servatorem unum a servatis donari. Quidam imperatores et sæpius donati



CAP. IV. 1 Chiffi. exitu.—2 Idem codex, viridis.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Graminea nunquam] Festus: 'Obsidionalis corona est, quæ datur Imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. Ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi . . . Inter obsidionalem et civicam hoc interest, quod altera singularis signum salutis est, altera diversorum civium servatorum.' —'Gramineæ coronæ effigiem vide in nummo inscripto, GALLIENÆ AUGUSTÆ: de quo diximus x. 68.' Ed. sec.

<sup>d</sup> Namque summum] Festus: 'Herbam do, cum ait Plautus, significat, victum me fateor, quod est antiquæ et pastoralis vitæ indicium: nam qui in prato, cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.' Ser-

vius in Æneid. VIII. ad eum versum: 'Et vitta comtos voluit prætere ramos:.' 'Hinc est illud proverbium, 'Herbam do,' id est, cedo victoriam. Quod Varro in Antiquitatis libris ponit: Cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, et fatetur esse meliorem.'

<sup>e</sup> Quem morem . . . apud Germanos] Et in Vasconia hodieque. In Formulæ veteribus, ea quæ est ordine XIX. 'Traditoria de terra,' hujusce moris vestigium servat, p. 134. his verbis: 'Vel herbam, vel terram visus fuit tradidisse.' De his similibusque traditionis symbolis multa pererudite V. Cl. Du-Cangius, in Glossario, verbo 'Investitura.'

<sup>f</sup> Donatus est] Vide quæ diximus VII. 29.

sunt, veluti P. Decius Mus,<sup>g</sup> tribunus militum, ab exercitu: <sup>a</sup> altera ab his, qui in præsidio obsessi fuerant, quanta esset ejus honoris auctoritas, confessus religione: siquidem donatus bovem album Marti immolavit, et centum fulvos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis. Hic Decius postea se consul, Imperioso collega, <sup>h</sup> pro victoria devovit.<sup>i</sup> Data est et a senatu populoque Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio illi,<sup>j</sup> qui rem omnem Romanam restituit non pugnando. Nec data, cum magistrum equitum <sup>k</sup> et exercitum ejus servasset, tunc satius fuit nomine novo coronari, appellatum patrem <sup>l</sup> ab his quos servaverat: sed quo dictum est consensu honoratus est Hannibale ex Italia pulso. Quæ corona adhuc sola ipsius imperii manibus imposita est, et quod peculiare ei est, sola a tota Italia data.



CAP. V. 1 L. Sicinnius alii ap. Dalec.—2 Vet. Dalec. *militum una ab exercitu.*

## NOTE

<sup>g</sup> P. Decius Mus] Transcripsit hunc locum Festus, verbo 'Obsidionalis.' Accepit a Livio Plinius lib. vii. pag. 133. 'Legiones gramineam coronam obsidionalem . . . Decio imponunt: altera corona ejusdem honoris index præsidio suo imposita est. His decoratus insignibus, bovem eximium Marti immolavit: centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant.' P. Decius pater is fuit, de quo jam antea dictum est, xvi. 5. Intelligitur porro ad Veserim pugna, Samnitico bello.

<sup>h</sup> Imperioso collega] T. Manlio Torquato, L. Manlii Imperiosi Dictatoris filio: eo qui filium, quod injussu suo pugnarat, securi percussit. Consulatum ambo gessere, anno Urbis ccccxiv. De Imperiosi cognomine, quod a plebe primum inditum est, mox ab ipso Manlio ad sævitæ ostentationem ascitum, vide Livium lib.

iv. p. 76. et lib. vii. p. 122.

<sup>i</sup> Pro victoria devovit] Livius lib. viii. p. 139. et 140. et Valerius Max. i. 7. 3. p. 52.

<sup>j</sup> Fabio illi] Q. Fabius Maximus, qui Prodictator a populo factus cunctando restituerat rem, ni plaga Cannensis anno sequente, Urbis dxxxviii. alterius temeritate Consulibus accidisset.

<sup>k</sup> Magistrum Equitum] Minucium, victum ab Hannibale.

<sup>l</sup> Appellatum patrem] A Minucio ipso, quem servarat. Hujus oratio ad suos milites a Livio recitatur ejusmodi, lib. xxii. p. 218. 'Castra cum Fabio jungamus: ad prætorium ejus signa cum tulerimus, ubi ego eum parentem appellavero, quod beneficio ejus erga nos, ac majestate dignum est: vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteræque texerunt, patronos salutabitis,' &c.



VI. (VI.) Præter hos contigit ejus coronæ honos M. Calpurnio<sup>1</sup> Flammæ,<sup>m</sup> tribuno militum in Sicilia: centurioni vero uni ad hoc tempus Cn. Petreio<sup>2</sup> Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum<sup>n</sup> is capessens sub Catulo, exclusam ab hoste<sup>3</sup> legionem suam hortatus, tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Invenio apud auctores eundem præter hunc honorem, astantibus Mario et Catulo<sup>o</sup> coss. prætextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit et Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nollam, legatum bello Marsico. Idque etiam in villa sua Tusculana, quæ fuit postea Ciceronis, pinxit. Quod si verum est, hoc execrabiliorum eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione sua<sup>4</sup> ipse detraxit, tanto paucioribus civium servatis, quam postea occisis. Addat etiamnum huic gloriæ superbum cognomen Felicem, ipse tamen, obsessis in toto orbe proscriptis, hac corona Sertorio cessit. Æmilianum<sup>p</sup> quoque Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in Africa, Manilio consule,<sup>q</sup> cohortibus<sup>5</sup> servatis, totidemque ad servandas eas eductis: quod



CAP. VI. 1 *M. Calpurnio* Gronov. et al. ante Harduin.—2 *Cn. Petreio* Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *exclusam ab hoc* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sua* deest in edd. vett. et Gronov.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Calpurnio Flammæ*] Manlii oratio apud Livium lib. XXI. p. 227. 'Sicut nobis adolescentibus priori Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit, Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones,' &c. Vide Aurel. Victor. de Viris Illustr. c. 39. in Attilio Calatino.

<sup>n</sup> *Primum pilum*] Pila, tela Romana sunt. Primum pilum, prima centuria est, in qua gravis armaturæ mi-

lites, et eo genere teli instructi. Cæsar de Bello Gall. lib. v. 'T. Balventio, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti,' &c.

<sup>o</sup> *Mario et Catulo*] Marii quarto Consulatu, Urbis anno DCLII.

<sup>p</sup> *Æmilianum*] P. Cornelium Scipionem, qui Paulo Æmilio genitus a Scipionis Africani filio adoptatus erat, qui Carthaginem Numantiamque devicit, Africanus minor appellatus.

<sup>q</sup> *Manilio consule*] Anno Urbis DCV. Vide Notas et Emend. num. 3.

et statuæ ejus in foro suo Divus Augustus subscripsit.<sup>6</sup> Ipsum Augustum M. Cicerone<sup>r</sup> filio consule Idibus Septembris<sup>7</sup> senatus obsidionali donavit. Adeo civica<sup>8</sup> non satis videbatur. Nec præterea quenquam hac invenimus donatum.

VII. Nullæ ergo herbæ fuere certæ in hoc honore: sed quæcumque fuerant in periculi sede, quamvis ignobiles ignotæque, honorem nobilem faciebant: quod latere apud nos minus quidem miror, cernens negligi ea quoque, quæ ad valetudinem conservandam, cruciatusque corporis propulsandos, et mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores jure castiget? Addidere vivendi<sup>9</sup> pretia<sup>9</sup> deliciae luxusque. Nunquam fuit cupido vitæ major, nec minor cura. Aliorum hanc operæ esse credimus: ne mandato<sup>t</sup> quidem nostro alios id agere, medicisque provisum esse pro nobis. Ipsi fruimur voluptatibus, et (quo nihil equidem probrosius duco)<sup>10</sup> vivimus aliena fiducia. Immo vero plerisque ultro etiam irrisui sumus ista commentantes, atque<sup>11</sup> frivoli operis arguimur: magno, quanquam immensi laboris, solatio,<sup>12</sup> u sperni cum rerum natura: quam



et recentt. *Mantio cos. tribus cohortibus* edd. vett. et Gronov.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *scripsit* Chiffi. *adscriptis* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Augustum cum M. Cicerone filio Consulem I. Septembris* Gronov. et al. vett. *Augustum M. Cic. f. Cos. I. Septembris* Chiffi.—8 *Adeo civitas* Chiffi.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pretio* Gronov. et vulgg.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *operæ credimus, ac nec mandato . . . esse. Proh, bonis ipsi f. voluptatis, et (quod nihil, &c.)* Gronov. et al. vett. *opere esse credimus . . . Pro bonis ipsi fruimur voluptatibus, et quo nihil, &c.* Chiffi. *et a medicis provisum est* Vet. Dalec.—11 Chiffi. *plerique ultra etiam in risum inusitata commentatis quæ.*—12 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *M. Cicerone*] In fastis Consularibus, anno Urbis DCCXXIII. Consul notatur, EX. EID. SEPTEMB. M. TVLLIVS M. F. M. N. CICERO.

<sup>9</sup> *Addidere vivendi pretia*] Vitam ferre cariorem deliciae, cum valetudo prius parvo constaret, obviis unicuique morbo medicamentis, vel ex hortorum proventu.

<sup>t</sup> *Ne mandato*] Majores, inquit, nostri regebant ipsi valetudines suas, et suæ operæ curam eam esse ducebant, voluptatibus parcentes: nunc in libidines nos ingurgitamus, quid de corporibus nostris fiat securi, omni ea providentia Medicis delegata. Ita recte Gronovius: cui Mss. Reg. et Colb. ac Chiffi. favent.

certe non defuisse nobis docebimus, et invisis quoque herbis inseruisse remedia: quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc<sup>13</sup> enim proxime restant ex his, quas priore libro<sup>v</sup> nominavimus, in quibus ipsis providentiam naturæ satis mirari,<sup>14</sup> amplectique non est. Dederat, quas diximus,<sup>w</sup> molles cibisque gratas. Pinxerat remedia in floribus, visuque ipso animos invitaverat, etiam deliciis auxilia permiscens. Excogitavit<sup>15</sup> aliquas aspectu hispidas, tactu truces, ut tantum non vocem ipsius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat avida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne neglecta<sup>16</sup> vestigia obterant, ne insidens ales infringat: his muniendo aculeis telisque armando, remediis<sup>x</sup> ut tuta ac salva sint.<sup>17</sup> Ita hoc quoque, quod in iis<sup>18</sup> odimus, hominum causa excogitatum est.

VIII. (VII.) Clara<sup>1</sup> inprimis<sup>a</sup> aculeatarum erynge est, sive eryngion, contra serpentes<sup>b</sup> et venena<sup>2</sup> omnia nascens. Adversus ictus<sup>c</sup> morsusque radix ejus bibitur drachmæ pondere in vino: aut si plerumque<sup>3</sup> tales injurias comitatur et febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. Omnibus vero contra<sup>4</sup> toxica et

et recentt. magna... solatio Gronov. et vulgg.—13 Hæc Vet. Dalec. Mox, priori Edd. vett.—14 Ita ex codd. Harduinus et recentt. admirari Gronov. et vulgg.—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Inde excogitavit Gronov. et vulgg.—16 Vet. Dalec. neglectus.—17 Vet. Dalec. tuta ac salva sint.—18 Chiff. in his.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Et clara Gronov. et vulgg.—2 Edd. vett. venenata.—3 Vet. Delec. ut plerumque. Mox, miserias comitetur Chiff.—4 Ita Gronov. et Edd. vett. Omnibus

## NOTE

<sup>a</sup> Magno... solatio] Quis enim idem pati, quod natura rerum, gravate ferat?

<sup>v</sup> Quas priore libro] Proxime superiore.

<sup>w</sup> Quas diximus] Lib. xx.

<sup>x</sup> Remediis] Ut ad remedia servantur.

<sup>a</sup> Clara inprimis] Sic Oribasii interpres, lib. xi. p. 197. post Diosc. iii. 24. Ἡρύγγιον τῶν ἀκανθῶδων ἔστιν,

κ. τ. λ. Id officinæ vocant Iringium. Diximus de eo, superiore libro, cap. 56.

<sup>b</sup> Contra serpentes] Nicander in Theriac. p. 47. et 60. ad id Ἡρυγγιον pariter commendat. Ubi Scholiastes, p. 30. Ἡρυγγος βοτάνη ἔστιν. Et p. 39. Ἡρυγγος εἶδος λαχάνου ἀκανθῶδους.

<sup>c</sup> Adversus ictus] Sic Diosc. iii. 24.

aconita efficaciorē Heraclides medicus, in jure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus adversus toxica cum rana decoquit, ceteri in aqua. Ipsa dura,<sup>d</sup> fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali, et majore aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata, et sativa quidem est. Sed et sponte<sup>e</sup> nascitur in asperis et saxosis: et in littoribus maris, durior, nigriorque, folio apii.<sup>f</sup>

IX. (VIII.) Ex his candidam nostri centum capita<sup>f</sup> vocant. Omnes ejusdem effectus, caule et radice in cibos Græcorum receptis utroque modo, sive coquere libeat, sive cruda vesci.<sup>1</sup> Portentosum est, quod de ea traditur: radicem ejus alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu:<sup>2</sup> sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc et Phaonem<sup>g</sup> Lesbium dilectum<sup>3</sup> a Sappho. Multæ circa hoc<sup>h</sup> non magorum solum vanitates, sed etiam Pythagoricorum. Sed in medico<sup>i</sup> usu præter supra dicta auxiliatur inflationibus,<sup>4</sup> torminibus, cordis vitiiis, stoma-

contra eodd. Hardnini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 'Verins, folio scolymi. Forte Plinius legit σελίνου pro σκολύμων, ut jam observavit Dalecampius.' Brotier.

CAP. IX. 1 Vet. Dalec. crudis vesci.—2 Chiffi. raro inventu.—3 Idem codex, et Lesbium dilectos.—4 Chiffi. inflammationibus.—5 Gronov. et al.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Ipsa dura*] Dioscor. loc. cit.

<sup>e</sup> *Sed et sponte*] Diosc. loc. cit. Quod vero in littoribus maris nasci dicitur, Eryngium marinum est, a Clusio depictum pag. 159. et a Dodonæo p. 718.

<sup>f</sup> *Ex his . . . centum capita*] Appellationis causa videtur esse, quod in illius vertice coacta in globum capitella, muricato spiculorum vallo, stellæ modo radiantur: quorum colos in pubertate viridis, adultæ cœruleus, flaccescenti candidus conspicitur. Radix ei pollicaris est, intus alba, foris nigra, sed odorata, quam hodie Gallia saccharo vel melle condit, eryngiatum vocans, inquit Ruellius lib. 111. p. 491. In Indice Plinii, *De centum-*

*capite.*

<sup>g</sup> *Et Phaonem*] Palæphatus de Incred. Hist. p. 66. Οὔτος ὁ Φάων ἐστίν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾄσμα ἐποίησε. Hic ille Phaon est, in cuius amorem sæpe Sappho carmen cecinit. Prius Lesbium eum esse monuerat. Sappho Lesbia seu Mitylenæa, meretrix fuit, de qua Ælianus Var. Hist. XII. 19. Eresiam facit Athenæus lib. XIII. p. 596.

<sup>h</sup> *Multæ circa hoc*] Si otium est vanitates eas plane nosse, libellum consule, qui falso 'Kiranidum Kirani' inscribitur, p. 37.

<sup>i</sup> *Sed in medico*] Tradit hæc pariter Diosc. III. 24.

cho, jocineri, præcordiis in aqua mulsa, lienis in posca. Item ex mulsa renibus, stranguriæ, opisthotonicis spasmodicis,<sup>5j</sup> lumbis, hydropicis, comitialibus,<sup>k</sup> mulierum mensibus, sive subsidentibus,<sup>6l</sup> sive abundantibus, vulvarumque omnibus vitiiis. Extrahit infixam corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos, recedentes ab ossibus carnes sanat cum axungia salsa, et cerato: item fracturas. Crapulam præsumpta arcet, alvum sistit. Aliqui e nostris sub solstitio<sup>7</sup> colligi eam jussere. Ex aqua cœlesti imponi omnibus cervicis vitiiis. Oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

X. (IX.) Sunt qui et acanon<sup>m</sup> eryngio ascribant, spinosam, brevemque, ac latam herbam, spinisque latioribus. Hanc impositam, sanguinem mire sistere.

XI. Alii eryngem falso eandem putaverunt esse et glycyrrhizam,<sup>a</sup> quare subjungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis,<sup>1b</sup> pinguibus, tactuque gumminosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudi-

//////////

ante Harduin. *opisthotonicis, spasmodicis*. Clusii. *opisthotonis*.—6 Vet. Dalec. *sive subsidentibus*.—7 Clusii. *solstitio*.

CAP. XI. 1<sup>o</sup> Glycyrrhiza non est foliis echini, sed lentisci. Legit Pli-

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Opisthotonicis spasmodicis*] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Comitialibus*] Idem Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Sive subsidentibus*] Sic vires oppositas, ciendi menstrua, sanguinemque sistendi, Diosc. quibusdam herbis attribuit, ut adianto, IV. 136.

<sup>m</sup> *Sunt qui et acanon*] Acanon advectam e Creta describit Anguillara par. VIII. p. 189. sed sine vulgari nomine.

<sup>a</sup> *Et glycyrrhizam*] *De la Réglice*. Pingitur a Dodonæo, p. 339.

<sup>b</sup> *Foliis echinatis*] Hanc ipsam esse glycyrrhizam, quæ a Dioscoride describitur, III. 7. omnia conferenti li-

quido constabit. Unde suspicatur Saracenus in notis ad Diosc. alique post eum, ut Dalecampius primum, ac deinde Salmasius, in Præf. pag. 90. legisse Plinium raptim cursimque apud scriptorem Græcum, unde hæc hausit, ἐχίνω, non σχίνω: cum folia echinata dicit, quæ lentisci similia dixisse oportuit. Sic enim Diosc. Γλυκύρριζα γεννᾶται πλείστη ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Πόντῳ· ἔστι δὲ θαμνίσκος, ῥάβδου ἔχων διπλήρεις, περὶ οὓς τὰ φύλλα πυκνὰ, εἰκοῖτα σχίνω, λιπορὰ, καὶ κολώδη ἀψαμένω· τὸ δὲ ἄνθος ὑακίνθου ὁμοιον· καρπὸς δὲ πλατάνου σφαιρίων μέγεθος, κ. τ. λ.

nis. Præstantissima in Cilicia, secunda Ponto, radice dulci; et hæc tantum<sup>2</sup> in usu. Capitur ea Vergiliarum occasu, longa ceu vitium:<sup>c</sup> coloris buxei melior, quam nigra: quæque lenta,<sup>3</sup> quam quæ fragilis. Usus in subditis<sup>d</sup> decoctæ<sup>4</sup> ad tertias, cetero ad mellis crassitudinem, aliquando et tusæ: quo genere et vulneribus imponitur, et faucium vitiis omnibus. Item voci<sup>e</sup> utilissimo succo: sic ut spissatus est, linguæ<sup>5</sup> subdito. Item thoraci,<sup>f</sup> jocineri. Hac diximus<sup>g</sup> sitim famemque sedari. Ob id quidam adipson appellavere eam, et hydropicis dedere, ne sitirent. Ideo et commanducata stomatice<sup>h</sup> est, et ulceribus oris inspersa<sup>6</sup> sæpe, et pterygiis.<sup>i</sup> Sanat<sup>j</sup> et vesicæ scabiem,



ninus ἐχλινον pro σχλινον.' Brotier.—2 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Idem. Ita quoque Chiffli. et hac tantum Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *longa seu viti, coloris buxei. Meliorque nigra, quæ lenta* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *decocta* Gronov. et al. vett.—5 Chiffli. *in lingua*.—6 Vet. Dalec. in-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Longa ceu vitium*] Diosc. loc. cit. βίξαι μακρὰ, πυροειδείς, ὡς γεντιδιῆς. Radices longæ, coloris buxei, ut gentianæ.

<sup>d</sup> *Usus in subditis*] Pellicerio in nntis Mss. et Dalecampio Plinius videtur *subdita* hic substantive dixisse, pro his quæ linguæ subduntur, et linctu diluuntur, liquescunt, et in fauces arteriasque immittuntur, qualia Græci ecligmata, Latini linctus appellant. Nos longe secus verbum istud accipimus. Subdita interpretamur medicamenta ea, quæ molli lana excepta, fæminis subjiciuntur, ut Celsus ait, v. 21. hoc est, naturalibus mulierum apponuntur: πεσοῦς Græci et πρόσθερα nuncupant. Nam quod ad fauces attinet, quibus linguæ subdita glycyrrhiza prodest, id mox Plinius quoque prodest, quod hic indicare iterum superfluum idecirco fuerit.

<sup>e</sup> *Item voci*] Diosc. 111. 7. Ποιεῖ δὲ τὸ χύλισμα πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας· δει

δὲ ὑποτιθέντας τῇ γλώττῃ ἀποχυλίζειν. Est vero succus spissatus ad arteriæ scabritias efficax: verum oportet ut linguæ subditus eliquescat.

<sup>f</sup> *Item thoraci*] Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. 1x. 13.

<sup>g</sup> *Hac diximus*] Lib. xi. cap. 119. Marcellus Empir. c. 17. p. 126. 'Glycyrrhizæ surculum parvum sub lingua habeto, et salivam quæ creverit transglutito, quo facto neque sities, neque os tibi inarescet.' Item c. 20. pag. 148. Columella similiter l. 35. 'Et quia famem sitimque sedat glycyrrhiza, ob hoc ἄδιφος vocata est.' Sic etiam Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Stomatice*] Subintellige, δόναμις, hoc est, compositio, ad vitia oris accommodata. Sic Diosc. loc. cit. Στοματικὸν διαμασσώμενον, commanducatum prodest oris affectibus.

<sup>i</sup> *Inspersa sæpe, et pterygiis*] Sunt qui sic interpungendum putent: ulceribus oris: *inspersa sæpe, et pterygiis*. Quod ulceribus oris inspergi vix pos-

renum dolores, condylomata, ulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis, drachmarum duarum pondere, et pipere, hemina<sup>7</sup> aquæ. Commanducata sanguinem ex vulnere sistit. Sunt et qui<sup>k</sup> calculos ea pelli tradiderunt.

XII. (X.) Tribuli unum<sup>1</sup> genus in hortis<sup>1</sup> nascitur, alterum in fluminibus tantum. Succus ex his<sup>m</sup> colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturæ, et ideo utilis contra inflammationes collectionesque. Ulcera per se erumpentia, et præcipue in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, foliis<sup>2</sup> tribuli equos saginant: ipsi nucleo vivunt, panem facientes prædulcem, et qui contrahat ventrem. Radix caste pureque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicum dolores sedat: tritum vero, et in aquam sparsum, pulices necat.<sup>n</sup>

XIII. (XI.) Stœbe, quam aliqui pheon<sup>1°</sup> vocant, de-

//////////

spergitur.—7 Vet. Dalec. et piperis una hemina.

CAP. XII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. in areis, e Diosc.—2 Chiffi. e foliis.

CAP. XIII. 1 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Salmas. Stœbe, q. a. phleon edd. vett. et Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

#### NOTE

sit. Et vero Diosc. loc. cit. 'Ἡ δὲ βί-  
ζα ξηρὰ, inquit, λειοτριβθεῖσα, πεπε-  
ρυλοῖς κατάπαστός ἐστιν ἐπιτῆδειος. Ari-  
da autem radix ad levorem detrita, ple-  
rygiis commode inspergitur.

<sup>1</sup> Sanat] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 167. Vesicæ scabiem seu scabritiem dixeris perinde est. Diosc. πρὸς ψωριά-  
σεις κύστεως dixit, Galenus τραχύτητας ἐν ψωρώδει κύσσει.

<sup>k</sup> Sunt et qui] Urinam certe effica-  
citer promovere ait Marcellus Em-  
pir. c. 26. p. 180.

<sup>1</sup> Tribuli unum] Sic etiam Diosc. iv. 15. ubi Saracenus consulendus in Netis. De utroque genere egimus libro sup. c. 58.

<sup>m</sup> Succus ex his] Medicinæ hæ om-  
nes, ad ea verba, 'Radix caste,' &c.  
totidem verbis extant apud Diosc.  
loc. cit. Habet nonnullas Galenus  
de Fac. Simp. Med. lib. viii. pag.  
236.

<sup>n</sup> Tritum vero . . . pulices necat] Hoc  
pariter Diosc. tradit loc. cit.

<sup>o</sup> Stœbe . . . pheon [phleon] In Mas. ut  
jam monuimus, pheon. Tamen Tiberius  
Mnlomedicus, i. 55. Στρούβη ἐστὶ δὲ  
φλέως. Quæ de stœbe hic referuntur,  
totidem verbis leges apud Galenum  
loc. cit. pag. 230. In officinis nomen  
est, ut plurimis videtur, Scabiosa.  
Iconem vulgaris majoris apud Dodon.  
vide, pag. 122.

cocta in vino,<sup>f</sup> præcipue auribus purulentis medetur: item oculis<sup>g</sup> ictu cruentatis: hæmorrhagi æquoque et dysenteria infusa.<sup>f</sup>

XIV. (XII.) Hippophyes<sup>1a</sup> in sabulosis maritimisque nascitur, spinis albis. Hederæ modo<sup>b</sup> racemosa est, candidis, et ex parte rubentibus acinis. Radix succo<sup>c</sup> madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinae. Hæc<sup>2</sup> bilem<sup>d</sup> detrahit obolo ponderis, saluberrimè cum mulso.<sup>3</sup> Est altera hippophyes,<sup>4e</sup> sine caule, sine flore, foliis tantum minutis. Hujus quoque<sup>f</sup> succus hydropicis mire prodest. Debent accommodatæ<sup>g</sup> esse et equorum<sup>5</sup> naturæ, neque ex alia causa nomen accepisse. Quippe quædam animalium remediis nascuntur, locupletati divinitate ad generanda<sup>6</sup>



CAP. XIV. 1 *Hippophæes* Salmas. *Hippophæe* et *Hippophæsto* Dalec. *Hippopos* Chiffi.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. cum *ervi farina*. *Hic*, e Diosc.—3 *Ibid.* ex eodem, *mulsa*.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hippophæston* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. *hippopo* Gronov. et al. vett. ‘Salmasius etiam hic legit *Hippophæes*.’ Laet.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *esse equorum* edd. vett. et Gronov.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *gignenda* Vet.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Decocta in vino*] Iisdem fere verbis hæc Diosc. iv. 12.

<sup>q</sup> *Item oculis*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Infusa*] *Clystere* videlicet. Diosc. *ἐγκλύζεται*.

<sup>a</sup> *Hippophyes*] Sive, quod idem est, *hippophæes*. Diosc. in Nothis: ‘*ἵπποφαές, οἱ δὲ ἵπποφυές, οἱ δὲ ἵπποφανές, κ. τ. λ.* Et Oribasius lib. xi. p. 199. ‘*ἵπποφαές*, quod alii *hippophyes*, id est, lappaginem, vocant, qua fullones vestes polint, in arenosis maritimisque locis nascitur.’ In Peloponneso, *ἄκανθα ἢ καθάρσιον*, hoc est, *spina purgatoria*, appellatur, inquit Anguillara pag. viii. pag. 144. ubi eam accurate describit, nec dum in Italia sibi visam testatur. Iisdem porro notis a Diosc. iv. 162. quibus et a Plinio nostro, delineatur.

<sup>b</sup> *Hederæ modo*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Radix succo*] Diosc. et Oribas.

locis cit. Pastillos farinae intellige, ex farina concinnatos globos, quam quidem *ὀρόβιον, ervinam*, esse Diosc. jubet.

<sup>d</sup> *Hæc bilem*] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. c. 30. p. 212.

<sup>e</sup> *Est altera hippophyes*] *Hippophæston* intelligit, de qua dicemus xxvii. 66.

<sup>f</sup> *Hujus quoque*] Succum hujus, seu foliis, seu radice, seu capite expressum, ex aqua mulsa bibitum, aquam pituitamque per alvum detrahere, scribit Diosc. iv. 163.

<sup>g</sup> *Debent accommodatæ*] Ego vero sic censeo, et *ἵπποφαές* et *ἵπποφαίστων* nomen accepisse, quod valde candidos ac lucidos, seu splendidos, pannos efficiunt: sunt enim plantæ fulloniæ. ‘*ἵππο* in compositis præstantiam, magnitudinemque significat: *φάος*, splendorem.’



præsidia : ut non sit mirari satis ingenium ejus, disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, ut aliis prosit aliud horis,<sup>7</sup> diesque nullus prope sine præsidiis reperiatur.

XV. (XIII.) Urtica quid esse invisius potest? At illa præter oleum, quod in Ægypto ex ea fieri diximus,<sup>h</sup> vel plurimis scætet remediis. Semen ejus<sup>i</sup> cicutæ contrarium esse Nicander affirmat: item fungis et argento vivo. Apollodorus et salamandris<sup>j</sup> cum jure decoctæ testudinis. Item adversari<sup>k</sup> hyoscyamo, et serpentibus, et scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax, uvas in ore, procidentisque<sup>l</sup> vulvas, et infantium sedes, tactu resilire cogit: lethargicos<sup>m</sup> expergiscit,<sup>1</sup> tactis cruribus, magisque fronte. Eadem canis<sup>n</sup> morsibus addito sale medetur. Sanguinem<sup>o</sup> trita naribus indita sistit, et magis radice. Carcinomata<sup>p</sup> et sordida ulcera, sale admixto: item luxata<sup>q</sup> sanat, et panos, parotidas, carnesque ab ossibus recedentes. Semen potum<sup>r</sup> cum sapa, vulvas<sup>2</sup> strangulantes aperit, et profluvia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumtum a cœna faciles præstat, duobus obolis: uno autem in vino potu lassitudines recreat. Vul-



Dalec. gerenda Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. aliis prosit ab horis Chiffi. aliis prosit atque aliis horis Gronov. et al. vett.

CAP. XV. 1 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. lethargicos expergisci Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Chiffi. vulvam.—

#### NOTÆ

<sup>h</sup> In Ægypto... diximus] Lib. xv. 7.

<sup>i</sup> Semen ejus] Nicander, in Alexipharm. adversus cicutam, pag. 143. Η πέπερι κνίδης τε μέγα σπερμεία λεήνας. Nicandro concinit Diosc. Εύπορ. 11. 142. p. 121.

<sup>j</sup> Apollodorus et salamandris] Nicander quoque in Alexiph. pag. 167. Καί ποτε κνίδην Έψαλέην κριμνοισι παλυνάμενος ψαφαροΐσιν, κ. τ. λ.

<sup>k</sup> Item adversari] Diosc. Εύπορ. 11. 151. p. 123. Πρὸς δὲ ὑοσκύαμον, κνίδης σπέρμι σὺν ὄνφ, ἢ τὰ φύλλα.

<sup>l</sup> Procidentisque] Diosc. iv. 94. Καὶ ὑστέρας προκτώσεις ἀποκαθίστησι νεαρά

τὰ φύλλα προσαπτόμενα.

<sup>m</sup> Lethargicos] Plinius Valer. 111. 7. 'Lethargicis: Urtica fronti et pedibus illinitur.'

<sup>n</sup> Eadem canis] Ita plane Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> Sanguinem] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. 1. 26. Vide etiam Marcellum Empir. c. 10. p. 85.

<sup>p</sup> Carcinomata] Diosc. loc. cit. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 151. et Plinius Valer. 111. 20.

<sup>q</sup> Item luxata] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> Semen potum] Diosc. loc. cit.

væ vitiis tostum, acetabuli mensura: potum in sapa resistit stomachi inflationibus.<sup>3</sup> Orthopnoicis prodest cum melle: et thoracem purgat eodem ecligmate.<sup>4</sup> Et lateri medetur cum semine lini. Addunt hyssopum et piperis aliquid. Illinitur lieni.<sup>4</sup> Difficilem<sup>u</sup> ventrem tostum cibo emollit. Hippocrates<sup>v</sup> vulvam purgari potu eo pronuntiat. Dolore levari tosto acetabuli mensura, dulci<sup>4</sup> potu,<sup>w</sup> et imposito cum succo malvæ.<sup>x</sup> Intestinorum animalia pelli cum hydromelite et sale. Defluvia capitis semine illito cohonestari.<sup>y</sup> Articulariis morbis et podagricis plurimi cum oleo vetere, aut folia cum ursino adipe trita imponunt. At eadem radix tusa cum aceto non minus utilis: item lieni. Et cocta in vino discutit panos, cum axungia vetere salsa. Eadem psilothrum est sicca.

Condedit laudes ejus Phantias physicus, utilissimam cibis coctam conditamve<sup>5</sup> professus arteriæ, tussi,<sup>z</sup> ventris de-

3 Chiffi. inflammationibus.—4 Vet. Dalec. mensura cum dulci.—5 Chiffi. condi-

#### NOTÆ

<sup>3</sup> Orthopnoicis . . . ecligmate] Hæc verbis totidem Diosc. cit.

<sup>4</sup> Illinitur lieni] Folia cum cerato lienosis imponi scribit Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Difficilem] Plinius Valer. II. 23. et Galenus loc. cit.

<sup>v</sup> Hippocrates] Libro primo de Morb. Mul. tex. 47. p. 447. \*Ἦν κύουσα οἰδέη, κνίδης καρπὸν ὡς πλείστον καὶ μέλι καὶ οἶνον κεκρημένον εὐώδεα διδόναι ποτὸν, δις τῆς ἡμέρης. Si prægnans intumescat, urticae semen plurimum, et mel, ac vinum dilutum odorandum potu bis die dabis.

<sup>w</sup> Dulci potu] Cum vino dulci, σὺν γλυκεῖ, seu passo. Hippocr. de Morb. Mul. lib. I. tex. 88. pag. 472. \*Ἦν δὲ αἰ μῆτραι ἐλκωθῶσιν . . . ὀδύνη ὀξείη λαμβάνει ἐς τὰς ἰξύνας, καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τὴν νεαίρην γαστέρα, καὶ ἄνω φοιτᾷ ἢ ὀδύνη . . . καὶ ἐς τὰς πλευράς, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας . . . Et pag. 474.

Κνίδης καρπὸν τρίβων ἐν οἶνῳ εὐώδει μέλανι κεκρημένῳ. Si uteri fuerint ulcerati . . . dolor acutus corripit lumbos, et inguina, et imum ventrem, et dolor sursum procedit . . . ad costas, et ad scapulas . . . Urticæ semen terito in vino odorato nigro, et potui dato.

<sup>x</sup> Et imposito cum succo malvæ] Libro de natura muliebri, tex. 105. p. 413. \*Ἦν γυνὴ μὴ κύσκηται, καθαρτῆριον κνίδης καρπὸν καὶ μαλάχης χυλὸν, ἐν στέατι χηνὸς τρίψαντα, προσθέναι. Purgatorium, si mulier non concipiat: Semen urticae et malvae succum cum adipe anserino tritum subdat.

<sup>y</sup> Defluvia . . . cohonestari] Ita Mss. Hoc est, corrigi. Tradit hoc Hippocr. de Morbis Mulierum lib. II. tex. 67. p. 596. Et Theod. Priscianus I. 4. 'ad defectionem capillorum: Agrestis urticae semine oleo conrito loca continget.'

<sup>z</sup> Tussi] Celsus IV. 4. de tussi.

stillationi, stomacho, panis, parotidibus, pernionibus: cum oleo sudorem, coctam cum conchyliis ciere alvum, cum ptisana pectus purgare, mulierumque menses: <sup>a</sup> cum sale, ulcera quæ serpant cohibere. Succo <sup>6</sup> quoque in usu est. Expressus illitusque fronti, sanguinem narium sistit: potus urinam <sup>b</sup> ciet, calculos rumpit: uvam gargarizatus <sup>7</sup> c reprimat. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur. Ad omnia hæc et mitiores quidem teneræque efficaces, sed præcipue sylvestris illa, <sup>d</sup> et amplius lepras e facie tollit, in vino pota. Si quadrupes <sup>c</sup> foetum non admittat, <sup>8</sup> urtica naturam fricandam monstrant. <sup>a</sup>

XVI. (XIV.) Ea quoque, <sup>f</sup> quam lamium <sup>1</sup> inter genera earum appellavimus, <sup>5</sup> mitissima, et foliis non mordentibus, medetur cum mica salis contusis, incussisque, <sup>h</sup> inustis, et

<sup>a</sup> Si equa marem non admittat ad fœturam, urtica fricari oportere genitalia videntur.

//////////

tam coctamve. Mox, in eodem codice, ventris distillationi.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Succus edd. vett. et Gronov.—7 Chiffi. gargarizatu.—8 Vet. Dalec. illa in vino pota, quæ et amplius lepras e facie tollit. Si quadrupes initium non admittat. Chiffi. illa, et hoc amplius.

CAP. XVI. 1 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Sic etiam Chiffi. Ea quoque num, quam lamium Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTE

<sup>a</sup> Coctam cum conchyliis . . . pectus purgare . . . menses] Hæc omnia pariter Diosc. loc. cit. Sed is evocari menses cum myrrha, dixit.

<sup>b</sup> Potus urinam] Marcellus Empir. c. 26. p. 177.

<sup>c</sup> Uvam gargar.] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 14. p. 100. 'Urtica teritur, ejusque succus expressus et tepefactus, ab eo qui uvam dolet, salubriter gargarizatur.' Et Plinius Valer. 1. 43. 'Ad uvam . . . succus urticæ gargarizetur.'

<sup>d</sup> Sylvestris illa] Quæ cania, et Herculeana dicta est, XXI. 55.

<sup>e</sup> Si quadrupes] Si coitum neget, τὰ μόρια τῆς ἴππου pariter fricari jubet Anatolius, in Veterin. c. 14. p.

Delyph. et Var. Clas.

56. Simile est quod habet Hippocr. in Ἱππιατρ. Εἰ βούλει συλλαβεῖν φορβάδα, κνίδας ὄσον εἰς τὸ στόμα τοῦ ἴππου. Ut porro Græci φύσω pro pudendis dicunt tam virorum, quam fœminarum, sic Latini naturam. Tullius de Divin. II. 145. 'Parere quædam matrona cupiens, dubitans essetne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam,' &c. Theod. Priscian. 1. 25. 'De verettri, hoc est, de naturæ vitiis.' Utuntur et alii ea voce, quos Du-Cangius appellat in Glossario.

<sup>f</sup> Ea quoque [num] Pro etiamnum. Utitur hæc particula rursus XXV. 5.

<sup>g</sup> Appellavimus] Libro sup. cap. 55.

<sup>h</sup> Incussisque] Ut cum quis temere

Plinius.

10 B

strumis, tumoribus, podagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam e nostris tempore discrevere genera. Autumnalis urticæ radicem alligatam<sup>2</sup> in tertianis, ita ut ægri nuncupentur, cum eruitur ea radix, dicaturque cui, et quorum filio eximatur, liberare<sup>3</sup> morbo tradiderunt. Hoc idem et contra<sup>4</sup> quartanas pollere. Idem urticæ radice addito sale, infixæ corpori extrahi. Foliis cum axungia strumas discuti: vel si suppuraverint, erodi complerique.

XVII. (XV.) Ex argumento<sup>1</sup> nomen accepit scorpio<sup>1</sup> herba. Semen enim habet ad similitudinem caudæ scorpionis, folia pauca. Valet et adversus animal nominis sui. Est et alia<sup>j</sup> ejusdem nominis effectusque sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, et inde nomen.

XVIII. (XVI.) Leucacantham<sup>k</sup> alii phyllon,<sup>1</sup> alii ischiada,<sup>1</sup> alii polygonaton appellant, radice cyperi,<sup>2</sup> quæ com-manducata dentium dolores<sup>3</sup> sedat. Item laterum, et



et recentt. *Ea quoque quam nos lamium* Vet. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *radice alligata* Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *radix et dicatur quæ, et cui . . . liberari* edd. vett. et Gronov.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *idem contra*.

CAP. XVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *scorpius* Gronov. et vulgg.

CAP. XVIII. 1 Chiff. *phimum*.—2 Idem codex, *Cypiri*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dolorem*

#### NOTE

digitum incussit parieti.

<sup>1</sup> *Ex argumento*] Sic Diosc. iv. 195. ‘Σκορπιοειδὲς herbula,’ inquit, ‘est, foliis paucis et semine caudæ scorpionis effigie. Hæc illita contra scorpionum ictus præsentaneo remedio sunt.’ Est scorpioides bupleuri folio, a Lobelio delineatum, p. 244. Galli vocant *Chenille*.

<sup>j</sup> *Est et alia*] *Tragos* sive scorpion appellatur, de qua dicemus xxvii. 116.

<sup>k</sup> *Leucacantham*] *Leucacanthos* dicta est, xxi. 55. Diosc. iii. 22. *Λευκάκανθα* (et in *Nothis* additur, οἱ δὲ πο-

*λυγόνατον*, οἱ δὲ φύλλον, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσι, Ῥωμαῖοι κνιακάρδους, Θούσκοι σπῖνα ἄλβα,) Ταύτης ἡ βίζα ὁμοία κυκείρω, . . . ἦντι μασσηθεῖσα ὀδονταλγίας περαμυθεῖται. In Gallia *Carlinam* vocant: frustra id nomen ad *Chamæleones* *Ruellio* lib. iii. p. 482. aliisque transferentibus, ut recte probat *Dodonæus*, pag. 415. a quo et *Carlina* sive *Leucacantha* depingitur.

<sup>1</sup> *Ischiada*] Quoniam *ἰσχιαδικοῖς* medetur, ex Diosc. Galenus quoque de *Fac. Simp. Med.* lib. vii. p. 201. *Λευκάκανθον*, οἱ δὲ *πολυγόνατον*, οἱ δὲ *ἰσχιάδα* καλοῦσιν.

lumborum, ut Hicesius<sup>m</sup> tradit, semine poto drachmis octo, aut succo. Eadem<sup>4</sup> ruptis,<sup>n</sup> convulsis medetur.

XIX. (XVII.) Helxinen<sup>a</sup> aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipue vescantur. Alii sideritin,<sup>1</sup> nonnulli parthenium. Folia habet mixtæ similitudinis plantagini et marrubio, cauliculos densos, leviter rubentes, semina in capitibus lappaceis<sup>b</sup> adhærentia<sup>2</sup> vestibus: unde et helxinem<sup>c</sup> dictam volunt. Sed nos<sup>d</sup> qualis vera esset helxine,<sup>3</sup> diximus priore libro. Hæc autem inficit<sup>e</sup> lanas, sanat ignes<sup>f</sup> sacros, et tumores, collectionesque omnes, et adusta. Panos succus<sup>g</sup> cum psimmythio, et guttura<sup>4</sup> incipientia turgescere. Item veterem<sup>h</sup> tussim cyatho hausto, et omnia in humido,<sup>5</sup> sicut tonsillas,<sup>j</sup> et



Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Eademque* Gronov. et al. vett.

CAP. XIX. 1 Chiffi. *sideritem*.—2 Idem codex, *adhaerentia*.—3 Vet. Dalec. *qualis esset ixine*.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sanat ignes sacros, et tumores, collectionesque omnes, et adusta. Panos s. ejus c. psimmythio, ignes*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ut Hicesius*] Et qui Hicesium transcripsit totidem verbis Dioscor. loco citato.

<sup>n</sup> *Eadem ruptis*] Dioscor. Βοηθεῖ ῥήγμασι, σπωμένοις.

<sup>a</sup> *Helxinen*] Dioscor. iv. 86. Ἐλξίνη, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρίτιν, οἱ δὲ Ἡράκλειαν, κ. τ. λ. Et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 173. Ἐλξίνη, ἔνιοι δὲ περδίκιον ὀνομάζουσιν, ἄλλοι δὲ παρθένιον, ἄλλοι δὲ σιδηρίτιδα, εἰσι δ' οἱ Ἡράκλειαν. Hesyech. Ἐλξίνη, ἢ περδίκιος βοτάνη. Et, Σιδηρίτιν, πῶαν τὴν ἐλξίνην καλουμένην. Parietaria Officinarum est, *Parietaire, ou Appari-toire*, a Dodonæo picta, p. 102.

<sup>b</sup> *In capitibus lappaceis*] Quæ lappæ instar adhærescunt.

<sup>c</sup> *Unde et helxinem*] Quasi ab ἔλκω, traho: ἔλξις, attractio, vel attractus.

<sup>d</sup> *Sed nos*] Verius helxinen ævo suo appellatam innuit, quæ ἔξινη

Theophrasto dicitur, qua de actum est a nobis libro superiore, cap. 56.

<sup>e</sup> *Hæc autem inficit*] A nemine alio, quod quidem sciam, id proditum.

<sup>f</sup> *Sanat ignes*] Hæc pariter Diosc. iv. 86. Καταπλασσόμενα ἴσται ἐρυσικέ-λατα, κονδυλώματα, κατακαύματα, κ. τ. λ.

<sup>g</sup> *Panos succus*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Item veterem*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Et omnia in humido*] Hoc est, omnia vitia, ulceraque, et rimas, quæ sunt in humidis: qua loquendi forma usus est libro sup. cap. 76. extrema. Et xxiii. 4. 'Sanat ea quæ in humido sunt ulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium.' xxvii. 78. 'Ulcera quæ fiunt in teneris partibus corporis.' 'Humida ulcera,' xxxii. 27.

<sup>j</sup> *Sicut tonsillas*] Ad tonsillas oblini et gargarizari succum jubet Diosc. loc. cit.

varices, cum rosaceo. Imponitur et podagris<sup>k</sup> cum caprino sevo, ceraque Cypria.

xx. *Perdicium*<sup>l</sup> sive *Parthenium* (nam sideritis alia est) a nostris<sup>t</sup> herba urceolaris<sup>m</sup> vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocimo,<sup>2</sup> nigrior tantum, nascens in tegulis, parietinisque. Medetur cum mica salis trita iisdem omnibus, quibus lamium,<sup>n</sup> et eodem modo: item vomicae, calfacto succo potu. Sed contra ulcera, rupta,<sup>3</sup> lapsusque, et praecipitia, aut vehiculorum eversiones,<sup>o</sup> singularis. *Verna*<sup>4</sup> *carus*<sup>p</sup> *Pericli Atheniensium* principi, cum is in arce templum aedificaret, repsissetque super altitudinem



sacros, tumores, collectionesque, et guttura Gronov. et vulgg.—5 Chiff. ut in humido.

CAP. XX. 1 Chiff. ab nostris.—2 Idem codex, ab aliis altercum, folio similis ocimis.—3 Idem codex, potu, sed contra vulsu, rupta.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. *Vernula* Gronov. et

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Imponitur et podagris*] Diosc. loc. cit. Καὶ ποδάγρας σὺν κηρωτῇ Κυπρία ἀναληφθεῖς, ἢ τραγείφ στεάτι. Apuleius quoque, c. 81.

<sup>l</sup> *Perdicium*] Ex tribus nominibus, inquit, quæ helxinæ superius explicatæ nonnulli tribuerunt, herba altera, urceolaris appellata, duo sibi verius vindicat, *Perdicium*, *Parthenium*que: tertium, nempe *sideritin*, altera rursum, de qua dicemus lib. xxv.

<sup>m</sup> *Herba urceolaris*] Forte quod apta sit detergendis urceis. Cave tamen eandem hanc esse cum superiore helxine idcirco existimes, cujus vim pariter abstersivam in vitreis vasis Galenus commendat, de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 173. Dissimilis enim utriusque facies vel ex ipsa foliorum figura, quam Plinius accurate describit, intelligitur. Quæ sit urceolaris tamen ista, statuere haud proclive est.

<sup>n</sup> *Medetur . . . quibus lamium*] Me-

detur itaque tumoribus, podagris, aliisque. De podagris certe scribit Scribonius Largus Compos. pag. 158. 'Ad podagram caldam cum fervore et tumore rubicundo: Benefacit primis diebus herba urceolaris: item casens mollis recens per se: postea herbæ salis pusillum admiscere oportet.'

<sup>o</sup> *Vehiculorum eversiones*] Iconem aurigantis vide in Nummis Consularibus: e curru excussi, in Notis Jo. Rhodii ad Scribonium Largum, pag. 169.

<sup>p</sup> *Verna carus*] Plutarchus hoc ipsum refert in vita Periclis, p. 160. a Minerva remedia indicata dicit, quibus est puer sanatus: parthenium monstratum non dicit. Sed idem in Sylla monet coratum deinde, ut juxta arcem herba ea cresceret, ad memoriam rei sempiternam. Περί τὴν ἀκρόπολιν φυόμενον παρθένιον vocat, p. 460.

fastigii, et inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio a Minerva. Quare Parthenium<sup>a</sup> vocari cœpta est, assignaturque ei Deæ. Hic est vernula, cujus effigies ex ære fusa est, et nobilis ille Splanchnoptes.<sup>5</sup> r

XXI. (XVIII.) Chamæleonem.<sup>a</sup> aliqui ixiam vocant. Duo genera ejus. Candidior asperiora<sup>1</sup> folia habet: serpit in terra echini modo spinas erigens, radice dulci,<sup>b</sup> odore gravissimo.<sup>2</sup> Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maxime circa Canis ortum, quo modo thura<sup>c</sup> nasci dicuntur: unde et ixia<sup>d</sup> appellatur. Hoc, ut mastiche,<sup>3</sup> e utuntur mulieres. Quare et chamæleon<sup>f</sup> vocetur,

//////////

vulg.—5 Chiffi. *ilvæ spachinoptes.*

CAP. XXI. 'Candidus silybo aut carduo asperiora Diosc. spargitur in terra quidam. Revera Chamæleo non serpit, sed humi jacet.' Dalec.—2 Chiffi.

#### NOTE

<sup>a</sup> Parthenium] Est enim Παρθένος, et Palladis, et virginis nomen: ut Παρθενών et Palladis templum est, et locus ubi virgines habitant.

<sup>r</sup> Splanchnoptes] Ab extis assalis, ἀπὸ τῶν σπλάγχων ὀπτῶν, id ei nomen: quod et argumentum operis declarat: fuit enim statua, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens, ut dicitur xxxiv. 19.

<sup>a</sup> Chamæleonem] Diosc. in Nothis, p. 452. de chamæleone albo, οἱ δὲ χρυσίσκεπτρον, οἱ δὲ ἰξίαν. Ac paulo post, de nigro: οἱ δὲ πάγκαρπον, οἱ δὲ οὐλοφόνον, οἱ δὲ ἰξίαν, οἱ δὲ κυνόζολον. Dioscoridem sequitur Oribasius lib. xii. fol. 223. 'Chamæleo albus, quod ixiam, tracto a visco nomine vocant aliqui, propterea quod alicubi viscum ad ejus radices inveniatur, et quo, loco mastiches, mulieres utuntur, folia habet silybo carduove similia: nigri tamen chamæleonis foliis asperiora, acutioraque . . . Chamæleo vero niger, quem aliqui ulophonon, aliqui ixiam, aliqui cynomachon . . . vocaverunt: habet ipse quoque folia

carduo similia: minora tamen et tenuiora,' &c. Hesychius: Ἰξίας, πόα τις, ἢ καὶ χαμαιλέον. Nusquam in Italia, Gallia, Germaniave chamæleon provenit, quare in certi nominis Gallici possessionem nondum venit. In Creta visum a se album prodidit Bellonius ἀυτόπτης et ἀξίόπιστος, Observat. lib. i. In Lemno, nigrum. Utriusque iconem apud Dodonæum vide, pag. 717.

<sup>b</sup> Radice dulci] Sic Theophr. Hist. ix. 13. Τοῦ μὲν γὰρ λευκοῦ λευκή, καὶ γλυκεία, καὶ παχεία, καὶ ὀσμὴν ἔχουσα βαρεία. Et Nicander in Theriac. p. 47. Ῥίζα δ' ὑπαργήεσσα, μελίζωρος δὲ πάσσαθαί. Albaque mellito radix condita sapore est.

<sup>c</sup> Quo modo thura] Vide xii. 33.

<sup>d</sup> Unde et ixia] Ἰξία visci appellatio est: plantæ, unde id manat, ἰξίας: folii, ἰξίον. Galenus, tom. ii. in Explic. vocum Hippocr. pag. 92. Ἰξίον, φύλλον τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος.

<sup>e</sup> Hoc, ut mastiche] Visco eo scilicet. Ἰξίν, φῖ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρώνται αἱ γυναῖκες, inquit Diosc. iii. 10.

varietate foliorum evenit. Mutat enim <sup>g</sup> cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atque aliis coloribus.

Ex his candidus <sup>h</sup> hydropicos sanat succo radicis decoctæ. Bibitur drachma <sup>4</sup> in passo. Pellit et interancorum <sup>i</sup> animalia acetabuli mensura succi ejusdem, in vino austero, cum origani scopis. <sup>j</sup> Facit ad <sup>k</sup> difficultatem <sup>5</sup> urinæ. Hic succus <sup>61</sup> occidit et canes <sup>7</sup> suesque in polenta. Addita aqua <sup>m</sup> et oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem ejus aliqui concisam servari jubent funiculis pendentem, decoquantque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos <sup>n</sup> vocant.

Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset: et foeminam, cui violaceus. Uno <sup>8</sup> nascuntur caule <sup>o</sup> cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum <sup>p</sup> lichenes curantur, cum sulfure et bitumine una coctis: commanducatis <sup>q</sup> vero dentes mobiles, aut in aceto decoctis. Succo scabiem etiam quadrupedum sanant. Et ricinos canum necant:

//////////

gravi.—3 *Hac mastiche* Chiffi.—4 *Vet. Dalec. et drachma.*—5 *Facit difficultatem* Chiffi.—6 *Radix margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—7 *Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. occidit canes* Gronov. et vulgg. *Vide Nott. Varr.*—8 *Et una* Chiffi.—9 *Idem codex, sanant,*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Quare et chamæleon*] Hæc iisdem verbis Diosc. III. 11. de chamæleone universim.

<sup>g</sup> *Mutat enim*] Diosc. loc. cit. ὄνόμασται δὲ χαμαιλέων, διὰ τὸ ποικίλον τῶν φύλλων, κ. τ. λ.

<sup>h</sup> *Ex his candidus*] Dioscor. III. 10. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 241.

<sup>i</sup> *Pellit et interaneorum*] Hoc est, lumbricos, ἔλμυνθα πλατεῖαν, inquit Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. IX. 13. Galenus quoque, loc. cit.

<sup>j</sup> *Origani scopis*] Scopas Medici vulgo manipulos vocant: fasciculos videlicet manuales herbarum, hoc est, qui teneri manu possunt.

<sup>k</sup> *Facit ad*] Diosc. loc. cit. Καὶ

πρὸς δυσουρίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς γίνεται.

<sup>l</sup> *Hic succus*] Diosc. loc. cit. secutus Theophr. Hist. IX. 13.

<sup>m</sup> *Addita aqua*] Dioscor. loc. cit. Ἀποκτείνει καὶ κύνάς, καὶ ὄσ, καὶ μύσας, σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένῃ, καὶ ὕδρελαφ διεθείσα.

<sup>n</sup> *Rheumatismos*] ῥευματισμούς. Vox hæc fluxionem sonat, perinde atque ista, κατάρροους. De hujus morbi generibus, causisque, ac remediis, vide Theod. Priscian. II. 2. 7.

<sup>o</sup> *Uno nascuntur caule*] Hoc est, simili ac pari. Tamen in Mss. *Et una nascuntur*, hoc est, simul.

<sup>p</sup> *Radicibus earum*] Diosc. III. 11.

<sup>q</sup> *Commanducatis*] Dioscor. loc. cit.



juvencos quoque<sup>r</sup> anginæ modo. Quare<sup>9</sup> a quibusdam ulophyton vocatur,<sup>10</sup> et cynozolon,<sup>3</sup> propter gravitatem odoris. Ferunt et hæc<sup>11</sup> viscum ulceribus utilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur.

XXII. (XIX.) Coronopus<sup>t</sup> oblonga herba est cum fissuris. Seritur interim, quoniam radix coeliacis<sup>t</sup> præclare facit in cinere tosta.

XXIII. (XX.) Et anchusæ<sup>a</sup> radix in usu est, digitali crassitudine. Finditur<sup>b</sup> papyri modo: manusque<sup>c</sup> inficit sanguineo colore: præparat lanas pretiosis coloribus. Sanat ulcera in cerato, præcipue senum:<sup>d</sup> item adusta.<sup>e</sup> Li-

//////////

in juvenicisque anginæ morbum: et ricinos canum necant. Quare; Gronov. et vulgg. *juvencas quoque*; codd. Harduini et edd. post Gronov. *juvencos quoque*. —10 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps. Id est, exitiosa herba.' Brotier. *ulophon* ed. Brotier, operarum lapsu. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ulophonon vocatur*. Mox, Chiffi. et *cynosialon*; quidam ap. Dalec. et *cynosozon*. —11 *Ferunt et hæc Dalec.*

CAP. XXII. 1 Paulus, colicis.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Juvencos quoque*] Itā Mss. Juvenconum fauces, inquit, anginæ modo, angit ac strangulat. Quamobrem οὐλοφόνον appellatur, quasi οἶλον vel ὄλον φόνον φέρον, *perniciosam*, vel *omnem mortem afferens*. Ita Nicander in Alexiph. pag. 148. ubi Scholiastes, pag. 62. Οὐλοφόνον δὲ, τὰ οἶλα βλάπτου, ἢ ὄλον φονευτικόν. Tamen Pliniani codices Mss. tum hoc loco, tum in Indice, *ulophyton*, οὐλόφυτον, quæ vox *exitiosam herbam* indicat, eodem fere significatu.

<sup>a</sup> *Et cynozolon*] A *fatore canis*, κυνὸς ὄζη.

<sup>t</sup> *Coronopus*] Diosc. II. 158. totidem verbis: Κορωνόπους, πρόμηκες βότανον. . . κατεσχισμένον. . . ῥίζαν λεπτήν ἔχον, στυπτικὴν, ἐσθιομένην πρὸς κοιλιακούς ποιούσαν. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 195. Κορωνόποδος ἢ ῥίζα πεπίστευται κοιλιακούς ὠφελεῖν ἐσθιομένη. Frustra sunt qui colicis, ex Æginetæ solius exemplari vi-

tiato, pro *coeliacis* hic reponunt.

<sup>3</sup> *Et anchusæ*] Anchusam hodie Gallia *Orcanettam* vocat, mulieribus non ignotam, quæ colorem faciei nativum fucō mentiuntur: quæque vernaculum genarum pallorem, maculasque vultus hoc infectu occulunt: certe malas eleganti commendat purpurisso. Et sui ævi hunc morem fuisse Suidas innuit: Ἀγχοῦσα, inquit, εἶδος βοτάνης, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρὰ, ἣ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες.

<sup>b</sup> *Finditur*] Instar papyri Ægyptiacæ.

<sup>c</sup> *Manusque*] Æstate scilicet. Diosc. IV. 23. Ἡ δὲ ῥίζα δακτύλου τὸ πάχος, τὴν χροῶν ὕψαιμος, ἐν τῷ θέρει γενομένη, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας.

<sup>d</sup> *Præcipue senum*] Vetera ulcera, τὰ παλαιὰ ἔλκη, dixit Dioscor. loc. cit. Ulcera senilia Plinius, XXXI. 41. Diosc. Ἐθῶρ. I. 182. ἔλκη πρεσβυτικά.

<sup>e</sup> *Item adusta*] Sive ambusta, πρὸς

quari non potest in aqua : oleo dissolvitur : idque sinceræ experimentum est. Datur et ad renum<sup>f</sup> dolores drachma ejus potui in vino : aut si febris sit, in decocto balani.<sup>1</sup> <sup>g</sup> Item in jocinerum vitiis, et lienis,<sup>h</sup> et bile suffusis. Lepris et lentigini<sup>i</sup> illinitur ex aceto. Folia trita cum melle et farina, luxatis imponuntur : et pota drachmis<sup>j</sup> duabus in mulso alvum sistunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur.

XXIV. Est et alia similis, pseudoanchusa<sup>1</sup> ob id appellata, a quibusdam vero echis,<sup>2</sup> <sup>k</sup> aut doris, et multis aliis nominibus : lanuginosior, et minus pinguis, tenuioribus foliis et languidioribus. Radix<sup>l</sup> in oleo non fundit rubentem<sup>3</sup> succum : et hoc ab anchusa discernitur. Contra serpentes<sup>m</sup> efficacissima potu foliorum, vel seminis. Folia ictibus<sup>n</sup> imponuntur. Virus serpentium<sup>o</sup> fugat. Bibitur et propter



CAP. XXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. cum *mulsa*, e Diosc.

CAP. XXIV. 1 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. Videtur esse *buglossum sylvestre minus*.' Brotier. *pseudanchusa* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *enchusa* Gronov. et vulgg. 'Al. *echis*; aut, *echium*, ut Diosc. item, *aris*.' Laet. Mox, aut *aris* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Radix in oleum non fundit rubentem* Chiffi. *Radix oleum non fundit, sed rubentem* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

κατακάματα, Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> Datur et ad renum] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> In decocto balani] Hoc est, ex aqua in qua decocta myrobalanus fuerit. De myrobalano diximus XII. 46. Diosc. loc. cit. ex aqua *mulsa* præberi tum jubet.

<sup>h</sup> Et lienis] Dioscor. loc. cit. et Aëtius de Re Med. lib. I. p. 6.

<sup>i</sup> Lepris et lentigini] Et vitiligini, Dioscorides dixit, καὶ ἀλφούδς καὶ λέπρας σὺν ὄξει καταπλασσομένη.

<sup>j</sup> Et pota drachmis] Dioscor. et Aëtius locis cit.

<sup>k</sup> A quibusdam vero echis] Ita Mss.

tum hoc loco, tum in Indice. Non, ut editi, *enchusa*. Echion est Dioscoridi, lib. IV. c. 27. Ἐχίον, οἱ δὲ ἀρίβαν (scribe, ex Ægineta, οἱ δὲ δωριάδα vel δωρίδα) οἱ δὲ ἀλκίβιον, κ. τ. λ. Iisdem notis a scriptore Græco describitur, quas Plinius affert. Echios altera Plinii est, de qua XXV. 58.

<sup>l</sup> Radix] Hanc esse subnigram Dioscor. ait. Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>m</sup> Contra serpentes] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> Folia ictibus] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> Virus serpentium] Vide Notas et Emend. num. 5.

spinam.<sup>4p</sup> Folium ejus sinistra decerpi jubent magi, et  
cujus causa sumatur dici, tertianisque febribus adalligari.<sup>5</sup>

XXV. (XXI.) Est et alia<sup>a</sup> herba proprio nomine ono-  
chiles,<sup>1</sup> quam aliqui anchusam vocant, alii arcebion, alii  
onochelim,<sup>2</sup> aliqui rhexiam, multi enchrysam,<sup>3b</sup> parvo  
fruticē,<sup>c</sup> flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice mes-  
sibus<sup>d</sup> sanguinea, cetero nigra, in sabulosis nascens, efficax  
contra serpentes,<sup>e</sup> maximeque viperas, et radice et foliis,  
æque cibo ac potu. Vires habet messibus. Folia trita  
odorem cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus vulva  
procidente. Pellit et tineas<sup>4f</sup> cum hyssopo. Et in dolore  
renum<sup>5</sup> aut jocineris ex aqua mulsa, si febris sit: sin aliter,  
ex vino bibitur.<sup>6</sup> Lentigini<sup>7</sup> ac lepris<sup>8</sup> radix illinitur.

Habentes eam,<sup>h</sup> a serpentibus feriri negantur. Est et  
alia<sup>i</sup> huic similis flore rubro, minor,<sup>8</sup> et ipsa ad eosdem



—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. et propter dolores lumborum, e Diosc.—  
5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *alligari*  
Gronov. et vulgg.

CAP. XXV. 1 Codd. Laet et Chiffi. *onochilon*.—2 Margo edd. Dalec. et  
Gronov. *archibellion*, alii *onoclean*; Diosc. alii *alcibiadion*, alii *onocheiles*; Chiffi.  
*arcebon*, alii *onochilon*.—3 'Sic et in Indice. In cod. Reg. 2. *encrisam*.' Brot-  
tier. *enichrisam* Chiffi. *anchrysan* Brotier in Not. *enchusam* Gronov. al. vett.  
Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Chiffi. *tenuas*.—5 Chiffi. *splenium*. 'Ms. *ple-  
nium*. Leg. *splenis*.' Laet.—6 Chiffi. *e vino bibitur*.—7 *Vitiligini* margo edd.  
Dalec. et Gronov. e Diosc.—8 *Ibid.* ex eodem, *semine puniceo, minore*.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Bibitur et propter spinam*] Ad spi-  
næ dolores, et lumborum: Diosc. loc.  
cit. Παθει δὲ καὶ ὀσφύος ἄλγημα, μετ'  
οἴνου ληφθεῖσα.

<sup>a</sup> *Est et alia*] Diosc. iv. 24. Ἀρχου-  
σα ἑτέρα, ἣν ἐνιοὶ ἀλκιβιδδιον, ἢ ὄνοχει-  
λὲς ἐκάλεσαν. In Nothis additur, οἱ  
μὲν κατάγχουσαν, οἱ δὲ ἀρχιβέλλιον.  
Galeno de Fac. Simp. Med. lib. vi.  
p. 149. ἢ ὄνοχειλος. Et hanc Galli  
*Orcanettam* vocant. Pingitur a Lobe-  
lio in *Adversar.* pag. 248. Vidimus in  
horto Regio.

<sup>b</sup> *Multi enchrysam [enchusam]* In  
Indice, *enchrysum*.

<sup>c</sup> *Parvo frutice*] Iisdem plane ver-  
bis, notisque, a Dioscoride describi-

tur, iv. 24.

<sup>d</sup> *Radice messibus*] Hoc est, messis  
tempore, περὶ τὸν πυραμίδον, inquit  
Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Efficax contra serp.*] Dioscor. loc.  
cit. post Nicandrum in *Theriac.* pag.  
60. ejus Scholiasten vide, p. 38. Sic  
post Dioscoridem, totidem verbis  
Galenus loc. cit.

<sup>f</sup> *Pellit et tineas*] Hoc vero Diosc.  
iv. 25. de anchusa altera prodidit,  
quam Plinius mox describet: Gale-  
nus quoque loc. cit. p. 150.

<sup>8</sup> *Lentigini ac lepris*] Galenus loc.  
cit. vitiligini, leprisque, dixit: ἀλφὸς  
καὶ λέπρας ἴαται.

<sup>h</sup> *Habentes eam*] Diosc. loc. cit.

usus. Traduntque<sup>j</sup> commanducata ea, si inspuitur, mori serpentem.

XXVI. Anthemis<sup>k</sup> magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii cranthemon,<sup>l</sup> quoniam vere floreat: alii chamæmelon, quoniam odorem mali habeat. Nonnulli melanthemon<sup>2</sup> <sup>1</sup> vocant. Genera ejus<sup>m</sup> tria flore<sup>3</sup> tantum distant, palmum non excedentia, parvisque floribus, ut rutæ, candidis, aut melinis,<sup>4</sup> aut purpureis. In macro solo, aut juxta semitas colligitur vere,<sup>n</sup> et in coronamenta<sup>o</sup> reponitur. Eodem tempore et medici folia tusa in pastillos digerunt: item florem et radicem. Dantur omnia mixta drachmæ unius pondere, contra serpentium omnium ictus. Pellit mortuos partus: item menstrua<sup>p</sup> in potu, et urinam, calculosque. Inflationes,<sup>q</sup> jocinerum vitia, bilem suffusam, ægilopia commanducata, ulcerum eruptiones manantes sanat. Ex omnibus his<sup>r</sup> generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet: cujus et foliorum et fruticis amplitudo



CAP. XXVI. 1 Th. *arathemida*.—2 Chiff. *melanthion*.—3 Idem codex, *fronde*.—4 Chiff. *parvis foliis, rutæ, candidis, aut malinis*.—5 Gronov. *quidem*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Est et alia*] De qua Diosc. iv. 25. Nomine hanc carere Galenus ait loc. cit.

<sup>j</sup> *Traduntque*] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Anthemis*] Tot nominibus, quot hic repræsentantur, ab Oribasio appellatur, lib. xi. fol. 190. post Diosc. III. 154. Ἄνθεμις, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἡράνθεμον, διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔαρος, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοίτητα τῇ ὄσμῃ, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσοκόμην, οἱ δὲ καλλίαν καλοῦσι. Galenus tomo II. in Explic. vocum Hippocr. pag. 90. Ἐδάνθεμον, ὅπερ καὶ ἄνθεμις λέγεται, καὶ χαμαίμηλον. Omnibus officinis, interpolato postremo hoc Græco nomine, et vulgo quoque *Camomilla* dicitur, notior quam ut

debeat aliis depingi notis.

<sup>l</sup> *Nonnulli melanthemon*] Vel, ut Mss. *melanthion*.

<sup>m</sup> *Genera ejus*] Totidem verbis hæc Diosc. et Oribas. locis cit.

<sup>n</sup> *Colligitur vere*] Diosc. loc. cit. Apuleius cap. 23. 'Lege eam mense Aprilii.'

<sup>o</sup> *Et in coronamenta*] Non ad luxum modo, sed etiam ad usum medicinæ: ad depellendum scilicet capitis dolorem, uti ex Archigene et Galeno discimus, κατὰ τόπους, II. 2. p. 381.

<sup>p</sup> *Item menstrua*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Inflationes*] Diosc. loc. cit. totidem verbis.

<sup>r</sup> *Ex omnibus his*] Diosc. similiter loc. cit.

majuscula est. Hanc proprie<sup>a</sup> quidam<sup>s</sup> eranthemon vocant.

XXVII. Loto qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore<sup>a</sup> coargui possunt. Is enim inter herbas subnascentes Deorum voluptati, loto primam nominavit. Folia ejus<sup>b</sup> cum melle, oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutunt.

XXVIII. Est et lotometra,<sup>c</sup> quæ fit ex loto sata, ex cujus semine simillimo porri,<sup>d</sup> fiunt panes in Ægypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut levius, dum caleat: refrigeratus difficiliter concoquitur, fitque ponderosus. Constat eos qui illo vivant, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis ventris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur.

XXIX. Heliotropii miraculum sæpius diximus,<sup>e</sup> cum Sole se circumagentis, etiam nubilo die: tantus<sup>f</sup> sideris amor est: noctu velut desiderio<sup>2</sup> contrahi cæruleum florem.<sup>f</sup> Genera ejus duo: tricoccum, et helioscopium.



Mox, Chiffi. *eranthemim* vocant.

CAP. XXVIII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque codd. Regg. Hard. Colb. et Chiffi. *simili milio* Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. XXIX. 1 Chiffi. *tantum*.—2 Vet. Dalec. *noctu vero velut ejus desiderio*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hanc proprie*] Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> *Homero auctore*] Eo versu, quem recitavimus libro sup. cap. 17.

<sup>c</sup> *Folia ejus*] Loto nimirum herbæ, quam Diosc. IV. 111. sativam appellat: herbam Plin. XIII. 32. ubi eadem de viribus illius affert.

<sup>d</sup> *Est et lotometra*] Sic Dioscor. *Λωτομήτρα, ἐκ τοῦ λωτοῦ σπαρέντος γίνεταί.* Non e loto quidem proxime explicata, quæ ubique nascitur, sed ex congenera, hoc est, Ægyptia, quæ *αὐτομάτως* nascitur et agrestis est, culturaque melior efficitur, grandiorque, unde ei lotometræ nomen. Sic ortygometræ, coturnicem majorem,

echinometras majores echinos vocant.

<sup>e</sup> *Simillimo porri* [*simili milio*] Sic XIII. 32. 'Intus grana, seu milium.' Diosc. IV. 114. 'Ἔοικε δὲ ἡ κωδία μήκωρι μεγίστη ἐν ἧ καρπὸς ὡς κέγχρος, ὃν ξηράναντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιίαν.' Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 205. In Mss. Reg. Colb. Chiffi. legitur *semine simillimo porri*, quod eodem recidit.

<sup>f</sup> *Sæpius diximus*] Ut XVIII. 67. &c.

<sup>f</sup> *Cæruleum florem*] Movit hæc cærulei floris nota, inter herbarios, ali-

- Hoc altius <sup>g</sup> (quanquam utrumque semipedalem altitudinem non excedit) ab ima <sup>3</sup> radice ramosum. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur non nisi in pingui solo, cultoque maxime: tricocum ubique. Si decoquatur, invenio cibus placere: et in lacte jucundius alvum molliri: et si decocti succus <sup>h</sup> bibatur, efficacissime exinaniri. Majoris succus excipitur æstate, hora sexta: miscetur cum vino, sic firmior. Capitis dolores sedat, rosaceo admixto. Verrucas cum sale <sup>i</sup> tollit succus e folio: unde nostri verrucariam herbam appellavere, aliis cognominari effectibus



Mox, Chiff. *contrahit*.—3 Chiff. *excedit*) ab una.—4 Ita codd. Harduini et

#### NOTÆ

osque, lites ingentes, ut quæ planta demum heliotropii nomine censenda esset, pro se quisque statueret. Cichorii florem existimavit esse Dalecampius: risit hoc commentum Salmasius, in *Confut. Cercoëtii*, pag. 141. Hallucinatum esse Plinium vir summus putavit, in *Mastigoph.* III. pag. 81. qui cæruleum heliotropio florem affinxerit: apud Diosc. IV. 193. non *ἐκπορφυρον*, sed *ἐκπυρρον*, legi oportere: atque id recentiorum calculo firmat: quibus adjungi *Oribasius* potuit lib. XI. pag. 198. Nam *is subfulvum* reddidit: nisi id interpretis, aut codicum Græcorum, quod verius reor, vitium fuit. Nam purpureum, cui affinis colos cæruleus est, heliotropio florem Apuleius tribuit cap. 49. 'Cum flore,' inquit, 'in summitate tenui, et veluti purpureo, atque uncato, in similitudinem scorpionum... Ejus herbæ divinæ ad Solis cursum foscilli se vertunt: et cum Sol occidit, flores se claudunt,' &c. Similem violæ facit Ovidius *Met.* IV. 268. ubi de Clytie in heliotropium florem mutata: 'Membra ferunt hæsisse solo, partemque coloris Luridus exsanguis pallor convertit in herbæ. Est in parte rubor,

violæque simillimus ora Flos tegit: illa suum, quamvis radice tenetur, Vertitur ad Solem, mutataque servat amorem.' Nos interim ad Ruellii sententiam accedimus, lib. III. pag. 664. heliotropium censentis esse herbam eam, quæ novo ab herbariis indito nomine *Herba cancri* vocitatur, quod flores in caudæ cancri similitudinem inflectuntur. Ruellio astipulatur *Anguillara*, par. XIV. pag. 302. Pingitur a Matthiolo accurate pag. 1300. A Clusio *Hist. Rar. Plant.* lib. IV. pag. 46. Addimus id huic flori contingere, quod in *chamæleone* Plinius annotavit cap. 21. ut cum terra mutet colores: aliubi candidus, aliubi luteus, purpurascens etiam aliubi, atque cæruleus, ut summi viri, Dioscorides, Plinius, aliique testantur.

<sup>g</sup> *Hoc altius*] *Helioscopium* videlicet, seu *heliotropium majus*, cujus iconem apud Clusium vide *Hist. Rarior. Plant.* lib. IV. p. 46.

<sup>h</sup> *Et si decocti succus*] Eo pituitam per alvum, bilemque detrahi, pariter docet Diosc. IV. 193.

<sup>i</sup> *Verrucas cum sale*] Ad verbum ista *Marcellus Empir.* cap. 19. pag. 132. et Diosc. loco cit.

digniorem. Namque et serpentibus,<sup>j</sup> et scorpionibus resistit, ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes et Apollodorus tradunt. Folia infantium<sup>k</sup> destillationibus, quod siriasin vocant, illita medentur. Item contractionibus, etiam si id comitialiter accidat. Decocto quoque foveri os<sup>4</sup> saluberrimum est. Potum id pellit tineas,<sup>5</sup> et renum arenas. Si cuminum adjiciatur, calculos frangit. Decoqui cum radice oportet, quæ cum foliis et hircino sevo<sup>6</sup> podagris illinitur.

Alterum genus, quod tricocum appellavimus, et alio nomine scorpiuron<sup>m</sup> vocatur,<sup>7</sup> foliis non solum minoribus, sed etiam in terram vergentibus. Semen ei est effigie scorpionis caudæ: quare ei nomen. Vis ad omnia<sup>n</sup> venenata et phalangia: sed contra<sup>8</sup> scorpiones præcipue illita. Non feriuntur habentes. Et si terram surculo heliotropii circumscribat aliquis, negant scorpionem egredi. Imposita vero herba, aut uda omnino respersum, protinus mori. Seminis grana<sup>o</sup> quatuor pota, quartanis prodesse dicuntur, tria vero tertianis: vel si herba ipsa ter circumlata subjiciatur capiti. Semen et Venerem stimulat. Cum melle panos discutit. Et verrucas<sup>p</sup> hoc utique heliotropium



Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. eos Gronov. et vulgg.—5 Alii ap. Dalec. et Chiff. *tæniæ*.—6 Chiff. *sebo*.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. *genus est, quod tricocum appellavimus: aliud vero, quod scorpioeides nomine vocatur*.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. *et contra Gronov. et vulgg.*—

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Namque et serp.*] Apuleius cap. 49. tit. 3. 'Ad serpentium morsus, et scorpionum ictus: 'Herba solago major,' &c. Hinc est, quod *σκορπιοκτόνον*, ab effectu videlicet, appellatum idem Apuleius ait. Ut ille solaginem, sic 'herbam solarem' Celsus vocat v. 27. tit. 'Adversus ictum scorpionis: 'Bibere oportet herbæ solaris, quam *ἡλιοτρόπιον* Græci vocant, semen, vel certe folia ex vino.'  
<sup>k</sup> *Folia infantium, &c.*] Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> *Potum id pellit tineas*] Hoc est, latos ventris teretesque lumbricos. Minori heliotropio hanc vim ascribunt Diosc. iv. 194. et Apuleius cap. 63. tit. 1.

<sup>m</sup> *Scorpiuron*] *Σκορπιούρον*, a floribus vel seminis inflexione.

<sup>n</sup> *Vis ad omnia*] Nicander in Theriac. pag. 48.

<sup>o</sup> *Seminis grana*] Hæc Diosc. iv. 193. de majore heliotropio.

<sup>p</sup> *Et verrucas*] De minore pariter id Diosc. iv. 194.

radicitus extrahit, et excrescentia in sedibus. Spinæ quoque<sup>a</sup> ac lumborum sanguinem corruptum trahit illitum semen, et potum, in jure gallinacci decoctum, aut cum beta et lente. Cortex seminis liventibus<sup>9</sup> colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter alligari jubent ab ipso ægro, precarique eum, soluturum se nodos liberatum, et ita facere non exemta herba.

XXX. Aliud adianto<sup>a</sup> miraculum: æstate viret, bruma non marcescit: aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: unde et nomen<sup>b</sup> a Græcis: alioqui<sup>c</sup> frutici topiario.<sup>c</sup> Quidam callitrichon<sup>d</sup> vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu.<sup>e</sup> Tinguit enim<sup>e</sup> capillum: et ad hoc decoquitur in vino cum semine apii, adjecto oleo copiose, ut crispum densumque faciat: defluere<sup>f</sup> autem prohibet. Duo ejus genera:<sup>g</sup> candidius,



9 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiff. *Cortex vero liventibus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. XXX. 1 Gronov. *alioquin*.—2 Chiff. *est ab effectu*.—3 Ita codd. Har-

#### NOTE

<sup>a</sup> *Spinæ quoque*] Sanguinem impurum, qui hæret in renibus.

<sup>b</sup> *Aliud adianto*] Aliud Plinio, aliud Dioscoridi *ἀδλιαντον* est. Dioscoridis quidem id est quod Capillum Veneris vocant officinæ, *Capillaire*. Plinianum, non aliud quam Dioscoridis trichomanes est, pictum a Lobelio in *Observ.* pag. 471.

<sup>b</sup> *Unde et nomen*] *Ἀδλιαντος*, quod οὐ διαίνεσθαι, quod in aqua non madescat, sive, ut ait Nicander, quod imbres ac pluviarum stillicidia foliis ejus non insideant: in Theriac. pag. 60. Ἀχραῆς τ' ἀδλιαντον, ὃ οὐκ ὑμβροιο βαγέντος λεπταλή πίπτουσα νοτίς πετάλοισιν ἐφίξει. *Et nunquam madidum Veneris compone capillum, Cui non insideant effusi nubibus imbres.* Accepit autem hæc Plinius a Theophr. Hist. VII. 13.

<sup>c</sup> *Frutici topiario*] Subintellige ex antecedentibus simile est.

<sup>d</sup> *Quidam callitrichon*] Apuleius cap. 47. 'Græci callitrichon, iidem adianton, iidem polytrichon, iidem trichomanes, . . . Latini capillum Veneris, iidem herbam capillarem,' &c. Sic etiam Marcellus Empir. cap. 6. pag. 45. et Galenus κατὰ τόπους, II. 2. pag. 381.

<sup>e</sup> *Tinguit enim*] Apuleius cap. 47. tit. 2. 'Ad capillos tingendos:' 'Herba callitricho in oleo trita capilli uncti inficiuntur.'

<sup>f</sup> *Defluere*] Galenus de Fac. Simp. Med. VI. 7. pag. 150. etiam ex alopecia glabrum caput capillis convestire ait, ἀλωπεκίας δασύνει. Theophr. Hist. VII. 13. Χρησιμα δὲ ἀμφοτέρα πρὸς ἐκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. Diosc. quoque IV. 136. et Marcellus Empir. cap. 6. pag. 45.

<sup>g</sup> *Duo ejus genera*] Hæc snnt ex Theophr. Hist. VII. 13. Majus a



et nigrum breviusque. Id quod majus est, polytrichon: aliqui<sup>3</sup> trichomanes<sup>h</sup> vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis filicis:<sup>4</sup> ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: omnia<sup>5</sup> autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix nulla.<sup>6</sup><sup>i</sup> Umbrosas<sup>j</sup> petras, parietumque aspergines, ac fontium maxime specus sequitur:<sup>7</sup> et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat.<sup>8</sup> Calculos<sup>k</sup> e corpore mire pellit, frangitque, utique nigrum. Qua de causa, potius quam quod in saxis nasceretur, a nostris saxifragum<sup>l</sup> appellatum crediderim. Bibitur e vino, quantum terni decerpere digiti. Urinam<sup>m</sup> cient. Serpentium<sup>n</sup> et araneorum venenis resistunt. In vino decocti<sup>9</sup> alvum

//////////

duini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aliud Gronov. et vulgg. —4 Margo edd. Dalec. et Gronov. foliis coriandri, aut filicis, e Diosc. Mox, in quibus Dalec.—5 Dalec. trichomani.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. inutilis, e Diosc.—7 Dalec. sequuntur.—8 Dalec. sentiant.—9 Dalec. decocta.

#### NOTÆ

Lobelio pingitur, ut diximus: minus tenerinsque, a Bauhino, tom. III. lib. xxxvii. pag. 755.

<sup>h</sup> Aliqui, trichomanes] Ita Mss. Reg. Colb. Chiffi. non, ut editi, aliud trichomanes. Est enim ea majoris quoque, et candidi, seu polytrichi, callitrichive, appellatio: ut vidit acnte Anguillara par. xiv. pag. 289. Iisdem fere verbis a Dioscoride describitur, IV. 137. Τριχομανές, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀδιαντον καλοῦσι . . . ὁμοιον πτέριδι . . . στοιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους τὰ φύλλα ἔχον λεπτά, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις, ἐπὶ βαθδίων λεπτῶν καὶ στιλπνῶν, καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων. Vires deinde adjicit easdem huic esse, quæ sunt adianto alteri propriæ.

<sup>i</sup> Radix nulla] Sed fibræ tantum et capilli tenues. Vel, nullius usus, ῥίζα ἀχρηστος, ut ait Diosc. IV. 136.

<sup>j</sup> Umbrosas] Dioscor. IV. 136. de adianto suo: Φύεται δὲ ἐν παλισκίοις, καὶ ἐλώδεσι τόποις καὶ τοίχοις ἐνὶ κμοῖς, καὶ περὶ τὰς κρήνας. Umbrosis palus-

tribusque locis, et in parietibus aspergine humentibus, ac circa fontes provenit. Et cap. seq. de trichomane: φύεται κατὰ τοὺς ἀβροὺς τόπους.

<sup>k</sup> Calculos] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 26. pag. 181.

<sup>l</sup> Saxifragum] Et Apuleius sane saxifragum agnoscit cap. 97. quod et adiantum vocetur, virtute ad pellendos calculos singulari, ramulis nigro colore nitentibus, quales sunt trichomani: sed folia tribuit similia coriandri, quod falsum est. De hac saxifraga, locutus etiam Q. Serenus videtur cap. 33. pag. 146. 'Si vero in lapides densus convertitur humor Qui retinet cursus, gemitumque dolore frequentat, Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt.' Fontigenam vocat, quoniam, ut Plinius ait, fontium specus sequitur.

<sup>m</sup> Urinam] Theophr. Hist. VII. 13. Πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανές ποιεῖ. Diosc. quoque locis cit.

<sup>n</sup> Serpentium] Diosc. locis cit.

<sup>o</sup> In vino decocti] Adianti scilicet,

sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. Contra scolopendræ morsus illinuntur, crebro auferendi, ne perurant:<sup>10</sup> hoc et in alopeciiis. Strumas<sup>p</sup> discutiunt, furfuresque in facie, et capitis manantia ulcera. Decoctum ex his<sup>q</sup> prodest suspiriosis, et jocineri, et lieni, et felle suffusis, et hydropicis. Stranguriæ illinuntur, et renibus cum absinthio. Secundas<sup>r</sup> cient, et menstrua. Sanguinem<sup>s</sup> sistunt ex aceto, aut rubi succo poti.<sup>11</sup> Infantes quoque exulcerati perunguntur ex iis<sup>12</sup> cum rosaceo et vino prius. Folium in urina pueri impubis, tritum quidem cum aphronitro, et illitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, præstare dicitur. Perdices<sup>t</sup> et gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis: pecorique esse utilissimos.<sup>13</sup>

XXXI. (XXII.) Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus:<sup>u</sup> rotundo folio. Tollit eximie verrucas. Thesium quoque non dissimili amaritudine est: sed purgat alvum: in quem usum teritur ex aqua.

XXXII. Asphodelum de clarissimis herbarum, quam heroneon<sup>14</sup> aliqui appellaverunt, Hesiodus et in sylvis<sup>2</sup> nasci dixit. Dionysius, marem ac fœminam esse. Defectis<sup>b</sup> corporibus et phtisicis constat bulbos ejus cum ptisana decoctos, aptissime dari: panemque ex his cum farina subactis, saluberrimum esse. Nicander<sup>c</sup> et contra ser-

//////////

—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *auferenda ne perarent* Vet. Dalec. *auferendi ne pereant* Gronov. et vulg.—11 Dalec. *pot.*—12 Chiff. *ex his.*—13 Dalec. *utilissima.*

CAP. XXXII. 1 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. *quam heroion* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Vet. Dalec. *fluxuis.*—3 Chiff. *inflamma:*

#### NOTÆ

nam et virili genere Latini extulerunt, ut Apuleius.

<sup>p</sup> *Strumas*] Diosc. et Galenus, locis cit.

<sup>q</sup> *Decoctum ex his*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Secundas*] Diosc. locis cit.

<sup>s</sup> *Sanguinem*] Diosc. locis cit.

<sup>t</sup> *Perdices*] Coturnices, inquit Diosc. IV. 136. et gallinaceos pugnaciores facit in cibum eorum additum

adiantum: circa ovilia quoque pecorum utilitatis gratia seritur.

<sup>u</sup> *Picris . . . ut diximus*] Lib. XXI. cap. 65.

<sup>14</sup> *Heroneon* [*Heroion*] 'Ἡρώειον.

<sup>b</sup> *Defectis*] Tabæ, seu maciæ. Græci cachectas vocant, ut alibi dicturi sumus.

<sup>c</sup> *Nicander*] In Theriac. pag. 39. 'Αγρει δ' ἀσφοδέλοιο διανθέος ἄλλοτε βί-

pentes ac scorpiones, vel caulem, quem anthericon vocavimus, vel semen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis: substravitque somno contra hos metus. Datur et contra venenata marina, et contra scolopendras terrestres. Cochleæ mire in Campania caulem eum persequuntur, et sugendo arefaciunt. Folia quoque<sup>d</sup> illinuntur venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi nervis articulisque cum polenta tusi illinuntur. Prodest et concisis ex aceto lichenas fricare: item ulceribus<sup>e</sup> putrescentibus ex aqua imponere: mammaram<sup>f</sup> quoque et testium inflammationibus.<sup>3</sup> Decocti<sup>g</sup> in facie vini, oculorum epiphoris supposito linteolo medentur. Fere in quocumque<sup>4</sup> morbo magis decoctis medici utuntur.<sup>5</sup> Item ad tibiaram<sup>h</sup> tetra ulcera, rimasque corporum quacumque in parte, farina arefactorum. Autumno autem colliguntur, cum plurimum valent. Succus quoque tuis<sup>6</sup> expressus aut decoctis utilis fit corporis dolori,<sup>i</sup> cum melle: idem odorem<sup>j</sup> corporis jucundum affectantibus, cum iri arida et salis exiguo. Folia etiam supra dictis medentur, et strumis, panis, ulceribus in facie, decocta in vino. Cinis e radice<sup>k</sup> alopecias emendat, et

tioni.—4 *Foliis in quocumque* cod. Dalec.—5 ‘Ita Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque edidit Franzius. Gronov. et vulgg. *morbo decoctis magis medici utuntur*; Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *morbo decoctis utuntur*.—

## NOTÆ

ζαν, Ἄλλοτε καὶ καυλεῖον ὑπέριον ἀνθερίκαιο, Πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὄνον λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει. *Tu quoque florentis radicem velle rotundam Asphodeli, aut tollentem alte fastigia caulem, Vel quæ distincto clauduntur semina folle.* Nicandrum sequitur Diosc. II. 199. De asphodelo egimus superiore lib. cap. 68. Sunt qui et *Afrodille* vocent, et *Hache Royale*.

<sup>d</sup> *Folia quoque*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Item ulceribus*] Diosc. loc. cit. totidem verbis.

<sup>f</sup> *Mammaram*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Decocti*] Diosc. loc. cit.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>h</sup> *Item ad tibiaram*] Apuleius cap. 32. tit. 1. ‘Ad dolorem tibiaram, vel pedum:’ ‘Herbæ asphodeli succo cum oleo amygdalino unges quod dolet, mire sanatur.’

<sup>i</sup> *Corporis dolori*] Lassitudinem forsitan intelligit.

<sup>j</sup> *Idem odorem*] Quia tetrum odorem corporis, alarum præcipue, feminum, ac pedum emendat, ut est ex Xenocrate mox dicturus.

<sup>k</sup> *Cinis e radice*] Diosc. II. 199. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IV. pag. 161. Alexander Iatros 1. 4.

*Plinius.*

10 C

rimas pedum. Decoctæ radicis<sup>1</sup> in oleo succus, perniones et ambusta. Et ad gravitatem aurium infunditur: a contraria<sup>7m</sup> aure in dolore dentium. Prodest et urinæ<sup>n</sup> pota modice radix, et menstruis, et lateris doloribus: item ruptis, convulsis, tussibus, drachmæ pondere in vino pota. Eadem et vomitiones<sup>o</sup> adjuvat commanducata. Semine sumto<sup>p</sup> turbatur venter. Chrysermus<sup>q</sup> et parotidas in vino decocta radice curavit: item strumas,<sup>r</sup> admixta cachry ex vino. Quidam aiunt, si imposita radice pars ejus in fumo suspendatur, quartoque die<sup>8</sup> solvatur, una cum radice arescere strumam. Sophocles<sup>9s</sup> ad podagras utroque modo, cocta crudaque, usus est. Ad perniones decoctam ex oleo dedit, et suffusis felle in vino, et hydropicis. Venerem quoque concitari cum vino et melle<sup>10</sup> perunctis, aut bibentibus tradidere.<sup>11</sup> Xenocrates et lichenas, psoras, lepras, radice<sup>12</sup> in aceto decocta, tolli dicit. Item si cocta sit cum hyoscyamo et pice liquida, alarum quoque et feminum vitia: capillum crispiozem fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur. Simus<sup>t</sup> lapides renium<sup>13</sup> in vino de-

//////////

6 Cod. Dalec. *thyrsis*—7 Dalec. *et a contraria*.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et quarta die* Gronov. et vulgg.—9 *Socles* codd. Laet. et Chiffi.—10 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *cum melle* Franz.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tradiderunt* Gronov. et al. vett.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *lichenas, et psoras, radice* Gronov. et vulgg.—13 'Ita cold. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *Timon l. renum* Chiffi.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Decoctæ radicis*] Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *A contraria*] Dentium dolores, inquit, mitigat, oppositæ auriculæ instillatus. Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Prodest et urinæ*] Hæc totidem verbis Dioscor. loc. cit.

<sup>o</sup> *Eadem et vomitiones*] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Semine sumto*] Potum in vino semen, inquit Diosc. violenter alvum dejicit: ὁ δὲ καρπὸς . . . . καταβήττει τὴν κοιλίαν.

<sup>q</sup> *Chrysermus*] Marcellus Empir. cap. 15. pag. 107. etiam ad collum

suspensa radice sanari parotidas credit: cave tu credas.

<sup>r</sup> *Item strumas*] Sic Theod. Priscianus lib. 1. cap. in quo de furunculis, et de strumis, quas chæradas Græco vocabulo appellat: 'Asphodeli radices,' inquit, 'in vino tinctæ.'

<sup>s</sup> *Sophocles*] In Mss. Reg. Colb. Chiffi. *Socles*. Forte *Diocles*. Nam is in hujus libri Indice appellatur. In quibusdam aliis *Socrates*. Socratis Chirurgi meminit Cælius Aurel. Chron. v. 1.

<sup>t</sup> *Simus*] In Mss. Reg. Th. Chiffi.

cocta atque pota eximit. Hippocrates<sup>a</sup> semen ejus ad<sup>14</sup> impetus lienis dari censet. Jumentorum quoque ulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur, caverna<sup>15</sup> præclusa moriuntur.

XXXIII. Asphodelum ab Hesiodo quidam alimon<sup>1a</sup> appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine halimon, non parvi et ipsum erroris inter auctores. Alii enim<sup>b</sup> fruticem esse dicunt densum, candidum, sine spina, foliis oleæ, sed mollioribus:<sup>c</sup> coqui autem hæc<sup>2d</sup> ciborum gratia. Radix tormina<sup>e</sup> discutit, drachmæ pondere in aqua mulsa pota: item convulsa, et rupta.<sup>3</sup> Alii olus<sup>f</sup> maritimum esse dixere salsum, et inde nomen, foliis



*Simus l. renum* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 Ita Gronov. et Edd. vett. *semine ejus ad* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *semine ad* Chiffi.—15 Dalec. et caverna.

CAP. XXXIII. 1 Chiffi. et hic et mox (ubi Edd. ante Brotier, *alimon*) *halimon*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *coqui hoc* Chiffi. *coquitur autem hoc* Gronov. et edd. vett. Mox Chiffi. *Radice torm. discuti*.—3 Chiffi. *rupta convulsu*.

#### NOTÆ

*Timon* legitur: haud recte. *Simus* enim in Indice hujus libri appellatur. Sic *Timon* in iisdem Mss. pro *Damone* scribitur xxiv. 120.

<sup>a</sup> *Hippocrates*] Lien sanando, cum abundat bile, dato, inquit, quæ splenem attenuare quotidie valeant, ut *asphodeli semen*: Διδόναι δὲ καὶ ἃ μέλλει τὸν σπλῆνα λεπτύνειν ἐκάστης ἡμέρης ἀσφοδέλου τοῦ καρποῦ, κ. τ. λ. Libro de internis affect. tēx. 33. p. 238.

<sup>a</sup> *Asphodelum* . . . . *quidam alimon*] Quamobrem Hesychius, Σφόδελος, ἄλιμος, interpretatur: Σφόδελος et ἀσφόδελος idem, ut στάχυς et ἀσταχυς. Et ἄλιμον quidem asphodelum a fame sedanda appellari crediderim, cum Epimenidem Plato in Legibus dicat ex malva et asphodelo compositionem ἄλιμον sibi parasse, qua se a fame ac siti diu vindicaret.

<sup>b</sup> *Alii enim*] Quos Dioscorides se-

quitur, ad verbum, i. 120. Portulaca marina Dodonæi est, pag. 759. *Pourpier marin*. Vidimus in horto Regio.

<sup>c</sup> *Sed mollioribus*] Recte id quidem: etsi a Dioscoride prætermissum: ut quidem sunt hodie libri vulgati.

<sup>d</sup> *Coqui autem hæc*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. Hoc est, folia. Diosc. loc. cit. Λαχανέεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα ἐψόμενα εἰς βρῶσιν. Germina, cum adhuc sunt tenera, in cibis adhiberi, auctor est Galenus de Fac. Simp. Med. vi. 22. pag. 153.

<sup>e</sup> *Radix tormina*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Alii olus*] Et recte illi quidem: nam et folia olerum more eduntur, ut dictum est proxime, et in maritimis oritur, unde nomen, ἀπὸ τῆς ἁλός. Hesychius: ἄλιμοις καὶ ἄλιμοῖς, βοτάναις δένδροειδέσι ἐπὶ θάλασσαν, ἢ ξηροῖς τέποις. Diosc. loc. cit. φύεται ἐν πα-

in rotunditatem + longis, laudatum in cibis. Duorum præterea generum, sylvestre, et mitius: <sup>g</sup> utrumque prodesse dysentericis etiam exulceratis <sup>h</sup> cum pane, stomacho vero ex aceto. Ulceribus vetustis illini <sup>5</sup> crudum, et vulnorum recentium impetus leniri, et luxatorum <sup>6</sup> pedum ac vesicæ dolores. Sylvestri tenuiora folia, sed in eisdem remediis effectus majores, et in sananda hominum ac pecorum scabie. Præterea nitorem corpori fieri; dentibusque candorem, si fricentur radice ea. <sup>7</sup> Semine linguæ subdito sitim non sentiri. Hoc quoque mandi, et utraque etiam condiri. Cratevas tertium quoque genus tradidit, longioribus foliis et hirsutioribus, odore cupressi: nasci sub hedera maxime: prodesse opisthotonis, <sup>8</sup> contractionibus nervorum, tribus obolis in sextarium aquæ. <sup>9</sup>

XXXIV. Acanthi, <sup>i</sup> topiariæ <sup>j</sup> et urbanæ herbæ, elato <sup>k</sup> longoque folio, crepidines <sup>l</sup> marginum, assurgentiumque



—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *rotunditate* Gronov. et al. vett.—5 Cod. Dalec. *illimitur*.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *lenire perhibetur, et luxatorum* cod. Dalec. *lenire, et laxatorum* Cliffl. *lenire, et luxatorum* Gronov. et edd. vett.—7 Dalec. *ejus*.—8 Ita codd. Harduini et Cliffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *opisthotonicis* Gronov. et al. vett.—9 Margoe edd. Dalec. et Gronov. *sextaria aquæ*.

#### NOTÆ

*ραθαλασσιος*. Unde rectius scripseris *halimon*: etsi variant Mss. Suidæ *ἄλιμον* scribitur.

<sup>g</sup> *Sylvestre, et mitius*] Hoc est, sylvestre et sativum.

<sup>h</sup> *Exulceratis*] Hoc est, dysentericæ, quæ cum exulceratione intestinorum conjuncta est: quæ longe periculosissima. *Ἄλιμον* facultatis esse substringentis, *ὑποστυφον ἔχον*, scribit Galenus loc. cit.

<sup>i</sup> *Acanthi*] *Ἄκανθα* Dioscoridi III. 19. Lobelio *Acanthina* sativus, in *Observat.* pag. 477. *Officinæ* vocant *‘Brançam Ursinam.’*

<sup>j</sup> *Topiariæ*] Idcirco Virgilius Maro, nunc mollem, nunc ridentem acanthum, nunc flexilem cecinit: lubricum et flexuosum Plinius Junior Ep.

v. 5. Sed Georgicon secundo refert idem Maro *‘baccas semper frondentis acanthi:’* Servius inibi dictam acanthum interpretatur quasi spinis plenam: nam spinosa, inquit, est arbor, in Ægypto semper frondens, &c. Sed homo literator, rem herbariarum parum callens, acanthum cum Ægyptia spina confundit, quæ plurimum ab illa dissidet. Hunc enim acanthum utique constat lævem glabrumve nullis horrere spinis: sed urbanum esse, ac sativum cultuque lætari.

<sup>k</sup> *Elato*] Diosc. loc. cit. Folio, quam lactucæ, latiore multo et longiore: *ἔχει δὲ πλατύτερα φύλλα πολλῶν καὶ μακρότερα θρίδακος.*

<sup>l</sup> *Crepidines*] Diosc. *φύεται ἐν παρα-*

pulvinorum toros vestientis, duo genera sunt: <sup>1</sup> aculeatum <sup>m</sup> et crispum, quod brevius: alterum læve, <sup>n</sup> quod aliqui pæderota<sup>o</sup> vocant, alii melamphyllum. Hujus radices <sup>p</sup> ustis luxatisque mire prosunt: item ruptis, <sup>q</sup> convulsis, et phthisin metuentibus incoctæ cibo, maxime ptisana. <sup>2</sup> Podagris quoque illinuntur tritæ et calefactæ calidis.

XXXV. Bupleuron <sup>r</sup> in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, <sup>1</sup> foliis multis longisque, capite anethi, <sup>s</sup> laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina a Glaucone, et Nicandro. <sup>t</sup> Semen contra serpentes valet. Folia ad secundas foeminarum, vel succum ex vino illinunt: et strumis folia cum sale et vino. Radix contra serpentes datur in vino, et urinæ ciendæ. <sup>2</sup>

XXXVI. Buprestim <sup>a</sup> magna inconstantia Græci in lau-

CAP. XXXIV. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Sic et Chiff. nisi quod pro *longoque*, *longinque* habeat. *Acanthos est topiaria et urbana herba: elato l. folio: c. m. a. p. t. vestiens. Duo genera ejus sunt Gro-nov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Dalec. ptisanæ.*

CAP. XXXV. 1 Chiff. *cubitule.—2 Et contra s. d. in v. et u. eliciendæ idem codex.*

CAP. XXXVI. 1 Chiff. *indicium est. Mox, bonum esse venenum Chiff.—*

## NOTÆ

δέλσσις, καὶ ἐν πετρώδεσι, καὶ παρύγροις χωρίοις. *Nascitur in hortis, in petrosis, humentibusque locis.*

<sup>m</sup> *Aculeatum*] Hæc sylvestris acantha Diosc. III. 20. *Γίνεται δὲ καὶ ἀγρία ἄκανθα, ὁμοία σκολύμφ, ἀκανθώδης, βραχυτέρα τῆς ἐν παραδείσῳ καὶ ἡμέρου. Est et sylvestris acantha, carduo similis, aculeata, brevior sativa, eaque quæ in hortis provenit. Ut nullis urbanus acanthus spinis horret, sic agrestis contra ferns est, et exertis aculeis aperte minitatur. Branca Ursina aculeata Lobelii in Observ. pag. 477.*

<sup>n</sup> *Alterum læve*] Sativa videlicet, de qua dictum est ante, acantha Diosc. III. 19. *ἐνὶ ἐτὶ φύλλα λεία, et καυλὸς λείος.*

<sup>o</sup> *Pæderota*] Diosc. in Nothis, pag. 452. *Ἄκανθα, . . . οἱ δὲ μελάμφυλλον, οἱ δὲ παιδέρωτα, κ. τ. λ.*

<sup>p</sup> *Hujus radices*] Dioscor. III. 19. *ῥίζαι πυρκαϊστοὶς καὶ στρέμμασιν ἀρμόζουσι καταπλασσομένα.*

<sup>q</sup> *Item ruptis*] Diosc. *φθισικοῖς τε, καὶ ῥήγμασι, καὶ σπάζμασιν εὐθετοῦσιν.*

<sup>r</sup> *Bupleuron*] Herbariis nunc fere incognitum: ipsique Anguillaræ, ipso fatente, par. XI. p. 170.

<sup>s</sup> *Capite anethi*] Umbellam in cacumine instar anethi gerens.

<sup>t</sup> *Et Nicandro*] In Theriacis, pag. 43. *Σπέρματα βουπλεύρου τε, καὶ Ἰδαίης κυπαρίσσου.*

<sup>a</sup> *Buprestim*] Græci et olus, quod laudant in cibis, et venenum, contra quod remedia tradi oportuit, eadem signant appellatione. Galenus tomo II. in Explic. vocum Hippocratis, p. 87. *Βούπρηστις, τό, τε ζῶον τὸ τῆ κανθαρίδι παραπλήσιον· ἔστι δὲ καὶ τι λάχανον ἕτριον, οὗ μέμνηται Διοσκουρίδης,*

dibus ciborum etiam habuere: iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est<sup>1</sup> boum certe venenum esse, quos dissilire degustata<sup>2</sup> fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. Est vero causa, quare<sup>3</sup> venena monstremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant, quam pota ea.<sup>4</sup>

XXXVII. Elaphoboscon<sup>b</sup> ferulaceum est, geniculatum digiti crassitudine, semine corymbis<sup>c</sup> dependentibus, silis effigie,<sup>1d</sup> sed non amaris, foliis olusatri: et hoc laudatum<sup>e</sup> in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores sedandos, rupta, convulsa sananda, inflationes discutiendas, colique<sup>2</sup> tormenta. Contra ser-

2 Chiff. *gustata*.—3 *Nec vero causa est quare* Vet. Dalec. *Est vero causa quapropter* cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ea* non legitur in edd. vett. et Gronov.

CAP. XXXVII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *semine in corymbis dependentibus silis effigie* Vet. Dalec. et Chiff. *seminis*, &c. alii ap. Dalec. *semine c. d. simili effigie* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. *coli quoque* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Dalec. *et contra serpentium morsus om-*

#### NOTÆ

κ. τ. λ. Hesychius: Βουπρήστis, λαχάνου είδος. Igitur Βούπρηστis genus est animalculi, cantharidi similis: quod si forte comederit bos, inflatur protinus, et moritur: inde nomen: παρὰ τὸ πρῆσαι τὰς βοῦς. Vide Nicandrum in Alexiph. pag. 152. et Ælianum Hist. Anim. vi. 35. Sed et olus est, cui a magnitudine fortasse nomen, ut βουλάπαθον, magnum lapathum, βουσέλινον apium magnum dixerunt. Laudat βούπρηστιν Theophrastus Hist. vii. 8. Sed quæ sit ejus herbæ facies, nec ipse indicat, nec aliunde compertum. Haud Plinio latuit, ut Salmasius calumniatur, in Præf. pag. 9. Dalecampium, ut sæpe solet, secutus, inprestim animalis nomen esse, quod sit boum venenum: cum de eo conceptis verbis disputet, xxx. 10. Sed Græcorum quorundam, quiqui ii sint, carpit in-

constantiam, qui in ipso olere veneni virus latere prodiderunt.

<sup>b</sup> *Elaphoboscon*] Ἐλαφόβοσκον Diosc. 111. 80. Romani *Cervi ocellum* appellant. Officinæ simul et Herbarii, ut rei ipsis novæ, novum nomen indiderunt, 'Gratiam Dei' vocantes. Eadem appellationem fecit unguento. Bupleuron falso Dodonæus appellat, pag. 442. ubi delineatum accurate vide, quale a Dioscoride, Plinioque describitur. Vidimus in horto Regio.

<sup>c</sup> *Semine corymbis*] Corymbos appellat umbellas, quales in anetho cernimus, quibus semen continetur. Diosc. loc. cit. σικιάδια, alii κεφάλια vocant.

<sup>d</sup> *Silis effigie*] Vide Notas et E. mend. num. 6.

<sup>e</sup> *Et hoc laudatum*] Diosc. loc. cit.



pentium<sup>f</sup> omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama<sup>g</sup> est, hoc pabulo cervos resistere serpentibus. Fistulas quoque radix nitro addito illita sanat. Siccanda autem in eos usus prius est, ne succo suo madeat, qui contra serpentium ictus non facit eam deteriore<sup>3</sup>.

XXXVIII. Scandix<sup>h</sup> quoque in olera sylvestri a Græcis ponitur, ut Opion<sup>i</sup> et Erasistratus tradunt. Item decocta<sup>2</sup> alvum sistit. Semine singultus confestim ex aceto sedat. Illinitur ambustis, urinas ciet. Decoctæ succus<sup>j</sup> prodest stomacho, jocineri, renibus, vesicæ. Hæc est, quam Aristophanes<sup>k</sup> Euripidi poëtæ objicit joculariter, 'matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem.'

Eadem erat anthriscus,<sup>l</sup> si tenuiora<sup>3 m</sup> folia et odorati-

//////////

niumque.—3 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. Male in Editione principe aliisque omissum non. Manifestum est succum ejus non facere eam deteriore<sup>m</sup> contra serpentium ictus; siquidem hoc pabulo cervi resistunt serpentibus.' Brotier. *ictus non facit*, &c. Gronov. et al. ante Harduin. *ictus facit*, &c. codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. XXXVIII. 1 *Opinion* Chiffi.—2 *Ex decocta* Dalec.—3 Chiffi. *si tene-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Contra serpentium*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Quippe fama*] Diosc. loc. cit. Atque hinc sane in Nothiis Diosc. in magno est ambitu nominum, *λαφικόν, νέφριον, όφιγένιον, όφιοκτόνον*.

<sup>h</sup> *Scandix*] Suidas: *Σκάνδιξ, άγριον λάχανον*. Describitur a Dioscor. II. 168. Inter olera, quæ apud Ægyptios in cibis sunt, censetur a Plinio XXI. 52. Quæ nunc eo nomine indigitanda herba sit, certo statuere se posse negat Anguillara par. VII. pag. 107. Pingitur tamen a Dodonæo pag. 689.

<sup>i</sup> *Ut Opion*] In Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. *Opinion*.

<sup>j</sup> *Decoctæ succus*] Dioscor. loc. cit. totidem verbis.

<sup>k</sup> *Aristophanes*] In ea fabula, quæ Acharnensium inscribitur, II. 4. pag. 394. *Ευριπίδιον γλυκύτατον, ό φιλάτιον,*

*Κάκιστ' απολομένη, εϊ τι σ' αιτήσαιμ' εϊτι Πλην δέ μόνον, τουτϊ μόνον, τουτϊ μόνον, Σκάνδικά μοι δδς, μητρόθεν δεδεγμένος*. Hoc est, Frischlino interprete: *Euripides dulcissime, et amicissime, Male peream, si quid petam a te hoc amplius: Scandicem da mihi a matre acceptum tua*. Ubi Scholiastes: *Καλ εν τοϊς 'Ιππεύσι δεδήλωται, ότι ή μήτηρ Ευριπίδου πωλεϊν ελέγετο σκάνδικας*. *Θηλυκώς δέ ή σκάνδιξ ελέγετο*. *εϊστι δέ λάχανον άγριον εϋτελής*. Proverb. e Vatic. Cent. III. num. 86. *Σκάνδιξ. Λάχανον άγριον, παρ' ό καλ σκανδικοπαλων τον Ευριπίδην ελεγον, ως λαχανοπωλίτου νιδν*. Et Gellius xv. 20. pag. 831. 'Euripidis poëtæ matrem Theopompus agrestia olera vendentem, victum quæsisse dicit.' Vide et Valer. Max. III. 4. pag. 170.

<sup>l</sup> *Eadem erat anthriscus*] Hoc est,

ora haberet. Peculiaris laus ejus, quod fatigato Venere corpori succurrit, marcentesque senio jam coitus excitat. Sistit profluvia alba foeminarum.

XXXIX. Et iasione<sup>n</sup> olus sylvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo: florem fert candidum: concilium vocant. Et hujus eadem commendatio ad stimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumta, mulieribus lactis ubertatem praestat. Salutaris est phthisim sentientibus. Infantium capiti illita, nutrit capillum, tenacioremque ejus cutem efficit.

XL. Estur et caucalis,<sup>o</sup> foeniculo similis, brevi caule,<sup>1</sup> flore candido, cordi utilis. Succus quoque ejus bibitur, stomacho perquam commendatus,<sup>2</sup> et urinæ,<sup>p</sup> calculisque et arenis pellendis, et vesicæ pruritibus. Extenuat et lienis, jocineris, reniumque pituitas.<sup>q</sup> Semen menses foeminarum adjuvat, bilemque a partu siccatur.<sup>3</sup> Datur et contra profluvia genituræ yiris. Chrysippus<sup>r</sup> et concepti-

riora.—4 Chiff. *laus ei, q. f. V. corpori.*

CAP. XL. 1 Chiff. *breve caule.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *commodatur* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

eadem foret. Sic Maro in Georg. 11. 132. 'Et si non alium late jactaret odorem, Laurus erat.' Similis hæc est chærefolio vulgari: a Clusio delineatur Hist. Rarior. Plant. lib. vi. pag. 199. qualem in horto Regio vidimus. Vide quæ diximus XXI. 51.

<sup>m</sup> *Si tenuiora*] Ita Reg. et Colb. 1. At Chiff. et Th. *teneriora.*

<sup>n</sup> *Et iasione*] Vide quæ de ea diximus XXI. 65. et quæ Dodonæus habet Pempt. 11. lib. 1. cap. 10. Dissidet tamen a Dodonæo Ruellius lib. 11. pag. 454. iasionemque existimat eam esse quam nostrum vulgus *Liseronem*, rura *Liserotam* vocant: namque hæc serpit humi, ramulis lacte prægnantibus, flore convolvuli candido, &c.

<sup>o</sup> *Estur et caucalis*] Iisdem fere verbis Diosc. 11. 169. et Oribasius lib. XI. fol. 200. Rura nostra a foliorum effigie quam præ se ferunt, Persicum nothum appellant, *Persil bastard*, inquit Ruellius lib. 11. pag. 387. Caucalis albo flore a Clusio pingitur lib. VI. pag. 201. qualem in horto Regio vidimus.

<sup>p</sup> *Et urinæ*] Dioscor. loc. cit. Arenis quoque, calculisque pellendis, commendat Paxamus in Geopon. XII. 32. pag. 355.

<sup>q</sup> *Reniumque pituitas*] Obstructiones renium a pituita factas.

<sup>r</sup> *Chrysippus*] *Κανκαλίδος* meminisse Chrysippum in opere quod inscripsit, *περὶ λαχάνων*, de oleribus, auctor est Schol. Nicandri in Theriac. pag. 39.

onibus eam putat conferre multum: bibitur in vino jejunis. Illinitur et contra venena marinorum, sicut Petrichus<sup>4</sup> in carmine suo significat.

XLI. His annumerant et sium,<sup>1</sup> latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, copiosum semine, sapore nasturtii. Prodest urinis,<sup>t</sup> renibus, lienibus, mulierumque mensibus, sive ipsum<sup>2</sup> in cibo sumtum, sive jus decocti, sive semen e vino drachmis duabus. Calculos<sup>u</sup> rumpit, aquisque quæ gignunt eos, resistit. Dysentericis<sup>v</sup> prodest infusum. Item illitum lentigini,<sup>3</sup> et mulierum vitiiis in facie noctu illitum, momentoque cutem emendat, et ramices lenit, equorum etiam scabiem.<sup>4</sup>

XLII. Silybum,<sup>w</sup> chamæleoni<sup>t</sup> albo similem, æque spinosam, ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phœnice, ubi



*locheionque partu provocat; Chiffi. juvat his a partu. Sicca datur.—4 Petricus Gronov. Petreius alii ap. Dalec.*

CAP. XLI. 1 *His annumerant esium Chiffi. His a. sion, deleto et, Gronov. et al. vett. His a. et sion codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. His a. et sium codd. Regg. Brot.—2 Chiffi. ipso. Mox, in eodem cod. semine in vino.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Item lentigeni illitum Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Regg. et Editio princeps. Brotier. et scabiem equorum Edd. ante Brotier.*

CAP. XLII. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *chamæleonti.*

#### NOTÆ

ubi ait, *Κακαλὶς λάχανόν ἐστιν ἄλμυρον, κ. τ. λ.*

<sup>s</sup> *Et sium*] Non est *Cratevæ σλον*, de quo Diosc. II. 154. hoc est, nasturtium aquaticum, *Cresson d'eau*, ut visum Dodonæo pag. 581. folio evidenter repugnante, nempe mentæ simili: quod folium ab apio, quicum sion confertur, prorsus dissidere nemo inficias ierit. Ruellio magis assentior, aienti lib. II. pag. 369. eam esse quam Officinæ Berulam vocant, *Laberlam Gallicum vulgus*, vel *Berlam* adhuc appellat: in quo nomine veteris vocabuli relucunt vestigia: ut quod apud Latinos antiquitas *laver* dixerit, secuta ætas diminutione gaudens '*laverulum*' pronuntiarit:

et mox, extritis prioribus elementis, in '*berulam*' appellationem deflexerit. Iconem apud Matthiolum vide in Diosc. lib. II. pag. 483. Est enim *σλον* Dioscoridis loc. cit. et Spensippi apud Athenæum lib. II. pag. 61. In Indice Pliniano, libri XXVI. num. 32. '*Laver*, sive *sion*.'

<sup>t</sup> *Prodest urinis*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. pag. 228.

<sup>u</sup> *Calculos*] Dioscor. et Galenus loc. cit.

<sup>v</sup> *Dysentericis*] Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Silybum*] Iisdem verbis Diosc. IV. 159. *Σίλυβον ἄκανθὰ ἐστὶ πλατείαι, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι ὅμοια τῶ λευκῶ. Dicemus de eo XXVI. 25.*

nascitur, coquere tanti est: ita operosa<sup>x</sup> ejus culina traditur. In medicina nullum usum habet.

XLIII. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens,<sup>a</sup> et alio nomine limoniam<sup>b</sup> appellat. Frutex est nunquam cubitali altior, cristisque<sup>a</sup> foliorum ac radice nigra, sed dulci: Eratostheni quoque laudata in pauperis cœna. Urinam ciere præcipue traditur: sanare lichenas et lepras ex aceto. Venerem stimulare in vino, Hesiodo<sup>c</sup> et Alcæo testibus: qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, et mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitum pigerimos scripsere, velut providentia naturæ hoc adjumento tunc valentissimo. Item<sup>3</sup> graveolentiam alarum emendat radicis emedullatæ uncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, et a balineo jejuno, itemque post cibum cyathis singulis pota. Mirum est, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinam effluere.

XLIV. Estur et sonchos,<sup>d</sup> (ut quem Theseo apud Calli-

//////////

CAP. XLIII. 1 Ita codd. Hardnini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *limonion* Gronov. et al. vett.—2 Cod. Dalec. *thyrsisque*.—3 'Idem Ms. Id est Chiffi. Lego Idem.' Dalec.

#### NOTE

<sup>x</sup> Ita operosa] Cum oleo et sale coctam edi scribit Dioscor. loc. cit.

<sup>a</sup> Scolymon . . . . . Oriens] Syria. De scolymo diximus xx. 99.

<sup>b</sup> Limoniam] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. non *limonion*. Theophr. Hist. vi. 3. Σκόλυμος ἢ καὶ λειμωνία. Quasi carduum pratensem dixeris, quod sit pratorum gaudium, τῶν λειμώνων.

<sup>c</sup> Hesiodo] Ἔργων vs. 582. Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἡχέτα τέττιξ Δενδρέφ' ἐφεζόμενος, λιγυρὴν καταχέυετ' αἰοῖδην Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρους καματώθεος ὄρη· Τήμος πίσταται τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος. Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφανρότατοι δὲ τε ἄνδρες, κ. τ. λ. Alcæi vero versus et Proclus recitat,

in enim Hesiodi locum: Τέττιξ πνεύμονας οἶνω· Τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· Ἄ δὲ ὄρα χαλεπά. Sequitur apud Athen. lib. x. Ἀχέϊ δὲ ἐκ πετάλων ἀδεία ἂν τέττιξ, Ἄνθεϊ δὲ καὶ σκόλυμος· Νῦν δὲ μαρόταται γυναῖκες, λεπτοὶ δὲ τοὶ ἄνδρες. Huc respexit Arist. Problem. iv. 26. pag. 705. Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἦττον δύναται ἀφροδισιάζειν· αἱ δὲ γυναῖκες μᾶλλον; καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει· ἐπὶ τῷ σκολύμφ. Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφανρότατοι δὲ τε ἄνδρες.

<sup>d</sup> Estur et sonchos] Σόγγος, cuius duo sunt genera apud Dioscor. ii. 159. alterum agreste: urbanum alterum, et esculentum. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. viiii.

machum apponat Hecale,<sup>e</sup>) uterque, albus et niger: <sup>f</sup> lactucæ similes ambo, nisi spinosi essent: caule cubitali, anguloso, intus cavo, sed qui fractus copioso lacte <sup>g</sup> manet. Albus, qui e lacte nitor,<sup>1</sup> utilis orthopnoicis lactucarum modo, ex embammate.<sup>b</sup> Erasistratus<sup>2</sup> calculos per urinam pelli eo monstrat, et oris graveolentiam commanducato corrigi. Succus trium cyathorum mensura, in vino albo et olco calefactus, adjuvat partus, ita ut a partu<sup>3</sup> ambulent gravidæ. Datur et in sorbitione. Ipse caulis<sup>1</sup> decoctus facit lactis abundantiam nutricibus, coloremque meliorem infantium: utilissimus his, quæ lac sibi coire<sup>j</sup> sentiant.<sup>4</sup>



CAP. XLIV. 1 Dalec. cui est lactis nitor.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. quædam antiq. Harduin. 1.2.3. et recentt. modo. Erastr. Gronov. et vulgg.—3 Dalec. a potu.—4 Dalec. sentiunt.—5 Ita codd. Harduini et

## NOTÆ.

pag. 231. Σόγγος, . . . . . χλωρός ἐτι καὶ ἀπαλὸς ἐσθίεται, τοῖς ἄλλοις ἀγρίοις λαχάνοις ὡσαύτως. *Viridis et tener estur perinde ut cetera agrestia olera.* Galli Lacteronem appellant, *Laitron*: herbarii nonnulli 'Palatinum leporis': quod hoc animal ut ab æstu vindicetur, et caloris propulset incommoda, solet sub ejus ramis decumbere, et sæpenumero stabulari. Vide Dodon. pag. 632.

<sup>e</sup> *Hecale*] Id nomen poëmatio fuit, quod a Callimacho est editum. Scholiastes Nicandri in Theriac. pag. 41. Καλλιμάχον laudat ἐν τῇ 'Ἐκάβῃ ἢ Ἐκάλλῃ. Schol. ipsius Callimachi in Hym. in Apoll. vs. 106. pag. 11. ait fuisse qui Callimachum sugillarent, quod magnum ac justum poëma non posset condere, idcirco scripsisse leve quoddam, cui Hecale nomen esset, ἡναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἐκάλην. Suidas: Ἐκάλη, ὄνομα κύριον, ἢ ἡρώς ἢ παρὰ Καλλιμάχου, κ. τ. λ. Aliquot versiculos ex eo poëmate recitat Aristophanis Scholiastes in Acharn. p. 377. Citatur et a Stephano, in Αἰδηψος.—<sup>f</sup> Elegans Crinagoræ extat de eo poë-

matio Epigramma, ad Marcellum, Anthol. i. 67. Καλλιμάχου τὸ πορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ Ὀνήρ τοὺς μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως. 'Αεῖδει δ' Ἐκάλης τε φιλοξένοιο καλὴν, καὶ Θεσεῖ Μαραθῶν τοὺς ἐπέθηκε πόνους. Τοῦ, σοὶ καὶ νεαρῶν χειρῶν σθένος εἶη ἀρέσθαι, Μάρκελλε, κλεινοῦ τ' αἶνον ἴσον βίотου. *Callimachi carmen leres aspicias: omnia quippe Qui sacra Musarum commovet hoc opere. Est Hecales istic casa parva: sed hospita Thesei: Theseos et sudans in Marathone labor. Par habeas opto robur, Marcelle, juventæ, Laude nec omnigena sit tibi vita minor.*' Ed. sec.

<sup>1</sup> *Albus et niger*] Hæc pariter Orisbasius lib. xi. pag. 199.

<sup>g</sup> *Copioso lacte*] Inde Lacteronem nostrum vulgus appellare cœpit. Ex eo lacte trahit candorem, seu nitorem, albus.

<sup>b</sup> *Ex embammate*] Ἐμβαμμα condimentum est, intinctusque ad condienda opsonia. In lactucis, oleo, sale, acetoque constat.

<sup>1</sup> *Ipse caulis*] Diosc. ii. 159.

<sup>j</sup> *Quæ lac sibi coire*] In mammis pissari.

Instillatur auribus succus, calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura, et in stomachi rosionibus cum semine cucumeris, nucleisque pineis. Illinitur et sedis collectionibus. Bibitur contra serpentes scorpionisque: radix vero illinitur.<sup>k</sup> Eadem decocta in oleo, Punici<sup>5</sup> mali calyce, aurium morbis præsidium est. Hæc omnia ex albo.<sup>6</sup> Clemporus nigro prohibet vesci, ut morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri<sup>1</sup> demonstrat succum ejus.<sup>7</sup> Refrigeratoriam tamen vim esse convenit nigro, et hac causa imponendum cum polenta. Zenon radice albi stranguriam docet sanari.<sup>8</sup>

XLV. Condriillon,<sup>m</sup> sive condrille,<sup>1</sup> folia habet intubi, circumrosis similia, caulem minus pedalem,<sup>2</sup> succo madentem amaro, radice fabæ simili, aliquando numerosa. Habet proximam<sup>n</sup> terræ mastichen tuberculo fabæ, quæ apposita foeminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota dividitur in pastillos, contra serpentes, argumento probabili: si quidem mures agrestes læsi ab his, hanc esse dicuntur. Succus ex vino<sup>o</sup> coctæ, alvum sistit. Eadem palpebrarum<sup>p</sup> pilos inordinatissimos,<sup>3</sup> pro gummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctioni-



Chiffi. *decocta cum oleo in Punici Dalec. decocto in oleo Punici Gronov. et vulgg. —6 Dalec. de albo.—7 Vet. Dalec. succo ejus uti.—8 Chiffi. radicem albi stranguria suadet. Condriion. Legitur et suadet pro docet in cod. Dalec.*

CAP. XLV. 1 *Chondrillon sive chondrille Gronov. et al. ante Harduin.—2 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. pedali codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. pedale Chiffi. Mox, Chiffi. numerosam rosam habet. Proximam; alii ap. Dalec. radicem fabæ similem aliquando numerosam.—3 Dalec. inordinatos.—4 Alioqui*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Radix vero illinitur] Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> Contra sanguinem tauri] Qui potu maxime letalis est.

<sup>m</sup> Condriillon] Hæc Dodonæi condrilla prior, p. 626. Iisdem fere verbis a Diosc. describitur, II. 161. quem condriillam unam in duas species temere discerpisse, non temere

suspiciamus. Nostris etiamnum, Condriille.

<sup>n</sup> Habet proximam] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> Succus ex vino] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> Eadem palpebrarum] Diosc. loc. cit. Ἀνακολλᾶ δὲ καὶ τρίχας . . . βίζα πρόσφατος, βαπτομένης εἰς αὐτὴν βελόνης, κ. τ. λ.

bis utilem carminibus suis pronuntiavit. Aliqui<sup>4</sup> fœminis, et oculis, generationique virorum contrarium putavere.

XLVI. Inter ea quæ temere manduntur, et boletos<sup>1a</sup> merito posuerim, optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos,<sup>2</sup> veneno Tiberio Claudio<sup>b</sup> principi per hanc occasionem a conjuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum alterum,<sup>c</sup> sibi que ante omnes, Neronem

Chiff. Mox, alii ap. Dalec. *fœminarum osculis*.

CAP. XLVI. 1 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et deest in Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *posuerim*. *Optimus quidem est et is cibus, sed im. ex. in cr. adductus*; Chiff. *Optimus quidem his cibus, &c. adductus*; cod.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et boletos*] Græci quoque *βωλίτας* vocant, ut Galenus de Alim. Fac. lib. II. cap. penult. Hi sunt e fungorum genere qui principatum obtinent, qui minus omnium nocentes. De his Martialis III. 60. 'Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos.' In Gallia vulgus appellat, *des Champignons*, quod in campis tepido imbre proveniunt.—'Sunt qui ex semine nasci boletos putent. Vide Historiam Academiæ Regiæ Scientiarum, anni 1707. pag. 58.' *Ed. sec.*

<sup>b</sup> *Tiberio Claudio*] Ei qui Tiberio successit. Vide Dionem lib. LX. pag. 688. Tacitum sub finem Annal. XII. pag. 193. Suetonim in Claudio, cap. 44. Post obitum ex esu fungorum relatus est Claudius in Divos: qua occasione scripta a Seneca *ἀποκοκόνθωσις*. Quo festive Martialis alludens I. 21. ad Cæcilianum: 'Dic mihi, quis furor est? turba spectante vocata, Solus boletos, Cæciliane, voras. Quid dignum tanto ventrique glæque precabor? Boletum, qualem Claudius edit, edas.' Quem Claudii boletum, cibum Deorum Nero appellabat.

<sup>c</sup> *Venenum alterum*] Ut terrarum venenum Neronem Plinius, sic malum Reipublicæ Commodum Lampri-

dus dixit.—' *Venenum*] Fecit Agrippina, inquit, ut Claudio succederet Nero suus, jure natalium; qui fuit alterius generis venenum terris sive imperio, maxime vero ipsi matri suæ: quoniam depravato suo vivendi genere mores corrupti imperii, et ante omnes Agrippinam matrem pessimo suo exemplo corrupti ex optima. Non dicit Plinius necatam a Nerone matrem. Est in Thesaurio Regio, et apud Patinum in famil. p. 178. nummus ex ære minuto, egregiæ fabricæ; qui quo pertineat, nescire se Patinus fatetur. Ex anteriore parte caput fœminæ exhibet, cum hac epigraphe, *MINEIA MF.* In altera ædificium perpulchrum est: cum his literis *PS. SE.* Harum literarum sententia hæc est: 'Mansoleum Insigne NERO Imperator Agrippinæ Matri Fecit, Publico Sumtu, Senatus Consulto.' In eo nummo nexæ sunt literæ duæ *NE.* quæ Neronem significant. In nummis Græcis appellatur ipsa interdu *ΙΟΥΛΙΑ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ.* Julia quidem, quoniam esset ex gente Julia, proneptis Julii Cæsaris Augusti, neptis Juliæ Augusti filiæ, et Agrippæ, qui prior Juliæ maritus fuit: filia denique Agrippinæ, Germanici conjugis; quæ Ju-

suum dedit. Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu,<sup>d</sup> livido intus colore, rimosa striâ, pallido per ambitum labro. Non sunt hæc in quibusdam: sicci que, et nitri similes, veluti guttas in vertice albas ex tunica<sup>3</sup> sua gerunt. Volvam<sup>4</sup> enim<sup>e</sup> terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur hæc primo nascente: mox increscente,<sup>f</sup> in pediculi<sup>5</sup> corpus absumitur, raroque unquam geminis ex uno pede. Origo prima causaque e limo, et acescente<sup>6</sup> succo madentis terræ, aut radicis fere glandiferæ: initioque spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus.<sup>g</sup> Ut diximus, illa pernicialia, prorsus improbanda. Si enim caligaris<sup>h</sup> clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit nascenti, omnem illico succum alienum saporemque in venenum concoquit:prehendisse qui, nisi agrestes, possunt, atque qui colligunt? Ducunt ipsi alia vitia: <sup>7</sup> et quidem<sup>8</sup> si serpentis caverna juxta fuerit, si patescen-

Dalec. optimi quidem omnes cibi, &c.—3 Vet. Dalec. guttas vertice albas in tunica.—4 Vulvam Chiff. —5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. mox increscente pediculo Chiff. mox in pediculo Gronov. et vulgg. mox crescente in pediculo, raro unquam gemini ex uno pede Vet. Dalec.—6 Vet. Dalec. et accrescente.—7 Ita ex cold. Harduin. et recentt. Quæ diximus pernicialia, illa prorsus ableganda. Si enim, &c. omnem illico succum in alienum saporem atque venenum concoquit. Quinprehendisse agrestes ipsi dicunt alia vitia, &c. Vet. Dalec. mox partus ut diximus. Illa pernicialia: si caligaris, &c. Etenim illic, &c. cod. Dalec. Ut diximus . . .prehendisseque nisi, &c. Gronov. et vulgg.—8 Ita cold. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ne quidem Chiff. nunc quidem edd. vett.

## NOTE

lia quoque ex matre primum nomen habuit, ex patre Agrippa alterum.<sup>7</sup>  
Ed. sec.

<sup>d</sup> Rancido aspectu] Qui ipso aspectu rancorem seu putorem produnt.

<sup>e</sup> Volvam enim] Sic tuber appellant, quod fungum in sese, ceu sætum vulva, complectitur.

<sup>f</sup> Mox increscente] Boletio increscente, in substantiam ejus pediculi membrana consumitur. Vocem increscente adjecimus, ex Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. mutila alioqui obscuraque sen-

tentia.

<sup>g</sup> Mox partus] Fætus, seu boletus ipse.

<sup>h</sup> Si enim caligaris] Sic Diosc. iv. 83. exitiosos fieri fungos ait, si juxta clavos rubiginosos, pannosve putridos, aut latibula serpentum gignantur: vel arboribus denique, quæ privatim noxios pariunt fructus, aduascantur: ἡ γὰρ ἤλοις κατωμένους, ἡ ῥάκεσι σεσηπόσιν, ἡ ἐρπετῶν φωλεοῖς παραφύονται, ἡ δένδρεσιν ἰδίως βλαπτικὸς φέρουσι τοὺς καρπούς.



tem<sup>9</sup> primo adhalaverit, capaci<sup>10</sup> venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaque caveri conveniet, priusquam se condant serpentes. Signa erunt tot herbæ, tot arbores fruticesque, ab emersu earum ad latebram usque vernantes: et vel fraxini<sup>j</sup> tantum folia, nec postea nascentia, nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem est.

XLVII. (XXIII.) Fungorum lentior<sup>k</sup> natura, et numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, qui rubent callo,<sup>l</sup> minus<sup>1</sup> diluto rubore, quam boleti. Mox candidi, velut apice flaminis<sup>m</sup> insignibus<sup>2</sup> pediculis. Tertium genus suilli,<sup>n</sup> venenis accommodatissimi.<sup>3</sup> Familias nuper interemere, et tota convivia, Annæum Serenum<sup>o</sup> præfectum Neronis vigillum, et tribunos, centurionesque.<sup>4</sup> Quæ



et Gronov.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *si patescentes* Gronov. et vulgg. *aut si patescentes* Dalec.—10 Vet. Dalec. *rapaci*.

CAP. XLVII. 1 Vet. Dalec. *quibus rubet caro magis*.—2 Vet. Dalec. *insignitis*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *accommodatissimum* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Si patescentem*] Si erumpentem primo fungum e terra serpens halitu sno afflaverit.

<sup>j</sup> *Et vel fraxini*] Id jam superius annotatum xvi. 24.

<sup>k</sup> *Fungorum lentior*] Humidior. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag. 210. Μύκης, ψυχρόν καὶ ὑγρὸν ἰκαυῶς, κ. τ. λ.

<sup>l</sup> *Qui rubent callo*] Quibus caro rubet.

<sup>m</sup> *Apice flaminis*] Pediculus eorum fungorum apicem Flaminis representantibus. Est autem apex, in summo Flaminis pileo virga lanata, hoc est, in ejus extremitate modica lana est: quod primum constat apud Alban Ascanium statuise. Hæc Servius in Æneid. ii. Hujus pilei, cum apice, effigiem nummus Julii Cæsaris exhibet, apud Anton. August. Tab.

viii. Apex alter Flaminum, alter Pontificum fuit. De utroque Philippus Rubenius Elect. ii. 25.

<sup>n</sup> *Tertium . . . suilli*] Deterioris notæ, majorisque periculi id fungorum genus: de quo Martialis, paulo ante laudatus. Nunc etiam Italia 'Porcinos' vocat. De his aliisque generibus Matthiolum consulendus, in Diosc. lib. iv. pag. 1105. et ante ceteros Ruellius lib. iii. pag. 619.

<sup>o</sup> *Annæum Serenum*] Fuisse hunc Senecæ familiarissimum, auctor est Tacitus Annal. xiii. pag. 200. Seneca ipse Epist. Lxiii. pag. 293. 'Hæc tibi scribo,' inquit, 'is qui Annæum Serenum, carissimum mihi, tam immodice flevi, ut, quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit.' Et inscripserat is eidem libros suos de Tranquillitate.

voluptas tanta<sup>5</sup> ancipitis cibi? Quidam discrevere<sup>p</sup> arborum generibus, fico, ferula,<sup>6</sup> et gummim<sup>q</sup> ferentibus: nos item fago, aut robore, aut cupresso, ut diximus.<sup>r</sup> Sed ista quis spondet in venalibus? Omnium colos lividus. Hic habebit<sup>7s</sup> veneni argumentum, quo similior fuerit arborum fici. Adversus hæc diximus<sup>t</sup> remedia, dicemusque: interim sunt<sup>u</sup> aliqua et in his. Glaucias stomacho utiles putat boletos. Siccantur pendentes suilli, junco transfixi, quales e Bithynia veniunt. Hi fluxionibus alvi, quas rheumatismos<sup>v</sup> vocant, medentur, excrescentibusque in sede carnibus: minuunt enim eas, et tempore absumunt. Item lentiginem,<sup>8</sup> et mulierum vitia in facie. Lavantur etiam,<sup>w</sup> ut plumbum, oculorum medicamento.<sup>9</sup> Sordidis ulceribus et capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua illinuntur.

Libet et coquendi dare aliquas communes in omni eo genere observationes, quando ipsæ suis manibus deliciae



cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et centuriones* edd. vett. et Gronov.—5 Alii ap. Dalec. *tam*.—6 Dalec. *betula*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *His aberit* Gronov. et vulgg. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *quo fungi similior arborum fuerit*.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Item lentigines* edd. vett. et Gronov.—9 Gronov. et al. ante Harduin. *in oculorum medicamenta*.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Quidam discrevere*] Nostri nunc præferunt e montibus inter juniperos, et in locis apricis enatos, quam scribit Horatius II. Sat. 4. 20. 'Pratensibus optima fungis Natura est: aliis male creditur.' Innocentissimi etiam sunt e rubis et carduis vere nati, rotunditate clusili, quos Spinulos inde, et Prunulos appellant et Cardeolos.

<sup>q</sup> *Et gummim*] Mss. omnes ubique *gummis* et *gummim* exhibent sæmineo genere.

<sup>r</sup> *Ut diximus*] Lib. XVI. cap. 11.

<sup>s</sup> *Hic habebit*] Ita Mss. non, *his aberit*, ut editi. Certe virus præferre lividum colorem, etiam in boletis,

superiore sectione admonuit.

<sup>t</sup> *Adversus hæc diximus*] Lib. XX. cap. 13. alibique passim.

<sup>u</sup> *Interim sunt*] Sunt et quæ petantur e fungis remedia.

<sup>v</sup> *Rheumatismos*] *Ρευματισμός κοιλάς, rheumatismus alvi*, id est, fluxus mali et noxii humoris in alvum: vel simpliciter, fluxio alvi, quo morbo qui laborant, cæliaci dicuntur. *Κοιλίαν ρευματιζομένην* dixit Diosc. I. 164. Et 'est dysenteria' quoque, teste Theod. Prisciano II. 2. 18. 'intestinarum vulneratio cum rheumatismo.'

<sup>w</sup> *Lavantur etiam*] Vide Notas et Emend. num. 7.

præparant hunc cibum solum, et cogitatione ante pascuntur, succineis novaculis,<sup>x</sup> aut argenteo<sup>10</sup> apparatu comitante. Noxii erunt<sup>y</sup> fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores,<sup>z</sup> qui nitro addito coquentur, si utique percoquantur. Tutiores fiunt<sup>11</sup> cum carne cocti, aut cum pediculo<sup>a</sup> piri. Prosunt et pira<sup>b</sup> confestim sumta. Debellaat eos<sup>c</sup> et aceti natura, contraria iis.

XLVIII. Imbribus proveniunt omnia hæc. Imbre et silphion. Venit primo e Cyrenis, ut dictum est.<sup>d</sup> Ex Syria nunc<sup>e</sup> maxime importatur, deterius Parthico, sed Medico melius, extincto omni Cyrenaico, ut diximus. Usus silphii in medicina: foliorum, ad purgandas<sup>f</sup> vulvas pellendosque emortuos partus: decoquantur in vino albo et odorato,<sup>2</sup> ut bibatur mensura acetabuli a balineis. Radix<sup>3</sup> prodest<sup>f</sup>



—10 Alii ap. Dalec. et argenteo.—11 Ita Gronov. al. vett. et Harduin. 1. fient codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. XLVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *medicina. Nam folia ad expurgandas* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *albo odorato* edd. vett. et Gronov.—3 Cod. Dalec. *acetabuli. Ad lienes radix, &c.*

#### NOTE

<sup>x</sup> *Succineis novaculis*] Quarum e succino, hoc est, electro, manubrium fuerit. Ait delicatos homines eo luxuriæ devenisse, ut fungos manibus ipsi suis præparent ad cibum: ac simul vel aspectu ipso et cogitatione ante pasci, quam re, cum succineis ad id novaculis utuntur, agenteisque lancibus, in quibus fungi excipiuntur.

<sup>y</sup> *Noxii erunt*] Ita Diphilus Siphnins apud Athen. lib. II. pag. 61. Ἀνοικεῖοι δὲ οἱ μετὰ τὸ ἐψηθῆναι καὶ τεθῆναι πησόμενοι. *Inconvenientes ii, qui cocti et appositi fiunt duriores.*

<sup>z</sup> *Innocentiores*] Nitri certe, oleique, vel aceti, quo diluatur, potn, fungorum venena discuti auctores sunt Scribonius Largus Compos. 198. et Diosc. IV. 83.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>a</sup> *Aut cum pediculo*] Aut cum sylvestribus piris, dixit Diosc. I. 168. At Celsus V. 27. tit. 'Adversus fungos inutiles:' 'Specie quidem,' inquit, 'discerni possunt ab utilibus, et cocturæ genere idonei fieri: nam sive ex oleo inferbuerunt, sive piri surculus cum his inferbuit, omni noxa vacant.'

<sup>b</sup> *Prosunt et pira*] Sylvestria quidem, ἀρχάδες, si Dioscoridem audimus, in Alexiph. cap. 23.

<sup>c</sup> *Debellaat eos*] Id multo uberius tractat Athen. lib. II. pag. 61. ex Diphilo Siphnio Medico. Parari fungos ex aceto jubet, ut virus omne, venenique vis adimatur.

<sup>d</sup> *Ut dictum est*] Lib. XIX. cap. 15.

<sup>e</sup> *Ex Syria nunc*] Dioscor. III. 94.

<sup>f</sup> *Radix prodest*] Diosc. III. 94.

*Plinius.*

10 D

arteriis exasperatis: et collectionibus sanguinis illinitur. Sed in cibis<sup>g</sup> concoquitur ægre. Inflationes<sup>h</sup> facit et ructus. Urinæ quoque noxia. Sugillatis<sup>i</sup> cum vino et oleo amicissima, et cum cera strumis. Verrucæ sedis crebriore ejus suffitu cadunt.

XLIX. Laser e silphio profluens, quo diximus modo,<sup>j</sup> inter eximia naturæ dona numeratum, plurimis compositionibus inseritur.<sup>l</sup> Per se autem algores excalfacit, potum nervorum vitia extenuat. Fœminis datur in vino. Et lanis mollibus admovetur vulvæ ad menses ciendos. Pedum clavos circumscarificatos<sup>k</sup> ferro, mixtum ceræ extrahit. Urinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas spondet, copiosius sumtum nec inflationes facere, et concoctioni plurimum conferre senibus et fœminis: item hyeme, quam æstate, utilius, et tum aquam bibentibus: cavendumque ne qua intus sit exulceratio.<sup>l</sup> Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempestive enim datum, cauterii vim<sup>m</sup> obtinet: assuetis etiam utilius, quam expertibus.

Ad extera<sup>2<sup>n</sup></sup> corporum, indubitatas confessiones habet.



CAP. XLIX. 1 Ita Chiff. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. plurimis c. infertur cod. Dalec. pluribus, &c. Gronov. al. vett. et Franz.—2 Ad

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Ἀρῆγει δὲ καὶ βρόγχων χρονίαις τραχύτησι φωνῆν τε αἰφνιδίως δασυνθείσαν ὕδατι διεθείς, κ. τ. λ. Arteriis, seu faucibus, longo tempore exasperatis opitulatur: ac vocem, quæ de repente irraucuerit, aqua dilutus, sorbitione confestim expedit.

<sup>g</sup> Sed in cibis] Dioscor. III. 94.

<sup>h</sup> Inflationes] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> Urinæ . . . sugillatis] Hæc pariter Diosc. loc. cit. Κύστωσις κακωτική. Ἰᾶται δὲ καὶ ὑπόπια σὺν ἐλαίῳ καταπλασθεῖσα.

<sup>j</sup> Laser . . . quo diximus modo] Lib. XIX. cap. 15.

<sup>k</sup> Pedum clavos circumscarificatos] Plin. III. 94. Ἦλους τε καὶ τύλους αἶρε προπεριχαρα-

χθέντας, προμαλαχθείς κηρωτῆ, κ. τ. λ. Clavos callosque prius circumcisos extrahit laser, seu silphii liquor: siquidem cerato ante fuerit subactus, &c. In Mss. Reg. Colb. Th. circumscariphatos legitur. Scarificare, seu scarifare, est per ambitum ac superficiem aliquid scindere. Hesychius: Σκαριφᾶσθαι, ξύειν. Σκαρίφος, ξέσις.

<sup>l</sup> Exulceratio] Ne sint exulcerata intestina.

<sup>m</sup> Cauterii vim] Καυτήριον, et instrumentum est, et medicamentum, quod urendi vim habet, ad intercipiendas fluxiones solitum adhiberi. Itaque laser cauterii vim dicitur obtinere, quod fluxiones ac pituitas intus desiccat, acrimonia sibi innata, quibus

Venena telorum<sup>o</sup> et serpentium extinguit potum: ex aqua<sup>p</sup> vulneribus his circumlinitur: scorpionum<sup>q</sup> tantum plagis ex oleo: ulceribus vero non maturescentibus cum farina hordeacea, vel fico sicca. Carbunculis<sup>r</sup> cum ruta, vel cum melle,<sup>3</sup> vel per se visco superlitum, ut hæreat: sic et ad canis<sup>s</sup> morsus.<sup>4</sup> Excrescentibus<sup>t</sup> circa sedem, cum tegmine Punici<sup>5</sup> mali ex aceto decoctum. Clavis, qui vulgo morticini<sup>u</sup> appellantur, nitro mixto. Alopecias nitro ante subactas replet<sup>6</sup> cum vino, et croco, aut pipere, aut murium fimo, et aceto. Perniones ex vino fovet,<sup>7</sup> et ex oleo coctum imponitur: sic et callo. Clavis<sup>8</sup> pedum superrasis præcipuæ utilitatis. Contra aquas malas, pestilentes tractus, vel dies. In tussi, uva,<sup>v</sup> fellis<sup>w</sup> veteri suffusione, hydropisi,<sup>9</sup> raucitatibus: confestim enim<sup>x</sup> purgat fauces, vocemque reddit. Podagras in spongia dilutum posca lenit. Pleuriticis<sup>y</sup> in sorbitione vinum poturis datur: contractionibus, opisthotonicis,<sup>z</sup> ciceris magnitudine cera cir-

//////////

extra Gronov.—3 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. cum ruta, nitro, et melle, margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. cum ruta, cum melle Franz.—4 Chiffi. sicut ad canis morsus.—5 Codd. Dalec. et Chiffi. cum germine Punici.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. clavis pedum . . . mixto, ante subactum. Carnes replet Gronov. et vulgg. Mox, cum vino, croco Franz. ac murium fimo Chiffi.—7 Dalec. fovent.—8 Dalec. et callo et clavis. Mox, pedum deest in cod. Chiffi. et ed. Franz. Deinde, utilitatis et contra exhibit Dalec.—9 Idem, hydropse.—10 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

intercipiendis cauterio esset aliqui opus.

<sup>o</sup> Ad extera] Ad morbos quibus corpora exterius afficiuntur.

<sup>p</sup> Venena telorum] Dioscor. III. 94.

<sup>q</sup> Ex aqua] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> Scorpionum] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> Carbunculis] Brevius, sed non accuratius, Diosc. loc. cit. Πρὸς τε ἄνθρακας, μετὰ πηγάνων, καὶ νίτρου, καὶ μέλιτος, ἢ καθ' ἑαυτὸν.

<sup>t</sup> Sic et ad canis] Dioscor. loco citato.

Excrescentibus] Carni excrescenti. Quod de lasere, sive succo Plinii, hoc de silphii radice Dioscor.

loc. cit. τὰς περὶ δακτύλιόν τε ἐξοχὰς αἴρει, σιδίφ σὺν ὄξει ἐψηθεῖσα, καὶ καταπλασθεῖσα. Excrescentia circa sedem tollit, tegmini mali Punici incocta cum aceto, et imposita.

<sup>u</sup> Morticini] Hoc est, ut quidem remur, exitiales, letales, mortiferi. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>v</sup> In tussi, uva] Diosc. loco citato.

<sup>w</sup> Fellis] Hoc est, ἰκτερικοῖς, Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> Confestim enim] Dioscor. loco citato.

<sup>y</sup> Pleuriticis] Diosc. loc. cit.

<sup>z</sup> Opisthotonicis] His οὐλοὶ pondere dari laseris succum devorandum præ-

cumlitum. In angina <sup>a</sup> gargarizatur. Anhelatoribus, et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur: æque ex aceto his qui coagulum lactis <sup>b</sup> sorbuerint.<sup>10</sup> Præcordiorum vitiis syntecticis,<sup>c</sup> comitialibus in vino,<sup>11</sup> <sup>d</sup> in aqua mulsa linguæ paralyti. Coxendicibus et lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim, quod auctores suadent,<sup>e</sup> cavernis dentium in dolore inditum cera includi: magno experimento hominis, qui se ea de causa <sup>12</sup> præcipitavit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis: serpentes avidissimas vini admixtum rumpit. Ideo nec inungi suaserim cum Attico melle, licet præcipiant. Quas habeat utilitates admixtum aliis, immensum est referre: et nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet, in illis conjecturam sæpius fallacem, nulli satis custodita in mixturis concordia naturæ ac repugnantia. Qua de re mox plura.<sup>13</sup> <sup>f</sup>

L. (XXIV.) Non esset mellis auctoritas in pretio minor,<sup>1</sup> quam laseris, ni ubique nasceretur. Illud ipsa <sup>g</sup> fabricata sit natura: sed huic gignendo animal, ut diximus: <sup>h</sup> innumeros ad usus, si quoties misceatur, æstimemus.



coagulum lac sorbuerunt; alii vett. qui colostræ lactis sorbuerunt.—11 Chiffli. in cibo.—12 Chiffli. eadem causa.—13 Vet. Dalec. plura dicemus.

CAP. L. 1 Vet. Dalec. minore.—2 Vet. Dalec. tubercula.—3 <sup>1</sup> Ita codd.

#### NOTÆ

cipit Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> In angina] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 15. pag. 104. et 105.

<sup>b</sup> Qui coagulum lactis] Quibus haustum lac coagulatum fuerit, sive intus concreverit, sumtus ex aceto mulso silphii succus opitulatur, inquit Dioscor. loc. cit. Καὶ τοῖς γάλα τεθρομβωμένον ἔνδον πιούσι, μετ' ὄξυμέλιτος ληφθῆλς βοηθεῖ.

<sup>c</sup> Syntecticis] Syntectica vitia, sive syntexes, συντήξεις, ad verbum colliquationes, consumptionesve, recte cum Tullio dixeris. In corpore nostro sic

vocatur ex tabe quæ sensim fit consumptio, colliquefacta solida substantia. Ita affectos sæpe Plinius syntecticos vocat, συντηκτικούς.

<sup>d</sup> Comitialibus in vino] Diosc. loc. cit. in aceto mulso, ἐπιληπτικοῖς μετ' ὄξυμέλιτος ληφθῆλς.

<sup>e</sup> Non censuerim, quod auctores suadent] Suadet Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> Qua de re mox plura] Nempe cap. 56. hujus libri.

<sup>g</sup> Illud ipsa] Laser natura, mel apes fingunt.

<sup>h</sup> Ut diximus] Lib. xi.

Prima propolis<sup>1</sup> alvorum (de qua diximus) aculeos et omnia infixā corpori extrahit,<sup>2</sup> tubera<sup>2</sup> discutit, dura concoquit,<sup>3</sup> dolores nervorum mulcet, ulceraque jam desperantia<sup>1</sup> in cicatricem cludit.<sup>3</sup>

Mellis quidem ipsius natura talis est, ut putrescere corpora<sup>m</sup> non sinat, jucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura. Faucibus, tonsillis,<sup>n</sup> anginae, omnibusque oris desideriiis utilissimum, arescentique in febribus linguæ. Jam vero peripneumonicis,<sup>o</sup> pleuriticis decoctum. Item vulneribus,<sup>p</sup> a serpente<sup>4</sup> percussis. Et contra venena fungorum.<sup>5</sup> <sup>q</sup> Paralyticis in mulso: quanquam suæ mulso dotes constant. Mel auribus<sup>r</sup> instillatur cum rosaceo:



Regg. 1. 2.<sup>1</sup> Brotier. *desperantia cicatrice includit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *desperata cicatrice includit* Vet. Dalec. *disperantia cicatrice includit* Chiffi.—4 Dalec. *et pleuriticis decoctum. Item v. et a serpente. Chiffi. decoctura.*—5 Chiffi. *fungos.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Prima propolis*] ‘Propolis, quam quidam sacram ceram vocant,’ inquit Marcellus Empir. c. 15. p. 111. forte ob eximios in medicina usus. De ea cum Plinio egimus XI. 6.

<sup>2</sup> *Aculeos . . . extrahit*] Pariter hæc Diosc. II. 106.

<sup>3</sup> *Dura concoquit*] Scribonius Largus Compos. 82. ‘Malagma ad strumam et omnem duritiem mirificum. Item ad mammarnū muliebrinū duritiā, et ad paniculos, et ad tubera . . . Propolis, quam quidam ceram sacram vocant,’ &c.

<sup>4</sup> *Jam desperantia*] Ita libri omnes: hoc est, jam desperata fere. Tamen in Mss. Reg. et Colb. *jam desperantia cicatricem, cludit.* Credo, rectius: quasi, quæ desierint sperare se coitura in cicatricem. Sic vitam desperare, apud Tullium legas, pro Milon. num. 57. Et Republicam desperare, Famil. Epist. XII. 14.

<sup>5</sup> *Ut putrescere corpora*] Huc placitum Democriti pertinet, quod ex Varone retulimus VII. 56. Babylonios

melle corpora defunctorum condire solitos, Persas cera, testis est Herodotus, libro primo.

<sup>n</sup> *Faucibus, tonsillis*] Diosc. II. 101.

<sup>o</sup> *Jam vero peripneumonicis*] Quo morbi genere teneantur ii, qui sic appellantur, Celsus explicat, IV. 7. ‘Ex pulmone,’ inquit, ‘vehemens et acutus morbus oritur, quem περιπνευμονικόν Græci vocant. Ejus hæc conditio est: Pulmo totus afficitur. Hunc ejus casum subsequitur tussis, bilem vel pus trahens: præcordiorum, totiusque pectoris gravitas, spiritus difficultas, magnæ febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi quam doloris habet.’ Nos ‘Pulmonicos’ vulgo appellamus.

<sup>p</sup> *Item vulneribus*] Diosc. II. 101. iis prodesse pariter scribit, quos serpentes momorderint.

<sup>q</sup> *Et contra . . . fungorum*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Mel auribus*] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. I. .

lendes et foeda<sup>s</sup> capitis animalia necat. Usus despumati semper aptior: stomachum tamen<sup>t</sup> inflat, bilem auget, fastidium creat, et oculis per se inutile aliqui arbitrantur. Rursus quidam<sup>u</sup> angulos exulceratos melle tangi suadent. Mellis causas, atque differentias, nationesque, et indicationem,<sup>v</sup> in apium, ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis dividi cogeret miscenda rursus, naturam rerum per noscere volentibus.

LI. In mellis operibus et aqua mulsa<sup>a</sup> tractari debet. Duo genera ejus: subitæ ac recentis, alterum inveteratæ. Repentina despumato melle præclaram utilitatem habet in cibo<sup>b</sup> ægrotantium levi, hoc est, alicæ elutæ:<sup>c</sup> viribus recreandis,<sup>d</sup> ore<sup>t</sup> stomachoque mulcendo, ardore refrigerando. Frigidam enim<sup>2 e</sup> utilius dari ventri molliendo, invenio apud auctores. Hunc potum bibendum alsiosis: item animi humilis<sup>f</sup> et præparci quos illi dixere micropsychos.<sup>3</sup>



CAP. LI. I Dalec. ori; et mox, ardori pro ardore.—2 Frigidam autem Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. micropsychos.—4 Ita ex codd. Harduinus et

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Lendes et foeda*] Dioscor. loco citato.

<sup>t</sup> *Stomachum tamen*] Diosc. loc. cit. *φυσωδες κοιλας.*

<sup>u</sup> *Rursus quidam*] Scribonius Largus Compos. Med. 25. 'Ad sordida ulcera oculorum, crustasque habentia, quas *εσχαρας* vocant: item carbunculos, quos *ανθρακας* dicunt, facit bene et per se mel Atticum, pyxide Cyprii aris conditum, et repositum mensibus duobus, nec minus,' &c. Diosc. loc. cit. melle purgari asseverat ea, quæ pupillis tenebras offundunt: 'Αποκαθαρει δὲ καὶ τὰ ἐπισκοποῦντα ταῖς κόραις.

<sup>v</sup> *Et indicationem*] Indicium pretii, notæ, ac bonitatis. 'Indicaturam' eo sensu dixit in Præfatione ad Vespasianum. De ea voce dicemus uberiori xxix. 8. Cujus mel quodque notæ sit, indicasse se significat xi.

13. ubi apium natura describitur: mox et xxi. 44. sequentibusque, quæ liber in explicanda florum natura versatur.

<sup>a</sup> *Aqua mulsa*] Aqua mulsa est, quæ melle concinnatur. Qua illa arte paranda sit, ex Columella disce xii. 12. pag. 420. Hydromeli Græci vocant, ut diximus xiv. 20.

<sup>b</sup> *In cibo*] Una cum cibo.

<sup>c</sup> *Alicæ elutæ*] De alicæ diximus xviii. 29. Alicæ elutæ iterum mentio inferius, cap. 61.

<sup>d</sup> *Viribus recreandis*] Ad hos usus vetustioreni Dioscorides commendat, v. 17. ant mediæ certe ætatis.

<sup>e</sup> *Frigidam enim*] Frigidam mulsam. Diosc. v. 17. *Χρώμεθα δὲ τῷ μὴ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ὧν κοιλιὰν μαλάξαι βουλόμεθα. Cruda utimur, cum ventrem mollire volumus.* Sic fere Hippocrates quoque de Morbis ii. 12. p. 43.



Et est ratio<sup>4</sup> subtilitatis immensæ a Platone descendens : corpusculis rerum lævibus, scabris, angulosis, rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus :<sup>5</sup> ideo non eadem omnibus amara aut dulcia esse. Sic et in lassitudine<sup>6</sup> proniores esse ad iracundiam, et in siti. Ergo et hæc animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo<sup>h</sup> mitigatur. Lenit transitum spiritus, et molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque. Experimenta in se cuique : nullius non ira luctusque, tristitia et omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoque observanda sunt, quæ non solum corporum medicinam, sed et morum, habent.

LII. Aqua mulsa<sup>1</sup> et tussientibus utilis traditur, calefacta invitat vomitiones. Contra venenum<sup>j</sup> psimythii alutaris, addito oleo. Item contra hyoscyamum, cum lacte maxime asinino, et contra halicacabum, ut diximus.<sup>k</sup> Infunditur et auribus, et genitalium fistulis.<sup>l</sup> Vulvis imponitur cum pane molli, subitis<sup>2</sup> tumoribus, luxatis, leniendisque omni-

//////////

recentt. Est et ratio Gronov. et vulgg.—5 Chiff. aliorum naturas accipientibus.

CAP. LII. 1 Chiff. fistula.—2 Dalec. in subitis.—3 Diosc. utilem.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Item animi humilis] Quos Græci μικροψύχους vocant. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>g</sup> Sic et in lassitudine] Egrege in eam rem Seneca de Ira III. 10. pag. 590. 'Fames,' inquit, 'et sitis ex eisdem causis vitanda est: exasperat enim et incendit animos. Vetus dictum est: A lasso rixam quæri: æque autem et ab esuriente, et a sitiente, et ab omni homine, quem aliqua res urit. Nam ut ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspensionem tactus condolescunt, ita animus affectus minimis offenditur. . . . Nunquam sine querela ægri tanguntur.'

<sup>h</sup> Ergo et . . . dulciore succo] Sic etiam et vino, teste Horatio, I. Sat. 15. 18. 'Ad mare cum veni, generosum et lene requiro, Quod curas abi-

gat, quod cum spe divite manet In venas animinque memi, quod verba ministret,' &c.

<sup>i</sup> Aquamulsam] Hujus dotes Marcellus Empir. explanat cap. 30. p. 214. Tussientibus præberi calefactam, frigidam vomituris, jubet Diosc. III. 17. Τῶ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν βησσόντων. Et paulo ante: Χρώμεθα δὲ τῶ μὴ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ᾧ βουλόμεθα ἔμετον κινήσαι.

<sup>j</sup> Contra venenum] Omnibus qui venenum quodvis hauserint, inquit Dioscor. loc. cit. ἐπὶ τῶν θανάσιμον πεπωκότων, δίδόντες αὐτὸ μετ' ἐλαίου.

<sup>k</sup> Ut diximus] Lib. XXI. c. 105.

<sup>l</sup> Genitalium fistulis] 'Ex ulceribus,' inquit Celsus v. 28. 'fistulæ oriuntur. Id nomen est ulceri alto, angusto, calloso. Fit in omni fere

bus. Inveteratæ<sup>m</sup> usum damnare posteri, minus innocentem aqua minusque vino firmum. Longa tamen vetustate transit in vinum, ut constat inter omnes, stomacho inutilissimum,<sup>3</sup> nervisque contrarium.

LIII. Semper mulsum<sup>a</sup> ex vetere vino utilissimum, facillimeque cum melle<sup>1</sup> concorporatur, et quod in dulci<sup>b</sup> nunquam evenit. Ex austero<sup>c</sup> factum non implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque inflat,<sup>2</sup> quod fere evenit. Appetendi quoque<sup>d</sup> revocat aviditatem cibi. Alvum mollit<sup>e</sup> frigido potu, pluribus calido sistit. Corpora auget.<sup>f</sup> Multi senectam longam mulsi tantum nutritu<sup>g</sup> tolerare, neque alio ullo cibo, celebri Pollionis Romilii<sup>3</sup><sup>h</sup> exemplo. Centesimum annum excedentem eum Divus Augustus hospes interrogavit, 'quam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset.' At ille respondit: 'intus mulso,<sup>i</sup> foris oleo.' Varro regium cognominatum morbum arquatam<sup>4</sup><sup>j</sup> tradit, quoniam mulso curetur.

CAP. LIII. 1 Vet. Dalec. quod facillime cum melle. Mox, concorporat Chiffi. —2 Chiffi. implet.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Romili Chiffi. Romuli Gronov. et vulgg.—4 Chiffi. arquatorem morbum; Laet in ed. Elz. ex codd. morbum arquatorem.

## NOTE

parte corporis: habetque quædam in singulis locis propria,' &c. Ut Græci quoque *σύνριγγα* vocant: Galli *une Fistule*.

<sup>m</sup> *Inveteratæ*] Vide Hippocr. de Victu in morbis acutis, tex. 27. p. 290.

<sup>a</sup> *Semper mulsum*] Sic Diosc. v. 16. Mulsum porro vinum est melle delinitum: potio ex vino ac melle confecta.

<sup>b</sup> *Quod in dulci*] In vino dulci, cui mox austereum opponitur, ex quo fit mulsum optimum.

<sup>c</sup> *Ex austero*] Iisdem fere verbis Diosc. loc. cit. *Οίνόμελι δὲ διαφέρει, τὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ, καὶ μέλιτος καλοῦ γινόμενου ἦρτον γὰρ πνευματοῖ, κ. τ. λ.* Fuisse et istud Aufidii

Epicurei placitum videtur, quod Horatius irridet II. Sat. 4. 24. 'Aufidius forti miscebat mella Falerno, Mendose: quoniam vacuis committere venis Nil, nisi lene, decet: leni præcordia mulso Prolueris melius.' Et II. Sat. 2. 15. 'Nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta.'

<sup>d</sup> *Appetendi quoque*] Dioscor. loco citato.

<sup>e</sup> *Alvum mollit*] Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Corpora auget*] Et *θρεπτικὸν* ait esse Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Mulsi tantum nutritu*] Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>h</sup> *Pollionis Romilii*] Romilia gens nota Tullio II. in Verrem.

<sup>i</sup> *Intus mulso*] Id a Democrito Pollio didicerat: is enim interrogatus,

LIV. Melitites quo fieret modo ex musto et melle, docuimus<sup>k</sup> in ratione vini. Sæculis jam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat tamen<sup>l</sup> inveteratum alvi causa dari in febre: item articulario morbo, et nervorum infirmitate laborantibus, et mulieribus vini abstemiis.

LV. Mellis naturæ annexa cera est: de cujus origine, bonitate, nationibus, suis diximus locis.<sup>m</sup> Omnis autem<sup>n</sup> mollit, calcfacit, explet corpora: ° recens melior.<sup>p</sup> Datur in sorbitione<sup>q</sup> dysentericis, favique ipsi, in pulve alicæ prius tostæ. Adversatur lactis<sup>r</sup> naturæ: ac milii magnitudine<sup>r</sup> decem grana ceræ hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho. Si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est.

CAP. LV. I Cod. Dalec. lacti, ac milii.

## NOTÆ

quemadmodum incolumitas diuturna constaret, ac senecta longa, respondisse fertur, si extera corporis oleo, interna melle maderent: Δημόκριτος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἐν ἄνοσοι καὶ μακρῶν γένοιτο οἱ ἄνθρωποι εἶπεν, εἰ τὰ μὲν ἔξωθεν ἐλαίῳ τοῦ σώματος, τὰ δὲ ἐνδοθεν μέλιτι χρῆσθαι. Auctor Diophanes in Geopon. xv. 7. p. 417. et Athen. lib. II. p. 46.

† *Morbum arcuatum*] Hoc est, icterum. Scribonius Largus Compos. 110. arcuatum morbum, et auruginem, et regium morbum vocat. Arcuatum quidem, sive arcuatum, ab arcu cælesti, cui quodam virore affinis. Auruginem pariter, a colore. Regium, a delicatiore genere cibi, mulso videlicet, quo curatur. Q. Serenus cap. 59. p. 161. 'Regius est vero signatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celsa curatur in aula.' Celsus III. 24. 'Æque notus est morbus, quem interdum arcuatum, interdum regium nominant... Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum

... Per omne vero tempus utendum est clauso loco, ludis, lascivia, per quæ mens exhilaretur: ob quæ regius morbus dictus videtur.' Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>k</sup> *Melitites* ... docuimus] Lib. XIV. cap. 11.

<sup>l</sup> *Solebat tamen*] Quæ de melitite vino nunc dicuntur, ea verbis totidem refert Diosc. v. 15.

<sup>m</sup> *Suis diximus locis*] Lib. XI. 8. et XXI. 49.

<sup>n</sup> *Omnis autem*] Hæc totidem verbis Dioscor. II. 105.

<sup>o</sup> *Explet corpora*] Ulcera corporum carne replet. Diosc. πληρωτικὴ μετρίως.

<sup>p</sup> *Recens melior*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Datur in sorbitione*] Ad verbum ista quoque Marcellus Empir. c. 27. p. 193. et Plinius Valer. II. 28. Item Diosc. loc. cit. Prævit his omnibus Celsus IV. 19. 'de ventris fluxu:' 'Est pulicula etiam, cum qua paulum ex favo vetere coctum sit.'

<sup>r</sup> *Ac milii magnitudine*] Diosc. loc. cit.

LVI. Nec hujus usus, quos mixta aliis præstat, enumerare medicina possit: sicuti nec ceterorum, quæ cum aliis prosunt. Ista, ut diximus,<sup>s</sup> ingeniis constant. Non fecit cerotum,<sup>t</sup> malagmata,<sup>u</sup> emplastra, collyria, antidota, parens illa ac divina rerum artifex: officinarum hæc, immo verius avaritiæ commenta sunt. Naturæ quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur: paucis ex causa, non ex conjectura, rebus assumtis, ut succo aliquo sicca temperentur ad meatus:<sup>v</sup> aut corpore alio humentia, ad nexus.<sup>w</sup> Scripulatim<sup>2 x</sup> quidem colligere ac miscere vires, non conjecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est. Nos nec Indicarum Arabicarumque mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe nascentia:<sup>3</sup> non nobis gignuntur: immo ne illis quidem, alioqui<sup>4</sup> non venderent. Odorum causa, unguentorumque, et deliciarum, si placet, etiam superstitionis gratia emantur,<sup>5</sup> quoniam thure supplicamus et costo. Salutem quidem sine istis<sup>6</sup> posse constare, vel ob id probabimus, ut tanto magis sui delicias<sup>y</sup> pudeat.

CAP. LVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Non fecit ceratum* Chiff. *Non fecit cerata* Gronov. et vulgg.—2 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Ceteræ edd. *Scripulatim*.—3 Chiff. *nascentur*.—4 Gronov. *alioquin*.—5 Chiff. *gratiæ rimantur*.—6 Idem codex, *sive istis*.

## NOTE

<sup>s</sup> *Ut diximus*] In fine c. 49.

<sup>t</sup> *Cerotum*] Sive *ceratum*, Græcis κηρωτόν, ut alibi diximus.

<sup>u</sup> *Malagmata*] Μαλάγματα, *compositiones*, sunt ex rebus emollientibus concinnatæ, quæ concretas durities emolliant, sensimque per evaporationem discutiant. Materiam Corn. Celsus assignat, v. 17. 'Malagmata vero, atque emplastra, pastillique, quos τροχίσκους Græci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod malagmata maxime ex floribus, eorumque etiam surculis; emplastra pastillique magis ex quibusdam metallicis sunt,' &c.

<sup>v</sup> *Ad meatus*] Ut labi facilius in al-

tum corpus, ac permeare possint.

<sup>w</sup> *Ad nexus*] Ad justam crassitiem, et, ut vulgus loquitur, consistentiam.

<sup>x</sup> *Scripulatim*] Mss. omnes, *scripulatim*: hoc est, usque ad singula scripula minute ac scrupulose medicamentorum pondera definire. Scripulum, vel scrupulum, ponderis nomen est: terna drachmam, denariumve efficiunt. Fannius: 'In scrupulis ternis drachmam: quo pondere doctis Argenti facilis signatur pondus Athenis. Uncia fit drachmis bis quatuor.'

<sup>y</sup> *Delicias*] Homines delicatos.

LVII. (XXV.) Sed medicinas e floribus coronamentisque et hortensiis, quæque mandantur herbis, persecuti,<sup>1</sup> quonam modo frugum omittimus? Nimirum et has indicare conveniat.<sup>2</sup> Inprimis sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescantur. Siliginis grana<sup>a</sup> combusta, et trita in vino aminæo, oculis illita epiphoras sedant: tritici vero ferro combusta<sup>b</sup> iis, quæ frigus usserit, præsentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta, nervorum contractionibus: cum rosaceo vero<sup>3</sup> et fico sicca, myxisque decoctis, furfures tonsillis faucibusque gargarizatione prosunt.<sup>4</sup> Sextus Pomponius<sup>c</sup> prætorii viri pater, Hispaniæ citerioris princeps, cum horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua: levatusque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio usus est. Vis tanta est, ut cados plenos<sup>d</sup> siccet. Paleam quoque tritici, vel hordei, calidam imponi ramicum incommodis<sup>e</sup> experti jubent, quæque decoctæ sunt aqua foveri.<sup>5</sup> Est et in farre<sup>6</sup> vermiculus teredini similis: quo cavis dentium cera incluso, cadere vitiati dicuntur, etiam si fricentur.<sup>7f</sup> Olyram arincam diximus<sup>g</sup> vocari. Hac decocta fit medicamentum,<sup>8h</sup> quod

//////////

CAP. LVII. 1 Chiff. *mandantur herbæ persecuti.* Mox, Gronov. *omittimus.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *convenit* Gronov. et vulgg.—3 Dalec. *cum rosa vero.*—4 Vet. Dalec. *prosunt.* *Suppuratis nervis farina cum hyoscyami succo illinitur, ex aceto et melle lentigini.*—5 Chiff. *sint aqua fovere.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Est in farre* edd. vett. et Gronov. Mox, *cera incluso, et dentium cavis indito* Dalec.—7 Chiff. *si refrigerentur.*—8 Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Siliginis grana*] Plinius Valer. 1. 14.

<sup>b</sup> *Ferro combusta*] In sartagine patinave ferrea. Theod. Priscianus 1. 10. 'de oculorum causis: 'Grana tritici in lamina ferri calida impones: et similiter ex succo qui manaverit, cum vino commixto, inungito.'

<sup>c</sup> *Sextus Pomponius*] Rem hanc ipsam tacito viri, in quo id animadvertsum, nomine, versibus cecinit Q. Sereenus cap. de podagra depellenda: 'Non audita mihi sit fas, sed lecta

referre: Hoc quidam raptus morbo per tempora messis Vicino plantas frumenti pressit acervo, Evasitque gravem casu medicante dolorem.' Et in hydropis pariter morbo 'aliquos tritico sic tectos juvatos esse' scribit Theod. Priscianus 1. 2. 19.

<sup>d</sup> *Ut cados plenos*] Aqua aut vino plenos, acervis tritici defossos ac sepultos.

<sup>e</sup> *Ramicum incommodis*] Ramex hernia est, interprete Nonio. Vide quæ de enterocæle diximus xx. 13.

Ægyptii atheram<sup>9</sup> vocant, infantibus utilissimum: sed et adultos illinunt<sup>1</sup> eo.

LVIII. Farina ex hordeo<sup>j</sup> et cruda et decocta collectiones, impetusque discutit, lenit, concoquitque. Decoquitur alias in mulsa aqua aut fico sicca. Jocineris doloribus<sup>1</sup> cum posca concoqui opus est, aut cum vino. Cum vero<sup>k</sup> inter coquendum discutiendumque cura est, tunc in aceto melius, aut in sæce aceti, aut in cotoneis, pirisve decoctis. Ad multipedarum<sup>2</sup> morsus cum melle: ad serpentium, in aceto: et contra suppurantia, ad extrahendas suppurationes,<sup>l</sup> ex posca, addita resina et galla.<sup>3m</sup> Ad concoctiones<sup>n</sup> vero, et ulcera vetera, cum resina. Ad duritias<sup>o</sup> cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere.

//////////

pulmentum.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atharan* Gronov. et al. vett.

1 CAP. LVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lenit et concoquit* . . . *Ad jocineris dolores* edd. vett. et Gronov.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aut cum cotoneis, pirisve*. *Ad mult.*—3 Chiffi. *resina Gallica*.—4 Idem codex, *vel*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Etiam si fricentur*] Vel si ea cera vitiatii dentes fricentur.

<sup>g</sup> *Olyram . . . diximus*] Lib. XVIII. c. 20.

<sup>h</sup> *Hac decocta fit medicamentum*] Fit pulvis genus, in medicinæ usu perutile. E zea fieri Dioscorides sensit, II. 114. Ἀθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀλληλεσμένης εἰς λεπτόν ζεῖας σκευάζεται. Subjicit deinde, quid athera sit: ἔστι δὲ ῥόφημα ὡς πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἀρμόδιον. *Est autem sorbitio, liquidæ puliculæ instar, infantibus conveniens.* Quæ sunt Plinianis satis affinia. Cassianus in Collat. xv. 10. 'Pulmentum, quod illi Ægyptii Monachi Atheram nominant.' Hesychio p. 33. Ἀθήρα, βρώμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἠψημένον παρ' Αἰγυπτίους. *Edulium quod Ægyptii ex tritico et lacte conficiunt.* Quin et ipsum far Ægyptii Atheram vocant, si Hieronymo credimus, in Genesim: 'Moris est,' inquit, 'Ægyptiorum θήραν etiam far vocare, quod nunc corrupte Atheram nuncupant.'

<sup>i</sup> *Sed et adultos illinunt*] In cataplasmatibus adhibetur: Ποιεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Farina ex hordeo*] Plinius Valer. III. 25.

<sup>k</sup> *Cum vero*] Cum anceps cura est, num matnrauda collectio sit, an discutienda.

<sup>l</sup> *Ad extrahendas suppurationes*] Ad movendum pus. Diosc. II. 108. hordeaceæ farinæ cremorem ait ex aqua, cum pice oleoque decoctum, puri movendo idoneum esse: Χυλωθὴν δὲ τὸ ἔλευρον σὺν ὕδατι, καὶ ἐψηθὲν σὺν πίσση καὶ ἐλαίῳ, πνοοποιὸν ἔστι.

<sup>m</sup> *Addita resina et galla*] Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>n</sup> *Ad concoctiones*] Ad concoquendas duritias. Diosc. II. 108. Συμπέσει δὲ καὶ τὰς σκληρίας μετὰ πίσσης καὶ ῥητίνης, καὶ περιστερᾶς κόπρου.

<sup>o</sup> *Ad duritias*] Subintellige, discutiendas. Diosc. loc. cit. Διαφορεῖ δὲ τὸ ἔλευρον αὐτῆς μετὰ σύκων καὶ μελικράτου ἐψηθὲν, οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς,

Ad nervorum inflammationes, aut intestinorum, vel laterum, vel virilium<sup>p</sup> dolores,<sup>4</sup> cum papavere aut meliloto, et quoties ab ossibus caro recedit. Ad strumas<sup>q</sup> cum pice et impubis pueri urina, cum oleo. Cum Græco fœno<sup>s</sup> contra tumores præcordiorum,<sup>r</sup> vel in febribus cum melle vel adipe vetusto.

Suppuratis triticea farina multo lenior.<sup>5</sup> Nervis<sup>t</sup> cum hyoscyami succo illinitur: ex aceto et melle, lentigini.<sup>u</sup> Zeæ, ex qua alicam fieri diximus,<sup>v</sup> efficacior etiam hordeacea videtur: trimestris, mollior.<sup>w</sup> Ex vino<sup>6</sup> rubro ad scorpionum ictus tepida, et sanguinem exscreantibus: item arteriæ. Tussi cum caprino sebo,<sup>7</sup> aut butyro. Ex fœno Græco<sup>x</sup> mollissima omnium. Ulcera manantia sanat, et furfures corporis, stomachi dolores, pedes et mammas cum vino et nitro cocta. Ærina<sup>y</sup> magis ceteris purgat ulcera vetera, et gangrænas:<sup>8</sup> cum raphano et sale et aceto, li-

//////////

aurium dolores.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et impubis pueri urina. Cum oleo et fœno græco Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. melior ex vino.—7 Gronov. sevo. Mox, Dalec. butyro vel fœnogræco.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. et gangrænas et nomus, e Diosc.

#### NOTÆ

κ. τ. λ. Transcripsit hunc locum Plinius Valer. III. c. 25. et 27.

<sup>p</sup> Vel laterum, vel virilium] Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>q</sup> Ad strumus] Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>r</sup> Contra tumores præcordiorum] Contra inflationes intestinorum, πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων. Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> Suppuratis . . . lenior] Lenior videlicet, et ad coquendum humorem, et ad dolorem mitigandum.

<sup>t</sup> Nervis] Totidem verbis Diosc. II. 107.

<sup>u</sup> Lentigini] Diosc. loc. cit. Σὺν δὲ ξυμέλιτι δὲ φακοῦς αἴρει.

<sup>v</sup> Zeæ . . . diximus] Lib. XVIII. c. 29.

<sup>w</sup> Trimestris, mollior] Lenior quam zeæ. De trimestri tritico diximus

XVIII. 12.

<sup>x</sup> Ex fœno Græco] Farina ex fœno Græco. Hæc molliendi, discutiendi, ac dissipandi vim habet. Τὸ ἐκ τῆς τήλεως ἄλευρον μαλακτικὴν καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν. Diosc. II. 124.

<sup>y</sup> Ærina] Farina e lolio, cui nomen αἶραν Græci perinde ac Latini fecere. Diosc. II. 122. Αἶρα ἡ γινομένη ἐν τοῖς πυροῖς, ἀλεσθεῖσα, δύναμιν ἔχει περιχαρακτικὴν νομῶν, καὶ σηπεδόνων, καὶ γαγγράνης, μετὰ βραβάνων καὶ ἀλῶν καταπλασσομένη<sup>z</sup> καὶ λειχήνας ἀγρίους, καὶ λέπρας σὺν θείῳ ἀπύρῳ καὶ ὕξει θεραπεύει. *Lolium, quod inter triticeus segetes nascitur, cum molitum est, nomas, putrescentia ulcera, et gangrænam emarginandi vim habet, si cum raphano et sale imponatur. Ferus vero lichenas et lepras, cum sulfure vivo et aceto sanat.*

chenas: lepras cum sulfure vivo: et capitis dolores cum adipe anserino imposita fronti. Strumas et panos<sup>2</sup> coquit, cum fimo columbino et lini semine decocta in vino.

LIX. De polentæ generibus in frugum loco satis diximus,<sup>a</sup> locorum<sup>1</sup> ratione.<sup>b</sup> A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho utilis. Alvum sistit,<sup>c</sup> impetusque rubicundi tumoris. Et oculis illinitur, et capitis dolori cum menta, aut alia refrigerante<sup>d</sup> herba.<sup>2</sup> Item pernionibus et serpentium plagis: item ambustis ex vino.<sup>e</sup> Inhibet quoque pusulas.<sup>3</sup>

LX. Farina in pollinem<sup>f</sup> subacta,<sup>1</sup> vim extrahendi humoris habet: ideo et cruore<sup>g</sup> suffusis in fascias usque sanguinem perducit:<sup>2</sup> efficacius in sapa. Imponitur et pedum<sup>h</sup> callo, clavisque. Nam cum oleo vetere ac pice decocto polline, condylomata, et alia omnia sedis vitia, quam maxime calido<sup>3</sup> mirabilem in modum curantur.

//////////

CAP. LIX. 1 Chiffi. *medicorum*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cum melle aut aliqua r. herba*, e Colum.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inhibetque pusulas Chiffi. inhibet quoque pustulas Gronov. et vnlgg.*

CAP. LX. 1 Vet. Dalec. *redacta*.—2 Vet. Dalec. *projicit*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *polline quam maxime calido cond. et al. omnia sedis vitia.*

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Strumas et panos*] Dioscor. totidem verbis loc. cit.

<sup>a</sup> *De polentæ . . . diximus*] Lib. XVIII. c. 14.

<sup>b</sup> *Locorum ratione*] Aliter enim Græci polentam, aliter Itali parant, ut dictum est loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>c</sup> *Alvum sistit*] Diosc. II. 108. Τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν (κριθῶν) ἄλφιτον κοιλίας σταλτικόν, καὶ φλεγμονῶν πραιντικόν. Ibi enim ἄλφιτον legi oportere, non ἔλευρον, perspicuum est: quoniam de ἀλεύρω ante disseruit.

<sup>d</sup> *Aut alia refrigerante*] Menta nimirum urbana humiditatem aliquam ex satu cultuque trahit, cum sit alioqui per se, sylvestris præsertim, ca-

lida, ut docet Galenus de Fac. Simp. Med. VI. 7. p. 176. Et ad ignem sacrum Apuleius adhibet c. 120. Igitur refrigeratrix est.

<sup>e</sup> *Item ambustis ex vino*] Ex aqua mavult Plinius Valer. III. 36.

<sup>f</sup> *Farina in pollinem*] Pollen farinæ humore subactus. Diosc. II. 107. Ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀλεύρων ζύμη, θερμαντικὴ οὖσα καὶ ἐπισπαστικὴ, κ. τ. λ.

<sup>g</sup> *Ideo et cruore*] Ideo et iis qui partes lividas habent ob crnorem suffusum, sanguinem ea farina sic extrahit, ut fascias ipsas tingat, quibus ipsa involvitur.

<sup>h</sup> *Imponitur et pedum*] Diosc. II. 107. Τὰ ἐν πέλμασι λεπτύνει, καὶ τὰ ἄλλα φύματα, κ. τ. λ.



Pulte corpus augetur. Farina, qua chartæ<sup>1</sup> glutinantur, sanguinem exscreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

LXI. Alica res Romana est, et non pridem excogitata: alioqui non ptisanæ potius<sup>j</sup> laudes scripsissent Græci. Nondum arbitror Pompeii Magni ætate in usu fuisse, et ideo vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. Esse quidem eximie utilem<sup>k</sup> nemo dubitat, sive eluta detur<sup>l</sup> ex aqua mulsa, sive in sorbitiones decocta, sive in pultem.<sup>l</sup> Eadem in alvo<sup>m</sup> sistenda torretur: dein favorum cera coquitur, ut supra diximus.<sup>n</sup> Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem<sup>2o</sup> redactis subvenit, ternis ejus cyathis in sextarium<sup>3</sup> aquæ sensim decoctis, donec omnis aqua con-



CAP. LXI. 1 Chiff. *pulte*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad habitudinem* Gronov. et al. vett.—3 Dalec. *sextario*.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Farina, qua chartæ*] Hæc totidem verbis Diosc. II. 107. Plinius Valer. I. 64. et Marcellus Empir. c. 16. p. 120.

<sup>j</sup> *Non ptisanæ potius*] Alicæ potius, quam ptisanæ, laudes scripsissent, si alicam nossent. Hippocratem Plinius designat, quem de ptisana volumen edidisse diximus XVIII. 15. Plinium nihilominus, tacito viri nomine, reprehendit Galenus, ad eum Hippocratis librum de ptisana, sen de victu in morbis acutis, tom. XII. p. 14. *Τοῖς οἰομένοις μηδέπω χόνδρον εἶναι κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους, κ. τ. λ. Nam qui alicam Hippocratis temporibus nondum fuisse existimant, eorum inscientiam argues, tum ex quibusdam Comicis vetustioribus, qui alicæ meminere, tum etiam ex Hippocrate ipso, qui in libro de salubri victu alicæ mentionem fecit, &c. Quin et libro de Affectionibus, περὶ παθῶν, tex. 39. alica robustior, quam ptisana, miliumque dicitur: χόνδρον δὲ, ὡς ἰσχυρότερον πάντων. Et tex. 42. alicam laudat, ptisanamque triticeam, χόνδρον καὶ πτισάνην πυρίνην*

*ταῦτα γὰρ τῶν βοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα.*

<sup>k</sup> *Esse quidem . . . utilem*] Et esse quidem inde ei nomen Festus testatur: 'Alica enim dicitur, quod alit corpus.'

<sup>l</sup> *Sive eluta detur*] Sive eluatur in aqua mulsa, quæ detur deinde potui sive decoquatur et percoletur, sorbeaturque is succus: sive denique in pultem coquatur. Alica et pro tritici genere accipi, ex quo puls, sorbitiove conficitur; et pro ipsa pulte, ac sorbitione, solet.

<sup>m</sup> *Eadem in alvo*] Plinius Valer. II. 28. 'Dysenterix compescendæ: Pulvis fit ex alica, tosta priusquam detur, in quem subigitur cera remissa.'

<sup>n</sup> *Ut supra diximus*] Cap. 55. ubi de cera: 'Datur in sorbitione dysentericis: favique ipsi in pulte alicæ prius tostæ.'

<sup>o</sup> *Peculiariter . . . ad tabitudinem*] Ad tabem et phthisin. Vide Notas et Emend. num. 16.

sumatur. Postea sextario lactis ovilli aut capriui addito per continuos dies, mox adjecto melle. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes.

LXII. Milio sistitur<sup>p</sup> alvus, discutiuntur tormina, in quem usum torretur ante. Nervorum doloribus,<sup>q</sup> et aliis, fervens in sacco imponitur: neque aliud utilius: quoniam levissimum mollissimumque est, et caloris capacissimum. Itaque talis usus ejus est ad omnia, quibus calor profuturus est. Farina ejus<sup>r</sup> cum pice liquida, serpentium et multipedæ plagis imponitur.

LXIII. Panicum Diocles medicus mel frugum<sup>s</sup> appellavit. Effectus habet,<sup>t</sup> quos milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter his quæ vaporanda<sup>u</sup> sunt, excalfactum imponitur. Sistit alvum in lacte capriuo decoctum, et bis die haustum: sic prodest et ad tormina.

LXIV. Sesama<sup>a</sup> trita in vino<sup>l</sup> sumta, inhibet vomitiones. Aurium inflammationi<sup>b</sup> illinitur, et ambustis. Eadem efficit,<sup>c</sup> et dum in herba est. Hoc<sup>2</sup> amplius,<sup>d</sup> oculis im-



CAP. LXIV. I Chiffi. ovo.—2 Vet. Corn. et ejusdem herba. Hæc.—3 Vet.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Milio sistitur*] Hæc totidem fere verbis Diosc. II. 119. Celsus II. 30. 'Alvum astringit pulcra, vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio,' &c.

<sup>q</sup> *Nervorum doloribus*] Diosc. loc. cit. Φωχθείσα δὲ καὶ βληθείσα εἰς σάκκουσ πυριωμένη, στρόφων καὶ τῶν ἄλλων ἀλγημάτων ἐστὶ βοήθημα, torminibus, aliisque doloribus auxilio est. Hydropticis similiter, teste Theod. Prisciano II. 2. 19. Item ischiadicis cap. 21.

<sup>r</sup> *Farina ejus*] Plinius Valer. III. 57.

<sup>s</sup> *Panicum . . . mel frugum*] Μελίην forsan Diocles a melleo sapore dictum putavit. Μελίην enim vero idem esse, quod panicum, sive ἔλυμον, e Græcis multi dixerunt, in quibus Galenus de Alim. Fac. lib. I. tom. VI.

c. 15. p. 323. Et Festus, verbo 'Milium.' Alii diversum a panico genus constituunt, in quibus Theophrastus. Harpocraton verbo Μελίην 'Ἐνιοὶ μὲν οὖν εἶδος κέγχρον νομίζουσι τὴν μελίην, ὑπερ τινὰς καλεῖν ἔλυμον. Θεόφραστος δὲ ἐν ἐβδόμῃ περὶ φυτῶν, ὡς διαφέροντα ταῦτα ἀναγράφει, Κέγχρον, ἢ Μελίην, ἢ ἔλυμον.

<sup>t</sup> *Effectus habet*] Diosc. II. 120. Valet itaque ad sistendam alvum, ad tormina, &c.

<sup>u</sup> *Quæ vaporanda*] Quæ calore fovenda.

<sup>a</sup> *Sesama*] Mss. omnes, ut alias nominimus, Sesima.

<sup>b</sup> *Aurium inflammationi*] Diosc. II. 121.

<sup>c</sup> *Eadem efficit*] Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Hoc amplius*] Subintellige, dum

ponitur decocta in vino.<sup>3</sup> Stomacho<sup>e</sup> inutilis cibus, et animæ gravitatem facit. Stellionum morsibus<sup>f</sup> resistit. Item ulceribus, quæ cacoëthe<sup>g</sup> vocant, et auribus, oleum,<sup>h</sup> quod ex ea fit, prodesse diximus.

Sesamoides<sup>i</sup> a similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore.<sup>4</sup> Nascitur in glareosis.<sup>j</sup> Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos.<sup>k</sup> Est etiamnum aliud<sup>l</sup> sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: cetera simile<sup>m</sup> erigeronti herbæ, de qua suo dicemus loco: grano sesamæ.<sup>n</sup> Datur

Corn. ovo.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. folio Coronopi hirsutiore, minore, e Diosc.—5 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' Brotier. loco. Granum sesamæ datur in vino Gronov. et vulgg. loco: granum sesamæ. Datur, &c. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. hujus sesamoidis margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—

## NOTÆ

in herba est, efficit. Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> Ἡ δὲ πᾶσα καθελψηθεῖσα ἐν οἴνῳ, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> [Stomacho] Diosc. Σήσαμον κακοστόμαχον, καὶ δυσωδίας στόματος ποιητικόν, ὁπόταν βιβρωσκόμενον ἐμμελῆ μεταξὺ τῶν ὀδόντων. Sesama stomacho nocet, et animæ gravitatem facit, si quando commanducata dentium commissuris inhæserit.

<sup>f</sup> [Stellionum morsibus] Theod. Priscianus 1. 22. 'de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentum: sesami folia, vel ipsum tritum, et appositum' prodest.

<sup>g</sup> Quæ cacoëthe] Κακοήθη, ulcera maligna, insanabilia. De hoc ulcerum genere Celsus consulat, v. 28. tit. 'de carcinomate.'

<sup>h</sup> [Et auribus, oleum] Oleum ex sesama fieri, dictum est xv. 7. Auribus id auxiliari dicitur inferius, xxiiii. 49. Quare dicemus legi hoc loco forsan satius fuerit: ad utrumque enim hunc morbum, qui nunc indicatur, sesaminum oleum conceptis ibi verbis commendat: 'Sesaminum,' inquit, 'oleum aurium dolores sanat, et ulcera quæ serpunt, et quæ cacoë-

the vocant.'

<sup>i</sup> [Sesamoides] Σησαμοειδὲς, iisdem a Diosc. verbis describitur iv. 153. Officinis incognitum id grani sive seminis genus.

<sup>j</sup> [Nascitur in glareosis] Glareosa arva fere saxosa et sabulosa appellantur. Dioscor. loc. cit. ἐν τραχέσι dixit.

<sup>k</sup> [Detrahit bilem . . . panos] Hæc ita fere Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> [Est etiamnum aliud] De quo Diosc. iv. 152. Σησαμοειδὲς τὸ μέγα ἐν Ἀντικύρῳ ἐλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλέβορῳ. Sesamoides nujus Anticyræi elleborum vocant, quoniam in purgationibus candido teratro admiscetur. Galeno idcirco, de Fac. Simp. Med. lib. viii. p. 227. Ἀντικυρκὸς ἐλλέβορος appellatur. Et istud pariter officinis herbariisque incognitum.

<sup>m</sup> [Cetera simile] Sic Diosc. loc. cit. Ἔοικεν ἢ πᾶσα ἐριγέροντι ἢ πηγάνῳ. De erigeronte, seu senecione, dicemus xxv. 106.

<sup>n</sup> [Grano sesamæ] Subintellige, simile. Vide Notas et Emend. num. 17.

in vino dulci ad detractiōnes,<sup>o</sup> quantum tribus digitis capitur, miscentque hellebori albi unum et dimidium obolum, purgationem eam adhibentes, maxime insanīæ melancholicæ,<sup>6</sup> comitialibus, podagris.<sup>7</sup> Et per se drachmæ pondere exinanit.<sup>p</sup>

LXV. Hordeum optimum, quod candidissimum. Succus decocti in aqua cœlesti digeritur in pastillos, ut infundatur exulceratis interaneis et vulvis. Cinis ejus<sup>q</sup> ambustis illinitur, et carnibus quæ recedunt ab ossibus, et eruptionibus pituitæ, muris aranei morsibus. Idem, asperso sale ac melle, candorem dentibus, et suavitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo utuntur, morbo pedum tentari negant. Novem<sup>r</sup> granis<sup>r</sup> si furunculum quis circumducat,<sup>a</sup> singulis ter, manu sinistra, et omnia in ignem abjiciat, confestim sanari aiunt. Est et herba Phœnicea<sup>3 s</sup> appellata Græcis, nostris vero hordeum murinum. Hæc trita e vino pota præclare ciet menses.<sup>t</sup>

LXVI. Ptisanæ,<sup>a</sup> quæ ex hordeo fit, laudes uno volumine



6 Vet. Dalec. *miscetur et elleboris albis unus et dimidius obolus. Purg. eam adhibent, max. insanīæ, melancholiæ.*—7 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *prodagricis Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.*

CAP. LXV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Novemque Gronov. et vulgg.*—2 Dalec. *circumtangat.*—3 *Phœnix Diosc. phynicea cod. ap. Laet. phynice appellatur a Græcis Chiffi.*

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Ad detractiōnes]* Ad ejectiones bilis et pituitæ per vomitus et exscreationes. Diosc. loc. cit. *Καθαίρει ἔνω φλέγμα τε καὶ χολήν, ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις λεῖον ληφθὲν μετὰ ἑλλεβόρου λευκοῦ τριῶν ἡμιαβόλων, σὺν μελικράτῳ.*

<sup>p</sup> *Exinanit]* Purgat per alvum, κατὰ κοιλίαν.

<sup>q</sup> *Cinis ejus]* Addit Plinius Valer. III. 36. ex albo ovorum illini.

<sup>r</sup> *Novem granis]* Plinius Valer. III. 32. iisdem verbis. Similis medicina et in cicercula ad verrucas inferius affertur c. 72. ad furunculos ipsos in

fabā c. 69.

<sup>a</sup> *Est et herba Phœnicea]* Ea Dioscoridi III. 43. *Φοίνιξ* appellatur, folio quam hordei brevior et angustior, spica lolio simili. A Matthiolo recte pingi Anguillara testatur par. XIV. pag. 259.

<sup>t</sup> *Ciet menses]* E dulci vino pota fortassis: nam ex austero sistit, si Dioscoridem audimus, loc. cit.

<sup>a</sup> *Ptisanæ]* Accipiendum est ptisanæ nomen hoc loco, ut monet Lambinus in Horat. non pro succo, qui in potionem præbeatur, ejusmodi hodie fieri et percolari consuevit ex

condidit<sup>1</sup> Hippocrates,<sup>b</sup> quæ nunc omnes in alicam trans-  
eunt. Contra quanto innocentior alica?<sup>c</sup> Hippocrates ta-  
men<sup>2d</sup> sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili  
hauriretur, quoniam sitim arceret,<sup>3</sup> quoniam in alvo non in-  
tumesceret, quoniam facile redderetur, et assuetis hic solus<sup>e</sup>  
cibus in feбри bis die possit dari: tantum remotus ab istis,  
qui medicinam fame exercent. Sorbitionem tamen dari to-

~~~~~

CAP. LXVI. 1 Vet. Dalec. edidit.—2 Ita ex codd. Hardinius et recentt.  
innocentior est alica? Hippocrates tantum edd. vett. et Gronov.—3 Chiffi. arceſt.

#### NOTÆ

hordeo cocto, in qua nihil inest præ-  
ter aquam, et hordei cremorem, sed  
pro pulve, in qua solidæ partes ipsius  
hordei manent, quæ dentur in cibum.  
*Un orge mondé.*

<sup>b</sup> Hippocrates] Vide quæ diximus  
xviii. 15.

<sup>c</sup> Alica] Quæ uti ex hordeo ptisana,  
sic ipsa ex triticea farina concin-  
natur.

<sup>d</sup> Hippocrates tamen] Sic Mss. Reg.  
Colb. &c. non tantum. Verba Hip-  
pocratis hæc sunt, lib. de victu in  
morbis acutis, text. 17. pag. 13.  
tom. xi. Πισισάνη μὲν οὖν μοι δοκεῖ  
ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμά-  
των . . . τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς  
λείον, καὶ συνεχές, καὶ προσηνές ἐστὶ,  
καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ  
εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι·  
καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακὴν,  
οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίᾳ· ἀνψῆθηκε  
γὰρ ἐν τῇ ἐψῆσει, ὀκόσον ἂν πλείστον  
ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. Ptisana igitur  
triticeis eduliis recte pralata fuisse mihi  
videtur . . . Cremor enim ejus lævis, con-  
tinuus, suavis, lubricus, et moderate hu-  
midus, sitim restinguit: et si quid elui  
indiguerit, id facile eluitur: neque  
astrictionem habet ullam, neque pravam  
perturbationem, neque in alio turgescit.  
Nam in elixatione, quoad maxime intu-  
mescere potuit, intumuit.

<sup>e</sup> Et assuetis hic solus] Græca Hip-

pocratis hæc sunt textu 19. pag. 19.  
Καὶ τοῖσι μὲν γε εἰθισμένοισιν δις σιτέεσ-  
θαι τῆς ἡμέρης, δις δοτέον, κ. τ. λ. *Bis  
die cibum sumere consuetis ptisana dan-  
da est, &c.* Et text. 6. mane sami  
ac vespere commode posse ait, ab iis  
potissimum, qui tota ptisana uti con-  
sueverunt: *Ἐμφέρεϊ δὲ τὰ τοιαῦτα ὡς  
ἐπιποσὸν τοῖσιν ὄλῃσι πτισάνησιν αὐ-  
τίκα χροεμένοισιν.*

<sup>f</sup> Sorbitionem . . . totam] Hoc est,  
ptisanam solidam, nec colatam. Pti-  
sanam enim Hippocrates textu 30.  
pag. 25. sorbitionem et ipse vocat,  
πισισανωρόφινην. Idem et a potu sor-  
bitionem discernit, de Vet. Med. tex.  
12. pag. 19. ubi ægros ait, quibus  
sorbatio gravior est, potu contentos  
esse oportere: *Ὀκόσοι δὲ μὴδὲ τῶν  
ροφημάτων ἐδύναντο ὑποκρατεῖν, ἀφεῖ-  
λον καὶ ταῦτα, καὶ ἀφίκοντο ἐς πόματα.*  
Tota ergo cum dicitur, non colata  
intelligitur: quod et Galeus ipse  
admonnit Comment. 1. ad lib. i. Hip-  
pocr. de ptisana, pag. 22. tomo xi.  
*Ἐάν τε βλας, ἐάν τε κριθῶδεις, ἐάν τε  
ἀπλῶς πτισσάναις εἴπη, ἐν καὶ ταῦτων ἐκ  
τῶν τριῶν σημαίνεται λέξεων, τὰς ἀδι-  
θήτους πτισσάναις δηλοῦντος. Ἐπειτ'  
ἰδίᾳ τὸν χυλὸν ἀποκρίνας, ἐκείνον διδῶ,  
οὐθ' ὄλαις πτισσάναις, οὔτε κριθῶδεσι  
πισσάναις, οὔτε ἀπλῶς εἰρημέναις πτισ-  
σάναις ὁ τοιοῦτος λεχθήσεται χρῆσθαι,  
χυλῶ δὲ μόνον πτισσάνης. Sive totam,*

tam<sup>4f</sup> vetuit, aliudve quam succum<sup>g</sup> ptisanæ. Item quamdiu<sup>h</sup> pedes frigidi essent, tunc<sup>5</sup> quidem nec potionem dandam. Fit et ex tritico glutinosior, arteriæque exulceratæ utilior.

LXVII. Amylon hebetat oculos, gulæ<sup>1</sup> inutile, contra quam creditur.<sup>i</sup> Item sistit alvum,<sup>j</sup> epiphoras<sup>k</sup> oculorum inhibet, et ulcera sanat: item pusulas,<sup>2</sup> et fluxiones sanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ovo<sup>3</sup> his qui sanguinem rejecerint. In vesicæ vero dolore, semuncia amyli cum ovo, et passi tribus ovis<sup>4m</sup> suffervefacta, a balneo. Quin et avenacea<sup>5</sup> farina decocta in aceto nævos tollit.



—4 Cod. Dalec. *in totum*.—5 Vet. Dalec. *et tunc*. Mox, *quidem* deest in edd. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.

CAP. LXVII. 1 Ita Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et gulæ* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. et al. vett. *pustulas*.—3 Vet. Dalec. *opio*; Chiff. *opto*.—4 Vet. Dalec. *unciis*.—5 Chiff. *avenæ*.

#### NOTE

*sive hordeaceam, sive ptisanam simpliciter dixerit, unum et idem his tribus dictionibus significatur, ptisanam unoquoque non colutam significante. Nam a decoctione si quis ipsam colaverit, deinde per se cremorem separaverit, illumque dederit, is neque tota ptisana, neque hordeacea ptisana, neque simpliciter dicta ptisana uti dicetur, sed solo ptisanæ cremore. Vide et textum 46. pag. 35. ubi Hippocratis placita egregio suo Commentario Galenus illustrat. Adde et Commentarium hujus secundum, in text. 19. pag. 49.*

<sup>g</sup> *Aliudve quam succum*] Quam cremorem ptisanæ: τὸν χυλὸν, sive τὸν ποτὸν μούνον, ἄνευ βοφημάτων, solum potum sine sorbitionibus, hoc est, sine ptisana solida.

<sup>h</sup> *Item quamdiu*] Verba hæc sunt Hippocratis textu 45. pag. 34. tom. XI. Ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ βοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ πότου ἀπέχεσθαι. Cum pedes frigidi fuerint, sorbitionis (ptisanæ) exhibitionem prohibere oportet:

*maxime vero et a potu temperandum est. Ac rursum: ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε βοφήμα, μήτ' ἄλλο μηδὲν δίδου τοιούδε, κ. τ. λ.*

<sup>i</sup> *Contra quam creditur*] Recentiores, credo, ævi sui medicos sugillat, quos Dioscorides tamen est secutus, qui II. 123. τὰ περὶ ἀρτηρίαν παραίνειν, gulæ, sive arteriæ, sive faucium, asperitates lenire amyllum scribit.

<sup>j</sup> *Item sistit alvum*] Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. inter opera Galeni, tom. XIII. pag. 984. 'Potest amyllum,' inquit, 'leniter stringere: propter quod collyriis ad lacrymam facientibus miscetur, et ad profluvium ventris prodesse comprobatur.'

<sup>k</sup> *Epiphoras*] Diosc. II. 123. Ποιεῖ δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν βρέματα, καὶ κοιλότητας, καὶ φλυκταίνας. Efficax est contra oculorum fluxiones, cava ulcera, pusulasque.

<sup>l</sup> *Datur cum ovo*] Ita recte codex Reg. 2. et Colb. 3. In quibusdam aliis, cum opio, male.

<sup>m</sup> *Et passi tribus ovis*] Et passi tantundem, quantum trium ovorum pu-

LXVIII. Panis hic<sup>1</sup> ipse, quo vivitur, innumeras pæne continet medicinas. Ex aqua et oleo aut rosaceo mollit collectiones, ex aqua mulsa<sup>2</sup> duritias valde mitigat. Datur et ex vino ad discutienda quæ præstringi<sup>o</sup> opus sit, et si magis etiamnum,<sup>2</sup> ex aceto, adversus acutas<sup>3</sup> pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant: item ad percussa, luxata. Ad omnia autem hæc fermentatus,<sup>p</sup> qui vocatur autopyros, utilior. Illinitur et paronychiis, et callo pedum in aceto. Vetus aut nauticus<sup>q</sup> panis tusus, atque iterum coctus, sistit alvum. Vocis studiosis,<sup>4</sup> et contra distillationes, siccum esse primo cibo,<sup>r</sup> utilissimum est. Sitanius<sup>s</sup> (hoc est, e trimestri) incussa in facie,<sup>t</sup> aut desquamata,<sup>u</sup> cum melle aptissime curat. Candidus ægris, aqua calida frigidave madefactus, levissimum cibum præbet. Oculo-



CAP. LXVIII. 1 Voc. hic deest in Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. ad discutiendum. Valet ad ea quæ præstr. op. sit, et si magis etiamnum; Chiffi. ad discutienda, aut quæ, &c. ut in vulgg.—3 Chiffi. occultas.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. studiosos Gronov. et vulgg.—

#### NOTÆ

tamine continetur. Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>2</sup> Ex aqua mulsa] Dioscor. II. 107. Duritias porro intellige, quales sunt parotides, de quibus Theod. Priscianus I. 8. 'Ex pane mundo, cum oleo infuso, contritoque cataplasmentur.'

<sup>o</sup> Quæ præstringi] Quæ coerceri opus sit, ut fluxiones pituitæ, seu βέλματα.

<sup>p</sup> Fermentatus] Qui fermentatus sit, et simul ἀρόπυρος. Hoc est, ut Celsus loquitur II. 29. et fermentatus simul et cibarius. Meminit panis ἀρόπυρου Athen. III. 110. Is est, cui nihil furfuris ademtum est, teste Celso II. 18. Cicero et Celsus cibarium panem transtulere.

<sup>q</sup> Vetus aut nauticus] Plinius Valer. qui hæc transcripsit, navalem panem appellat II. 27. Galli Biscocum, Biscuit. Habet eadem Diosc.

II. 107. Celsus II. 30. 'Contra, alvum astringunt, panis ex siligine, vel ex simila, magis si sine fermento est, magis etiam si ustus est: intenditurque vis ejus etiam, si bis coquitur.'

<sup>r</sup> Siccum esse primo cibo] Julius Capitolinus in Antonio Pio, p. 22. 'Senex etiam, antequam salutatores venirent, panem siccum comedit ad sustentandas vires.' Panis siccus est, qui citra potum sumitur. Id veterum jentaculum fuit. Hinc apud Lucianum, ἀροσσιρεῖν, jentare.

<sup>s</sup> Sitanius] Subintellige panis, Σηράνιος et σηράνειος Græcis, ut diximus XVIII. 12.

<sup>t</sup> Incussa in facie] Percussa in facie, inquit Plinius Valer. hæc transcribens III. 47.

<sup>u</sup> Desquamata] Cutem in squamæ modum perstrictam.

rum tumori<sup>v</sup> ex vino imponitur. Sic et pūsulis<sup>s</sup> capitis, aut adjecta arida myrto. Tremulis<sup>w</sup> panem ex aqua esse jejunis statim a balineis demonstrant. Quin et gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat: et vini, in saccos<sup>6x</sup> additus.

LXIX. Auxiliatur et faba.<sup>1</sup> Namque solida<sup>a</sup> fricta, ferrensque in acre acetum coniecta, torminibus medetur. In cibo fressa,<sup>b</sup> et cum allio cocta, contra deploratas tusses, suppurationesque<sup>c</sup> pectorum, quotidiano cibo sumitur: et commanducata jejuno ore, etiam ad furunculos maturandos discutiendosve imponitur: et in vino decocta,<sup>d</sup> ad testium tumores, et genitalium.<sup>2</sup> Lomento quoque<sup>e</sup> ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit: item livoribus,<sup>f</sup> combustis medetur. Voci eam prodesse,<sup>g</sup> auctor est



<sup>5</sup> Gronov. et vulgg. *pustulis*. Mox, aut deest in Chiffli.—<sup>6</sup> Vet. Dalec. *saccis*. CAP. LXIX. 1 Vet. Dalec. *morbis et faba*.—2 Chiffli. *ad genitalia*.—3 Dalec.

#### NOTE

<sup>v</sup> *Oculorum tumori*] Plinius Valer. i. 14. Theod. Priscianus i. 10. ‘de oculorum causis:’ ‘Panis mundus vino infusus, et cum oleo roseo tritus, sæpe oculos liberavit.’ Ante hos Celsus vi. 6. tit. ‘Ad oculos scabros:’ ‘Succurrit his et aridæ lippitndini, si quis panem ex vino subactum super oculum imponit,’ &c.

<sup>w</sup> *Tremulis*] Quibus artus tremunt.

<sup>x</sup> *In saccos*] Per quos vinum saccatur, sive colatur, ut diximus xiv. 28. et xviii. 17.

<sup>a</sup> *Namque solida*] Hæc totidem verbis Marcellus Empiricus cap. 27. pag. 196.

<sup>b</sup> *In cibo fressa*] Hoc est, fracta. Græcis, *ἔστρος κνάμνον, puls fabacea*. Vide Voss. in Etymol. verbo ‘Frendeo.’ Hæc Marcellus Empir. cap. 16. pag. 118. exscripsit ad verbum.

<sup>c</sup> *Suppurationesque*] Quas purulentas excreationes interpretor, cum Plinio altero Valer. i. 58. ‘Faba

fricta desecta, eaque faba in cibo vel ex melle sumta, et tnsi, et purulentis excreationibus medetur.’

<sup>d</sup> *Et in vino decocta*] Marcellus Empir. cap. 33. pag. 230. Q. Serenus cap. 37. pag. 149. ‘Et tumidos testes Nereia lympha coëciet, Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis.’ Theod. Priscianus i. 24. ‘Faba in vino cocta, aut in melicrato cum melle trita, fervores testium vel indignationes curat.’

<sup>e</sup> *Lomento quoque*] Lomentum fari-na fabacea est. Hac pariter ex aceto decocta Marcellus Empiricus utitur ad podagram leniendam, cap. 36. pag. 246. quoniam educit sanguinem, et dolorem levat. Q. Serenus coriandrum pro aceto substituit cap. 41. pag. 151. ‘Mollis odorato faba jungatur coriandro: Proderit appositum, mollitque aperitque tumorem.’

<sup>f</sup> *Livoribus*] Ad nigredinem, macu-



M. Varro. Fabalium<sup>h</sup> etiam siliquarumque cinis, ad coxendices, et ad nervorum<sup>i</sup> veteres dolores cum adipis suilli vetustate<sup>j</sup> prodest. Et per se cortices<sup>k</sup> decocti ad tertias sistunt alvum.

LXX. Lens optima,<sup>l</sup> quæ facillime coquitur, et ea quæ<sup>l</sup> maxime aquam absorbet. Aciem quidem oculorum obtundit, et stomachum inflat, sed alvum sistit<sup>m</sup> in cibo, magisque discocta cœlesti aqua: eadem solvit, minus percocta. Pusulas<sup>n</sup> ulcerum<sup>n</sup> rumpit, eaque quæ intra os<sup>o</sup>



*cum adipe suillo vetusto.*

— CAP. LXX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. eaque quæ Gronov. et al. vett. omisso et.—2 'Ita codd. Regg. et Editio princeps: nec emendandum fuit *crustulas*.' Brotier. *Pusulas* codd. Dalec. et Chiffi. *Crustulas* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—

#### NOTE

lasque vultus farinam de faba Marcellus Empiricus adhibet cap. 19. pag. 131.

<sup>g</sup> *Voci eam prodesse*] Inde fabarii olim cantores vocati. Rabanus Maurus de Instit. Cleric. ii. 48. 'Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant: pallentia tantum legumina causa vocis sumebant: unde et vulgo Cantores Fabarii dicti sunt. Si ergo hoc apud Gentiles tantum servandæ vocis causa agebatur,' &c. Rabano præivit Isidorus de Divinis Offic. ii. 2. 'Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant: psallentes tamen (ex Rabano malim, *pallenti tantum*) legumine in causa vocis assidue utebantur. Unde et cantores apud gentiles fabarii dicti sunt.'

<sup>h</sup> *Fabalium*] Fabalia sunt fabarum culmi. Stipulas fabales appellat Ovidius Fast. iv. 725.

<sup>i</sup> *Et ad nervorum*] Galenus de Facult. Simp. Med. lib. vii. pag. 198.

<sup>j</sup> *Cum adipis suilli vetustate*] Hoc est, adipe vetusto. Sic xxi. 74. ulcerum vetustatem, pro vetustis ulceribus, dixit. Libro xxiv. extremo:

'Nunc claritas herbarum dicitur,' pro herbis clarioribus. Lib. vero xxviii. cap. 18. 'obstetricum nobilitatem' pro 'nobiles obstetrices.' 'Claritates animalium,' pro 'clariora animalia,' cap. 24. ejus libri.

<sup>k</sup> *Et per se cortices*] Fabarum videlicet. Hæc totidem verbis Plinius Valer. ii. 27. et Marcellus Empir. cap. 27. pag. 195.

<sup>l</sup> *Lens optima*] Quæ tota hac sectione de sativa lente referuntur, usque ad ea verba: 'Est et palustris lens,' totidem ferme verbis extant apud Diosc. ii. 129.

<sup>m</sup> *Sed alvum sistit*] Præter Dioscoridem refert hoc etiam Galenus de Alim. Fac. i. 18. pag. 323. tomo vi. et de Fac. Simp. Med. lib. viii. pag. 238. Plinius quoque Valer. ii. 23. aliique. Et priores quidem detracto cortice discoqui accurate jubent, prima aqua inter coquendum effusa: quod primum illius decoctum alvum solvit.

<sup>n</sup> *Pusulas* [*Crustulas*] *ulcerum*] Crustam ducere ulcus dicitur, quando solidatur. Vide Notas et Emend. num. 19.

sunt; purgat et astringit.<sup>3</sup> Collectiones<sup>p</sup> omnes imposita sedat, maximeque exulceratas et rimosas. Oculorum<sup>q</sup> autem epiphoras cum meliloto, aut cotoneo. Contra suppurantia<sup>r</sup> cum polenta imponitur. Decoctæ succus<sup>s</sup> ad oris exulcerationes et genitalium adhibetur: ad sedem,<sup>t</sup> cum rosaceo aut cotoneo. In his, quæ acrius<sup>u</sup> remedium exigant,<sup>4</sup> cum putamine Punici, melle modico adjecto. Ad id demum, ne celeriter inarescat, adjiciunt et betæ folia. Imponitur et strumis<sup>v</sup> panisque, vel maturis vel maturescentibus, ex aceto discocta. Rimis ex aqua mulsa: et gangrænis<sup>w</sup> cum Punici tegmine. Item podagris<sup>x</sup> cum polenta, et vulvis, et renibus, pernionibus,<sup>y</sup> ulceribus difficile<sup>z</sup> cicatricem trahentibus. Propter dissolutionem<sup>a</sup> stomachi triginta grana lentis devorantur. In cholericis quoque<sup>b</sup> et



3 Chiffi. et abstergit.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1.

#### NOTÆ

° *Eaque quæ intra os*] Oris ulcera. Diosc. II. 129. καὶ ἔλικη ἀνακαθαίρει. In solo Chiffi. cod. purgat et abstergit.

<sup>p</sup> *Collectiones*] Plinius Valer. III. 25. et Dioscor. loc. cit.

<sup>q</sup> *Oculorum*] Dioscor. loc. cit. et Plinius Valer. I. 4. 'Ad oculorum epiphoras et tumores . . . lenticula cum cotoneis cocta, et una trita adjuvat.'

<sup>r</sup> *Contra suppurantia*] Ne tumores suppurent. Plinius Valer. III. 22. de lente: 'Intra suppurantia cum polenta decocta imponitur.' Lege, contra suppurantia. Nam, ut idem admonet, cap. 27. 'lens ipsa cum melle imposita, prohibet suppurare.'

<sup>s</sup> *Decoctæ succus*] Plinius Valer. III. 22.

<sup>t</sup> *Ad sedem*] Ad sedis inflammationes, πρὸς φλεγμονὰς δακτυλίου, Diosc. II. 129.

<sup>u</sup> *In his, quæ acrius*] Scribonius Largus Compos. 234. 'Ad veretri tumo-

rem lens ex aqua cocta, et trita, rosaceo oleo mixta prodest. Si major tumor erit, mali granati corium ex aqua coctum et tritum, lenticulæ pari pondere admiscere oportet.'

<sup>v</sup> *Imponitur et strumis*] Plinius Valer. iisdem verbis, III. 27.

<sup>w</sup> *Rimis . . . gangrænis*] Diosc. II. 129.

<sup>x</sup> *Item podagris*] Diosc. loc. cit. Παρηγορεῖ δὲ καὶ ποδάγρας σὺν ἀλφίτῳ ἔφθδς κατεψηθεῖς καὶ καταπλασθεῖς.

<sup>y</sup> *Pernionibus*] Theod. Priscianus I. 28. de pernionibus: 'Et lenticulæ coctæ et tritæ cataplasma proderit.'

<sup>z</sup> *Ulceribus difficile*] Plinius Valer. III. 25.

<sup>a</sup> *Propter dissolutionem*] Contra subversionem stomachi, ἀναπροσπὴν στομάχου, Diosc. loc. cit. cum nempe stomachus in vomitiones effunditur.

<sup>b</sup> *In cholericis quoque*] Describit hunc morbum Celsus IV. 11. 'Facienda,' inquit, 'mentio est cholerae, quia commune id stomachi atque intesti-

dysenteria efficacior est in tribus aquis cocta: in quo usu<sup>5</sup> melius semper eam torrere ante, et tundere,<sup>6</sup> ut quam tenuissima detur, vel per se, vel cum cotoneo malo, aut piris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni<sup>c</sup> est inutilis, et capitis dolori, nervosisque omnibus, et felli: nec somno<sup>d</sup> facilis: ad pusulas<sup>7</sup> utilis, ignique sacro, et mammis<sup>f</sup> in aqua marina decocta: in aceto autem<sup>g</sup> duritias et strumas discutit. Stomachi quidem causa, polentæ modo potionibus inspergitur. Quæ sunt ambusta,<sup>h</sup> aqua semicocta curat, postea trita, et per cribrum effuso furfure, mox procedente curatione addito melle. Ex posca coquitur ad guttura. Est et palustris<sup>i</sup> lens per se nascens in aqua non profluente,<sup>8</sup> refrigeratoriæ



2. 3. et recentt. *In iis... exigunt* edd. vett. et Gronov.—5 Chiff. *in usum*.—6 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *torrere aut tundere* Gronov. et vulgg. *torrere et ante tundere* Franz.—7 Gronov. et vulgg. *pustulas*.—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in aqua*

## NOTÆ

norum vitium videri potest. Nam simul et dejectio, et vomitus est: præterque hæc, inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit. . . Ergo eo nomine morbum hunc *χολέραν* Græci nominarunt, &c. 'Απὸ τῆς χολῆς deductum nomen putat, qui communis Medicorum error a Constantino in Lexico configitur. 'Ρεῦμα τῆς κοιλίας, *fluxionem alvi*, simpliciter nuncupat II. 129. ubi hæc ipsa remedia totidem ferme verbis afferuntur.

<sup>c</sup> *Pulmoni*] Dioscor. ad verbum loc. cit.

<sup>d</sup> *Nec somno*] Quia somnia tumultuosa facit, inquit Diosc. loc. cit. 'Εστὶ δὲ δυσόνειρος.

<sup>e</sup> *Ad pusulas*] Pustulas prohibere lenticulæ farinam cum melle aut vino, auctor est Celsus v. 27. Diosc. loc. cit. Πρὸς δὲ φλυκταίνας καὶ ἐρυσιπέλατα. De igne sacro, concinit et alter Plinius Valer. III. 34.

<sup>f</sup> *Et mammis*] Ad mammas grumoso concretoque lacte turgentibus, nimiumque distentas, πρὸς χονδριῶντας μαστοῦς, καὶ σπαργανώσεις.

<sup>g</sup> *In aceto autem*] Cervicis rigorem (opisthotonon vocant) ita discuti, Q. Serenus cecinit cap. 17. pag. 135.

<sup>h</sup> *Quæ sunt ambusta*] Explicatius paulo Plinius Valer. III. 36. 'Ambustis sanandis: Lens ex aqua semicocta imponitur: procedente vero curatione lens cruda conteritur, ejectoque furfure ejus, decoquitur, et sic imponitur: et postea mel adjicitur.' Sic et Theodorus Priscianus I. 17. 'De ustione calidæ, vel ignis.'

<sup>i</sup> *Est et palustris*] Plinius Valer. ad verbum III. 14. et Diosc. IV. 88. φακὸς δ' ἐπὶ τῶν τελμάτων εὐρίσκειται ἐπὶ τῶν στασιμῶν ὑδάτων, βρύον ὄν ὁμοιον φακῶ. *Lens palustris* in aquis pigris stagnantibusque reperitur, muscus videlicet lenticulæ similis. Vidimus in horto Regio, qualis a Dodonæo

naturæ: propter quod collectionibus<sup>j</sup> illinitur, et maxime podagris,<sup>k</sup> et per se,<sup>l</sup> et cum polenta: glutinat et interanea<sup>m</sup> procidentia.<sup>m</sup>

LXXI. Est sylvestris<sup>n</sup> et eleliphacos dicta a Græcis, ab aliis sphacos.<sup>o</sup> Ea est<sup>r</sup> sativa lente levior, et folio minore, atque sicciore, et odoratiore. Est et alterum genus<sup>p</sup> ejus sylvestrius,<sup>2</sup> odore gravi: hæc mitior. Folia habet<sup>q</sup> cotonei mali effigie, sed minora et candida, quæ cum ramis<sup>r</sup> decoquantur. Menses ciet,<sup>s</sup> et urinas: et pastinacæ<sup>3</sup> ictus sanat. Torporem autem obducit percusso loco. Bibitur cum absinthio ad dysenteriam.<sup>4</sup> Cum



non profuente Chiffi. in aqua non fluente Gronov. et vulgg.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *puerorum enterocelas*, e Diosc.

CAP. LXXI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Est et sylvestris... phacos. Est ea Gronov. et vulgg. Græcis, aliis, &c. Chiffi. aphaca Dalec.—2 Gronov. sylvestris.—3 Gronov. et al. ante Harduin. et pastinacæ marinæ.—*

#### NOTÆ

pingitur, pag. 576. *Lentille d'eau.*

<sup>j</sup> *Collectionibus*] Collectiones videntur humores esse ex collecta pituita vel sanguine, cum inflammatione iuterdu conjunctæ. Diosc. loc. cit. inflammationibus mederi lentem palnstrem dixit, *πάσαις φλεγμοναῖς*. Neque nunc modo, sed et sæpius: ubi Plinius *collectiones* habet, œdemata, *οιδήματα*, sæpius appellantur, hoc est, molles tumores, laxioresque, ac sine dolore.

<sup>k</sup> *Et maxime podagris*] Plinius Valer. III. 14. et Marcellus Empir. cap. 36. pag. 250.

<sup>l</sup> *Et per se*] Hoc est, sola.

<sup>m</sup> *Interanea procidentia*] *Ἐντεροκήλας* Græci vocant, descensum intestinorum in alterum naturæ locum. Diosc. loc. cit. *Παρακολλᾶ δὲ καὶ ἐντεροκήλας τὰς ἐπὶ παιδῶν.*

<sup>n</sup> *Est sylvestris*] Ex affinitate nominis occasione sumta, de eleliphaco nunc sermonem instituit, quod lenti scilicet, quæ Græcis *φακός* dici-

tur, proximam habuerit appellationem *σφακός*. Nam re, forma, dotibusque, immensum quantum a lente dissidet. Herbariis nostris incognita.

<sup>o</sup> *Ab aliis sphacos*] Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>p</sup> *Est et alterum genus*] Perinde officinis, herbariisque ignotum. Ut nunc 'sylvestrius,' sic XVI. 50. 'sylvestriora' dixit.

<sup>q</sup> *Folia habet*] Ita fere Diosc. loc. cit. de eleliphaco. Unde perspicuum est non hanc esse salviam Latinorum, cui folia non sunt cotonei mali effigie, sed mentæ potius, ut Plinius recte animadvertit, post Cratevam scilicet, cujus sententiam comprobat tum ipsa experientia, tum etiam Anguillara par. XII. pag. 201. ubi hæc scriptoris Græci verba recitat: *φύλλα ἔχει ὅμοια τῷ ἡδύσμφ.*

<sup>r</sup> *Quæ cum ramis*] Diosc. loc. cit. de eleliphaco sno.

<sup>s</sup> *Menses ciet*] Diosc. loc. cit.

vino eadem commorantes menses trahit: abundantes sistit decocto ejus potu. Per se imposita<sup>t</sup> herba vulnere sanguinem cohibet. Sanat<sup>s</sup> et serpentium morsus. Et si in vino<sup>u</sup> decoquatur, pruritus testium sedat. Nostri, qui nunc sunt, herbarii elelisphacon Græce, Latine salviam<sup>v</sup> vocant, mentæ similem, canam, odoratam. Partus emortuos<sup>6</sup> ea apposita extrahunt: item vermes aurium ulcerumque.

LXXII. Cicer et sylvestre<sup>a</sup> est, foliis sativo simile, odore gravi.<sup>t</sup> Si largius sumatur, alvus solvitur, et inflatio contrahitur, et tormina. Tostum salubrius habetur. Cicercula<sup>b</sup> etiamnum<sup>2</sup> magis in alvo proficit. Farina utriusque ulcera manantia capitis sanat, efficacius sylvestris. Item comitiales, et jocinerum tumores, et serpentium ictus. Ciet menses<sup>c</sup> et urinas, grano maxime. Emendat<sup>d</sup> et lichenas, et testium inflammationes, regium morbum, hydropicos. Lædunt omnia hæc genera exulceratam vesicam, et renes. Gangrænis<sup>3</sup> utiliora cum melle, et his quæ cacœthe vocantur. Verrucarum<sup>e</sup> in omni genere prima Luna singulis granis singulas tangunt, eaque grana in linteolo deligata post se abjiciunt, ita fugari vitium arbitantes.



4 Chiff. cum a. et dysenteria.—5 Purgat Chiff.—6 Chiff. mortuos. Mox, extrahit Vet. Dalec.

CAP. LXXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. aceri, e Diosc.—2 Cicer sativum etiamnum ibid. ex eodem.—3 Carcinomatibus margo edd. Dalec. et

## NOTÆ

<sup>t</sup> Per se imposita] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Et si in vino] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> Latine salvium] Galli nostri sagiam vocant, de la Sauge. Pingitur a Dodonæo pag. 288.

<sup>a</sup> Cicer et sylvestre] Ἄγριος ἐρέβινθος apud Græcos: apud recentiores nullum adhuc certum nomen invenit. Pictum vide apud Dodon. pag. 516. Dioscor. totidem verbis, II. 126. Γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῶν ἡμέρων, ὁσμῆν δρυὸς, κ. τ. λ.

<sup>b</sup> Cicercula] Cicerculam Plinius

pro cicere sæpe dixisse, ipsumque id legumen intellexisse, quod ἐρέβινθον Græci vocant, jam superius monuimus XVIII. 83. De sativi ciceris facultate ad bonam alvum faciendam, Dioscorides suffragatur, loc. cit. Ἐρέβινθος ὁ ἡμέρος, εὐκόλιος, κ. τ. λ.

<sup>c</sup> Ciet menses] Dioscor. II. 126.

<sup>d</sup> Emendat] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> Verrucarum] Totidem verbis hæc rursum Diosc. loc. cit.

Nostri præcipiunt<sup>f</sup> arietinum in aqua cum sale<sup>4</sup> discoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic et calculos<sup>g</sup> pellit, morbumque regium.<sup>h</sup> Ejusdem foliis samentisque decoctis, aqua quam maxime calida morbos pedum mollit,<sup>5</sup> et ipsum calidum tritumque illitum. Columbini<sup>i</sup> decocti aqua, horrorem tertianæ et quartanæ minuere creditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum, oculorum ulceribus ex passo medetur.<sup>6</sup>

LXXIII. De ervo quædam<sup>1</sup> in mentione ejus diximus:<sup>j</sup> nec potentiam ei minorem veteres, quam brassicæ, tribuere. Contra serpentium<sup>k</sup> ictus ex aceto, ad crocodilorum<sup>2</sup> hominumque morsum. Si quis ervum<sup>1</sup> quotidie jejunos edat,<sup>3</sup> lienem ejus absumi certissimi auctores affirmant. Farina ejus varos,<sup>m</sup> sed et maculas<sup>4</sup> toto corpore emendat. Serpere ulcera<sup>n</sup> non patitur: in mammis efficacissimum. Carbunculos<sup>o</sup> rumpit ex vino. Urinæ<sup>p</sup> difficultates, infla-



Gronov. e Diosc.—4 Hæc, cum sale desunt in cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. tollit; Chiff. lenit.—6 Chiff. miscetur.

CAP. LXXIII. 1 Vet. Dalec. quidem.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. ad canum, e Diosc. et ad crocodilorum Dalec.—3 Chiff. edit.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. varos et maculas duo codd. ap. Laet. Farina ejus, (ut ait Varro) maculas Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. ex toto corp. emundat.—

#### NOTE

<sup>f</sup> Nostri præcipiunt] Plinius Valer. II. 39. 'Cicer arietinum,' inquit, 'in aqua discoquitur cum sale, et ex ea aqua bibuntur bini cyathi per triduum in difficultate urinæ.' Marcellus Empir. cap. 26. pag. 181. 'Cicer arietinum in aqua decoquito cum sale, eamque stranguioso ad binos cyathos bibendam dato.'

<sup>g</sup> Sic et calculos] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>h</sup> Morbumque regium] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>i</sup> Columbini] Ciceris columbini, de quo XVIII. 32.

<sup>j</sup> De ervo . . . diximus] Lib. XVIII. 38.

<sup>k</sup> Contra serpentium] Plinius Valer. III. 57. Diosc. II. 131. Σὺν οἴνῳ κυ-

νόδηκτα, καὶ ἀνθρωποθήκτα, καὶ ἐχιδνηκτα θεραπείαι καταπλασσομένοις.

<sup>1</sup> Si quis ervum] Carmine id Q. Serenus expressit cap. 24. pag. 140. 'Nonnulli memorant consumi posse lienem, Ervum si semper jejuno sumserit ore.'

<sup>m</sup> Farina ejus varos] Diosc. loc. cit. Vari apud Celsum VI. 5. maculæ sunt in facie, ut lenticulæ, et ephelides. Plinius XXI. 16. 'Vitia cutis in facie, varosque, et lentigines, et sugillata emendat,' &c. Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>n</sup> Serpere ulcera] Marcellus Empir. cap. 4. pag. 42. Plinius Valer. III. 22. et Diosc. loc. cit. Vide et Celsum V. 28. tit. 'de fistulis.'

<sup>o</sup> Carbunculos] Plinius Valer. III.

tionem, vitia jocineris, tenesmon, et quæ cibum non sentiunt,<sup>q</sup> atrophæ appellata, tostum, et in nucis avellanæ magnitudinem melle collectum devoratumque corrigit: item impetigines, ex aceto coctum et quarto die solutum. Panos in melle<sup>s r</sup> impositum suppurare prohibet. Aqua decocti<sup>s</sup> perniones et pruritus sanat fovendo. Quin et universo<sup>t</sup> corpori, si quis quotidie jejunos biberit, meliorem fieri colorem existimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones<sup>u</sup> movet, alvum turbat, capiti et stomacho onerosum. Genua quoque<sup>v</sup> degravat. Sed madefactum pluribus diebus, mitescit, bubus jumentisque<sup>w</sup> utilissimum. Siliquæ ejus<sup>x</sup> virides, priusquam indurescant, cum suo<sup>6</sup> caule folisque contritæ, capillos nigro colore inficiunt.

LXXIV. Lupini quoque<sup>a</sup> sylvestres sunt, omni modo minores sativis, præterquam amaritudine. Ex omnibus quæ eduntur, sicco nulli minus ponderis est, nec plus utili-

//////////

5 Dalec. Panos cum melle.—6 Cliffi. cum succo.

#### NOTÆ

30. Diosc. loc. cit. Theod. Priscianus i. 18. 'de carbunculis: ' Ervi pulvis cum vino tritus.'

<sup>p</sup> *Urinæ*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Quæ cibum non sentiunt*] Quæ non aluntur cibo. Quæ nutritionem a cibo non sentiunt. De hac ἀτροφία nos opportunius xxviii. 33. Diosc. loc. cit. 'Ἀρμόξει δὲ καὶ τοῖς ἀτροφουσί, καρῶν μέγεθος φρυκτῶν ληφθὲν σὺν μέλιτι.

<sup>r</sup> *Panos in melle*] Marcellus Empir. cap. 32. pag. 224. et Plinius Valer. iii. 27. 'Panos cum melle,' &c.

<sup>s</sup> *Aqua decocti*] Ad verbum Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Quin et universo*] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> *Vomitiones*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Genua quoque*] Hippocr. Epidem. vi. 4. textu 13. pag. 490. tom. ix. 'Ὀροβαφαγόντες, γονυαλγέες. Qui er-

vum comedunt, genuum dolore conficiuntur.

<sup>w</sup> *Bubus jumentisque*] Si elixum apionatur, boves saginat, inquit Diosc. loc. cit. Βοῦς δὲ λιπαίνει ἐφθός παρατιθέμενος.

<sup>x</sup> *Siliquæ ejus*] Marcellus Empir. totidem c. 7. p. 48. 'Ervi siliquæ, priusquam arescant, cum foliis et caule suo conteruntur, et raso capiti, ut capilli nigrescant, protinus illinuntur.' Plinius Valer. i. 7. 'de capillis denigrandis: 'Siliquæ erucæ (lege, ervi) cum suis foliis et caulibus conteruntur, et capiti raso illinuntur.'

<sup>a</sup> *Lupini quoque*] Sic Diosc. ii. 133. γίνεται δὲ καὶ θερμὸς ἄγριος, ἐμφερὴς τῷ ἡμέρῳ, κατὰ πάντα δὲ πικρότερος. Alii μικρότερος. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 178. Θέρμος ἄγριος πικρότερος, καὶ ἰσχυρότερος εἰς ἅπαντὰ τοῦ ἡμέρου ἐστίν, κ. τ. λ.

tatis. Mitescunt cinere aut aqua calidis.<sup>1</sup> Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant: amari contra aspidas valent. Ulcera atra,<sup>2 b</sup> aridi decorticatique triti, supposito linteolo, ad vivum corpus redigunt. Strumas,<sup>c</sup> parotidas, in aceto cocti discutunt. Succus decoctorum<sup>d</sup> cum ruta et pipere, vel in febris<sup>3</sup> datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: pueris vero<sup>e</sup> impositi in ventrem jejunis prosunt. Et alio genere<sup>f</sup> tosti, et in defruto poti, vel ex melle sumti. Iidem aviditatem<sup>g</sup> cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum<sup>h</sup> aceto subacta, papulas pruritusque in balineis illita cohibet, et per se siccatur ulcera. Livores<sup>i</sup> emendat: inflammationes cum polenta sedat. Sylvestrium<sup>j</sup> efficacior vis est contra coxendicum et lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines, et foventium cutem corrigunt: <sup>4 k</sup> si vero ad mellis<sup>l</sup> crassitu-

//////////

CAP. LXXIV. 1 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *calida*. Mox, *Discolores homines* cod. Dalec.—2. Vet. Dalec. *terra*.—3 Chiffi. *febritu*.—4 Margo edd.

#### NOTE

<sup>b</sup> *Ulcera atra*] Ex vetustate, et corruptione. Celsus v. 126. 'Modo ulcus nigrum est, quia caro ejus corrupta est, idque vehementius etiam putrescendo intenditur.' Et paulo ante: 'Interdum enim vetustas ulcus occupat, induciturque ei callus, et circum oræ crassæ livent,' &c. Marcellus Empir. c. 4. p. 43. 'Vetustis ulceribus . . . medetur farina lupini incocti, et sine cortice, inspersa cum vino.' Sic pariter Theod. Priscianus i. 18.

<sup>c</sup> *Strumas*] Diosc. ii. 132. Plinius Valer. i. 13. et iii. 29. Marcellus Empir. c. 15. p. 107.

<sup>d</sup> *Succus decoctorum*] Plinius Valer. ii. 21. Marcellus Empir. c. 28. p. 200. et Diosc. loc. cit. Prævit his omnibus Celsus iv. 17. 'Si lati sunt lumbrici, aqua potui dari debet, in qua lupinum decoctum sit.'

<sup>e</sup> *Pueris vero*] Vide quæ diximus

xviii. 36.

<sup>f</sup> *Et alio genere*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Iidem aviditatem*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Farina eorum*] Diosc. loc. cit. Plinius Valer. iii. 39. et Q. Serenus cap. 7. de prurigne, et papulis, pag. 129. 'Ferventes papulas oleo curato liquenti, Aut acido Baccho miscebis farra lupini: Atque hinc in calido percurres membra lavacro.'

<sup>i</sup> *Livores*] Diosc. Καθαίρει περιώματα, καὶ φλεγμονὰς πραίνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὕδατι.

<sup>j</sup> *Sylvestrium*] Et sativis nihilominus dos illa quoque communis, teste Diosc. ii. 132. Σὺν ὕξει δὲ ἰσχιάδας παρηγορεῖ.

<sup>k</sup> *Cutem corrigunt*] Diosc. loc. cit. Καθαίρει δὲ τὸ ἔλευρον χρώατα. Galenus similiter loc. cit.

<sup>l</sup> *Si vero ad mellis*] Marcellus Empir. c. 19. p. 129.



dinem decoquantur vel sativi, vitilignes nigras et lepras emendant. Sativi quoque<sup>m</sup> rumpunt carbunculos impositi: panos et strumas<sup>n</sup> minuunt, aut maturant, cocti<sup>s</sup> ex aceto: cicatricibus candidum colorem reddunt. Si vero cœlesti<sup>o</sup> aqua discoquantur, succus ille smegma fit: quo fovere gangrænas, eruptiones pituitæ, ulcera manantia, utilissimum. Expedit<sup>6</sup> ad lienem<sup>p</sup> bibere, et cum melle<sup>7q</sup> menstruis hærentibus. Lienis crudi cum fico sicca triti<sup>8</sup> ex aceto imponuntur. Radix quoque<sup>r</sup> in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum chamæleone herba decocti, aqua in potum<sup>s</sup> collata.<sup>9</sup> Sanant et scabiem quadrupedum omnium, in amurca decocti, vel utroque liquore<sup>t</sup> postea mixto. Fumus crematorum culices necat.

LXXV. Irionem inter fruges sesamæ similem esse diximus,<sup>a</sup> et a Græcis erysimon vocari: Galli velam<sup>1b</sup> appel-



Dalec. et Gronov. *abstergunt*, e Diosc.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Biont. et Franz. *aut maturant*. Cocti Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. *quo solent fovere, &c. manantia*. Expedit; Chiffi. *hulcerum manantia expedit*.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cum myrrha*, e Diosc.—8 Chiffi. *cum ficu cicatricis*.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *chamæleontis radice decocti aqua postea abluto*, e Diosc. *colata* cod. Dalec. *collecta* Chiffi.

CAP. LXXV. 1 Ita codd. Dalec. et Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *velum* Chiffi. *velarum* Gronov. et vulgg. ‘Lego, *velum alterum*’

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Sativi quoque*] Dioscor. loc. cit. *Ἀνθρακας περιβήσσει.*

<sup>n</sup> *Panos et strumas*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>o</sup> *Si vero cœlesti*] Diosc. et Galenus locis cit.

<sup>p</sup> *Expedit ad lienem*] Diosc. et Galenus locis cit. lienosis aiunt lupini decoctum prodesse, cum ruta potum ac pipere.

<sup>q</sup> *Et cum melle*] Adjicit et myrrham præterea Diosc. loc. cit. et subdi in pesso jubet, *προσθήτω*. Dioscoridem sequitur Galenus loc. cit.

<sup>r</sup> *Radix quoque*] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Aqua in potum*] Non potu, sed ablutione tantum, decoctum ejusmodi prodesse pecorum scabiei tradit

Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Vel utroque liquore*] Amurca videlicet, et decocto lupini: non, uti Dalecampio visum est, chamæleonis decocto.

<sup>a</sup> *Irionem . . . diximus*] Lib. XVIII. 22.

<sup>b</sup> *Galli velam*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. tum hoc loco, tum in Indice: non *velarum*. Est autem hæc hujus loci sententia: irionis, quæ inter fruges censetur, et a Græcis erysimon appellatur, naturam superius atque indolem esse tractatam: nunc ex affinitate nominis occasione sumpta alterum erysimon explicari, quod herbacei generis est, Galli quondam velam appellarunt: e recentioribus

lant. Est autem fruticosum,<sup>c</sup> foliis erucæ, angustioribus paulo, semine nasturtii. Utilissimum<sup>d</sup> tussientibus cum melle, et in thoracis purulentis exscreationibus. Datur et regio<sup>e</sup> morbo, et lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, cœliacis. Illinitur<sup>f</sup> vero parotidum et carcinomatum malis. Testium<sup>g</sup> ardoribus ex aqua, alias cum melle. Infantibus quoque utilissimum. Item sedis vitiis, et articulariis morbis, cum melle et fico. Contra venena<sup>h</sup> etiam efficax potum.<sup>2</sup> Medetur et suspiriosis, item fistulis, cum axungia veteri, ita ne intus addatur.

LXXVI. Horminum semine<sup>i</sup> (ut diximus) cumino simile est, cetero porro,<sup>1 j</sup> dodrantali altitudine. Duorum generum: alteri semen nigrius, et oblongum. Hoc ad Venerem<sup>k</sup> stimulandam,<sup>2</sup> et ad oculorum argema et albugines. Alteri candidius semen et rotundius. Utroque tuso<sup>l</sup> extrahuntur aculei ex corpore, per se illito<sup>3</sup> ex aqua: folia ex aceto imposita, panos per se vel cum melle discutiunt: item furunculos, priusquam capita faciant,<sup>m</sup> omnesque acrimonias.

Dalec.—2 Chiff. *potu*.

CAP. LXXVI. 1 'Nec porri, sed marrubii foliis simile est horminum. Legit ergo Plinius πρόσον pro πράσιον.' Brotier.—2 Vet. Dalec. *stimulandum utuntur*; alii vett. ap. Dalec. *stimulandum valet*.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex corpore, per se, vel illito* alii vett. ap. Dalec. *ex corpore: per se illitum* Gronov. et vulgg.

#### NOTE

nonnulli *Tortelam*. Sic paulo ante cap. 71. a lente, quæ Græcis φακός, ad elelisphacon sive σφακόν, orationem transtulit.

<sup>c</sup> *Est autem fruticosum*] Iisdem verbis a Dioscoride describitur, II. 188. Pingitur a Dodonæo p. 702.

<sup>d</sup> *Utilissimum*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Datur et regio*] Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Illinitur*] Diosc. loc. cit. et Gale- nus de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 174.

<sup>g</sup> *Testium, &c.*] Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>h</sup> *Contra venena*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Horminum semine, ut diximus*] Lib.

XVIII. c. 22.

<sup>j</sup> *Cetero porro*] Dioscor. III. 145.

"Ορμινον ημερον, πόσα ἐστὶν ἐμφερης πρασιφ τοῖς φύλλοις. *Horminum herba est foliis marrubio similis*. Apud scriptorem Græcum, quisquis ille fuerit, a quo hæc Plinius mutuatus est, rectius multo πρόσω legit, quam πράσιφ Dioscorides. Hormini enim folia sunt arundinaceis propiora, porraceisque, quam marrubii.

<sup>k</sup> *Hoc ad Venerem*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Utroque tuso*] Diosc. III. 145. Καταπλασθὲν δὲ μεθ' ὕδατος . . . καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶται.

<sup>m</sup> *Priusquam capita faciant*] Prius-

LXXVII. Quin et ipsæ frugum pestes in aliquo sunt usu. Infelix dictum est a Virgilio<sup>n</sup> lolium. Hoc tamen molitum,° ex aceto coctum, impositumque, sanat impetigines, celerius, quo sæpius mutatum est. Medetur et podagris, aliisque doloribus, ex oxymelite. Curatio hæc a ceteris differt. Aceti sextario uno dilui mellis uncias duas justum est: ita temperatis sextariis tribus, decocta farina lolii sextariis duobus usque ad crassitudinem, calidumque ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta.

LXXVIII. Miliaria appellatur herba, quæ necat milium.<sup>p</sup> Hæc trita, et cornu cum vino infusa, podagras jumentorum dicitur sanare.

LXXIX. Bromos semen est<sup>q</sup> spicam ferentis herbæ: nascitur<sup>r</sup> inter vitia segetis, avenæ genere: <sup>2</sup> folio et stipula<sup>r</sup>



CAP. LXXIX. 1 Dalec. censetur.—2 Idem, avenæ genus.—3 Chiffi. folia et

#### NOTÆ

quam in capita extuberent, in tubera rotundentur.

<sup>n</sup> *Infelix . . . a Virgilio*] Georg. i. 153. ‘Interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ.’ Infelix autem lolium appellatur, vel quod infœcundum est, ut Servius interpretatur: vel quod oculis nocet. Ovidius Fast. i. 691. ‘Et careant lolii oculos vitiantibus agri.’ Fulgent. de Prisco Sermone: ‘Luscitiosos dici voluerunt interdium parum videntes, quos Græci μύωπας vocant: Plantus Milite: ‘Mirum est lolio vicitare te, tam vili tritico. PA. Quid jam? Sc. Quia luscitiosus.’ Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obscurantur.’ Gallis, de l’ivraie.

<sup>o</sup> *Hoc tamen molitum*] Diosc. ii. 122.

<sup>p</sup> *Miliaria . . . quæ necat milium*] Circumligando sese. Officinis incognita.

<sup>q</sup> *Bromos semen est*] Ut Græcis Delphi. et Var. Clas.

βρόμος, sic avena Latinis gemina est: altera sativa, et esculenta, quæ inter cerealia non postremum obtinet locum: de l’Avoine: jumentorum cibus: altera sponte nascens ac sterilis, quæ inter frugum vitia numeratur, describiturque a Diosc. iv. 140. eadem plane cum sativa forma, ut recte Anguillara par. vi. pag. 98.

<sup>r</sup> *Folio et stipula*] Diosc. ii. 116. de avena sativa: Βρόμος κάλαμός ἐστι πυροῖς ὁμοῖος καὶ τοῖς φύλλοις, γόνασι δὲ διελημμένος. Καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ’ ἄκρῳ ὡσπερ ἄκρῳ δίκωλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα, ὡς ἡ κριθή. Avena tum culmo, tum etiam foliis triticum imitatur, sed geniculis distinguitur. In cacumine vero dependentes veluti parvulas locustas bipedes gerit, in quibus semen continetur, æque ut hordeum, ad cataplasmata utile. Totum hoc capit de bromo apud Diosc. supposititium esse spuriumque censet Anguillara par. xiv. p. 290.

Plinius.

triticum imitatur.<sup>3</sup> In cacuminibus dependentes parvulas<sup>4</sup> velut locustas habet. Semen utile ad cataplasmata, atque hordeum,<sup>5</sup> et similia. Prodest<sup>1</sup> tussientibus succus.

LXXX. Orobanchen appellavimus<sup>u</sup> necantem ervum et legumina: alii cynomorion<sup>v</sup> eam appellant, a similitudine canini genitalis: cauliculus est<sup>w</sup> sine sanguine, foliis rubens.<sup>1</sup> Estur et per se,<sup>x</sup> et in<sup>z</sup> patinis cum tenera est decocta.

LXXXI. Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, et periculum vitæ afferunt, solipugarum<sup>y</sup> generis. Adversus has omnia<sup>z</sup> eadem medentur, quæ contra araneos et phalangia demonstrantur. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico.



*stip. tri. imitantur.*—4 Dalec. *bipedes.*—5 Vet. Dalec. *ad quæ hordeum;* alii vett. *æque ut hordeum.*

CAP. LXXX. 1 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *est sine foliis, pinguis, rubens* Gronov. et vulgg. *est folio subpingui* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Ibid. ex eodem, *per se cruda et in.*

CAP. LXXXI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *solipugarum* Gronov. et vulgg. *solupugarum, vel solpugarum,* in aliis vett.—2 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Miller. *Adversus omnia* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Atque hordeum*] Forte, *æque atque hordeum*, ex Diosc. et ex Galeno de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 165.

<sup>1</sup> *Prodest*] Diosc. loc. cit. 'Ο δὲ ἐξ αὐτοῦ χυλὸς βοφοῦμενος βήσσοισιν ἀρμόζει. *Ejus cremor tussientibus sorbitione prodest.*

<sup>u</sup> *Orobanchen appellavimus*] Lib. xviii. c. 44. Vide quæ ibi diximus in Notis.

<sup>v</sup> *Alii cynomorion*] Diosc. in Notis, pag. 446. 'Οροβάγγη, οἱ δὲ κυνομόριον, κ. τ. λ. Sed a conjectore aliquo insertam hanc vocem in Dioscoridis textum inde liquet, quod alia est Dioscoridis, alia Plinii orobanche, quæ et cynomorion appellata est, ut antea monuimus xviii. 44.

<sup>w</sup> *Cauliculus est*] Est et cauliculus ejusdem nominis, sine sanguine, hoc est, sine humore, quia fistulosus, et

fragilis, ac siccoris naturæ. Hæc vero Dioscoridis orobanche est, quam ille describit ii. 172. pingit Dodonæus p. 543. Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>x</sup> *Estur et per se*] Hoc est, sola, sive cruda. Diosc. loc. cit. Λαχανεύεται δὲ καὶ ὠμὸν καὶ ἐφθὸν, ἐκ λοπάδος ὡς ἀσπάραγος ἐσθιόμενον. *Estur autem olecris instar cruda, et in patinis asparagi modo decocta.*

<sup>y</sup> *Solipugarum*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lib. viii. num. 88. et libro ipso octavo, cap. 43.

<sup>z</sup> *Zythum*] Ex hordeo parabatur. Suidas: Ζύθος, ὄλκός ἀπὸ κριθῆς γινόμενος. Sic Herod. ii. 77. p. 118. et Diodor. Sicul. Bibl. l. i. p. 31. 'Pelusiaci pocula zythi' appellat Columella lib. x. de cultu Hortor. p. 349.

LXXXII. Ex iisdem fiunt et potus, zythum<sup>2</sup> in Ægypto, celia<sup>a</sup> et ceria<sup>1 b</sup> in Hispania, cervisia<sup>c</sup> et plura genera in Gallia, aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, præstat<sup>2</sup> ad vini transire mentionem, atque a vite ordiri medicinas arborum.



CAP. LXXXII. 1 'In Mss. Reg. et Editione principe, *cerea*. Celia frumento triticove parabatur, ut patet ex Floro II. 18. et Orosio V. 7. Quæ sit ceria, vel cerea, non ita constat. Sed eadem potio fuisse videtur, quæ a calefaciendo dicebatur celia, teste Orosio, loc. cit. Cervisia autem, *la Biere*, hordeo aliisque frugibus facta.' Brotier.—2 Chiffi. præstat.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Celia*] Florus II. 18. de Numan-  
tinis: 'Cum sese prius epulis imple-  
vissent, carnis semicrudæ, et celiæ:  
sic vocant indigenam ex frumento  
potionem.' Vide Notas et Emend.  
num. 24.

<sup>b</sup> *Et ceria*] Nomen id Hispanicum  
pariter, ut celia est: nec Bivarium  
audio, qui in Maximi Chron. an. 516.  
*cidria* legi putat hic oportere, quæ  
vox in Gallia potum e pomorum suc-  
so concinnatum indicat. Quæ paren-  
tur e fruge, non e pomis, potiones,  
Plinius hoc loco attingit: nam, uti

monuit XIV. 29. 'Est et occidentis  
populis sua ebrietas, fruge madida:  
pluribus modis per Gallias Hispanias-  
que, nominibus aliis, sed eadem ra-  
tione.' Idem vero quæ quibus con-  
cinnentur e pomis, explicuit XIV.  
19.

<sup>c</sup> *Cervisia*] Vox hæc origine Gal-  
lica merito censetur a Cambdeno, in  
Britannia, Vossioque in Etymol. quos  
consule. Nunc vulgus vocat, *de la  
Biere*: quidam etiamnum vetusta no-  
menclatione, *Cervoise*.

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XXII.

### NATURALIS HISTORIÆ

## C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. III. *Stans et in sicco carpit, quo fruges modo: sed culpa non abluī usu: alioqui fulgentius instrui poterat luxuria]* Totidem plane syllabis apicibusque locum hunc repræsentamus, quot exhibent codices Mss. Reg. Colb. Chiff. et Vossianns, teste Gronovio. Fuit mirifice alioqui divexatus a Criticis. In libris nunc vulgatis legitur: *quod frugi mundos exsculpat. His alioqui fulgentibus instrui.* Istud *frugi mundos* ab Hermolao est: *His alioqui fulgentibus* a Gelenio. Pintianus, *carpit frugem, qua mundus sine culpa non absit.* Salmasius in Solin. p. 272. et 1147. *carpit, quod frugi non ederit, culpa non abnuat: usu alioqui fulgentium, &c.* Gronovius, *Sed culpa non placuisse usui, alioqui frugalius.* Sincerum vas alius alio incrustat modo.

2. Ibid. *Interim fortius agetur: auctoritasque quanta debeat etiam surdis ... herbis perhibebitur]* Sic restituimus ex fide codicum Mss. Reg. et Colb. cum prius et vitiosa interpunctio, et corrupta verba sententiam evertent: *Interim fortius augetur auctori- tas: quæ quanta debeat, &c.*

3. CAP. VI. *Manilio Cos. cohortibus servatis]* In libris vulgatis, *Manlio Cos. tribus cohortibus servatis]* Manlium Appianus vocat, toto libro de bello Punico: Manilium, Pliniani codices manu exarati: in quibus nec cohortium numerus signatur: credo, quod incertus foret: nam Livius in Epitome lib. XLIX. dnas dicit: 'Obsideri,' inquit, 'oppugnarique cœpta est Carthago a L. Marcio, M. Manlio Coss. In qua oppugnatione cum neglectos ab una parte muros duo Tribuni temere cum cohortibus irrupissent, et ab oppidanis graviter cæderentur, a Scipione Africano expliciti sunt.' Appianus in bello Punico p. 42. quatuor. Aurel. Victor de Viris Illustr. c. 58. octo: 'Tribunus in Africa,' inquit, 'sub M. Manilio Imperatore, cohortes octo obsidione vallatas consilio et virtute servavit, a quibus corona obsidionali aurea donatus.'

4. CAP. XXIV. *Radix in oleo non fundit rubentem succum: et hoc ab anchusa discernitur]* Ita restituimus hunc locum, tum ex Mss. Reg. Colb. et Chiff. tum ita postulante sententia: cum prius perperam legeretur, Ra-

*dix oleum non fundit, sed rubentem succum*: nam neque oleum anchusa fundit, nec, si rubentem succum dat pseudanchusa, ab anchusa discernitur.

5. Ibid. *Virus serpentium fugat*] Ita libri vulgati, cum Reg. 3. cod. At Colb. 3. forte sincerius, *Virus serpentis fugat*: ut vox ea, *virus*, non venenum serpentium, sed gravem pseudanchusæ odorem significet, qui serpentes fuget. Sic idem alibi, 'Cujus radix evulsa virus hirci redolet.'

6. CAP. XXXVII. *Silis effigie*] In libris hactenus editis, *simili effigie*: at quæ ea demum effigies est? nam huprestis certe, quæ proxime antecessit, nota nulla traditur. Mendum indicarunt probatissimi codices, Reg. Colb. Th. Chiffi. in quibus *silis effigie* legitur. Est autem silis, sive seselis, ut alibi diximus, forma plane anetho simillima, quod ad corymbos seu umbellam attinet, quam in cacumine utraque gerunt: id quod Dioscorides cum Plinio pariter annotavit III. 80. Ἐχει δὲ παραφύδας ἰκανὰς ὁ κουλὸς, σκιᾶδια ἐχοῦσας ὁμοία ἀνήθῳ, κ. τ. λ. Habet vero caulis ipse agnatos ramulos complures, qui quidem umbellas gerunt anethi similes, &c. Sive, ut Oribasii interpretes reddidit lib. XI. pag. 196. *Multas appendices caulis habet, quæ umbellas anetho similes ferunt.*

7. CAP. XLVII. *Lavantur etiam, ut plumbum, oculorum medicamento*] Dalecampius, quoniam ita Superis placuit, Medicus, legi jubet, *Linuntur etiam ad plumbum et oculorum medicamenta*: quod nec orationis structura patitur, nec mens Scriptoris. Lavari plumbum, quod genus metalli notissimum est, ad oculorum remedia, ipse Plinius prolixè edocet XXXIV. 50. Simili ratione lavari nunc fungos jubet, ad eadem medicamenta: quid planius?

8. CAP. XLIX. *Clavis, qui vulgo morticini appellantur, nitro mixto. Alopecias nitro ante subactas replet cum vino,*

*et croco, aut pipere, &c.*] Prius legebatur: *Clavis pedum, qui vulgo . . . nitro mixto, ante subactum. Carnes replet, &c.* insigni medicamentorum perturbatione, et veterum codicum neglectu: in quibus nec vox *pedum* adest: nec *carnes*, sed *alopecias* diserte legitur. Sic Reg. 2. aliique. De clavis pedum utique paulo post tradentur remedia, quæ diversis locis non forent tractanda, si de ipsis nunc ageretur. Sed vox adjuncta, *morticini*, non de vulgari genere clavorum, accipi hæc oportere declarat. Alopecias vero quod attinet, Dioscorides astipulatur, III. 94. Ἀλωπεκίας θεραπεύων, σὺν οἴνῳ καὶ πεπέρεϊ καὶ ὄξει καταχρίμενος.

9. CAP. LI. *Item animi humilis et præparci, quod illi dixerunt micropsychos. Et est ratio subtilitatis immensæ, a Platone descendens, &c.*] Exclamat Salmasius, in Præfat. Plin. p. 107. μικροσφύκτους confundi a Plinio cum μικροψύχοις. Pusilli animi et præparci homines, Græcis vocari μικροψύχους, ut contra liberales et prodigos μεγαλοψύχους. At μικροσφύκτους appellari, quibus minimus est venarum seu arteriarum, pusillusque pulsus, ut est eorum, quibus animus deficit. Μικρὸν σφυγμὸν medicis dici, indeque μικροσφύκτους, quibus talis est. Hoc ante Salmasium dixerat Cælius Rhodig. III. 15. p. 110. At subjicit ille deinde, hanc esse Dioscoridis de melicrato, seu aqua mulsa, orationem, libro videlicet quinto, c. 17. Τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν μικροσφύκτων καὶ ἀσθενῶν, καὶ βησσόντων. Audivisse Plinium ab anagnoste legi μικροψύχους, pro μικροσφύκτους. Esse id vero perridiculum, aquam mulsam prodesse hominibus animi humilis, ac præparci. Aliter hoc convicium Salmasius, ut Plinio ingereret, a Dalecampio mutuum accepit, nec reddidit tamen, non appellato ejus nomine. Sed lubet de utroque conqueri, et sane licet. Quid enim? Non poterit impune ac sine noxa Plinius quædam

afferre in medium, quæ Dioscoridi latuerint? etiamne si quempiam alium sententiæ suæ astipulatorem habeat? etiamne si Platonem? Atqui hujus ipsius placiti auctorem hunc allegat, verbis iis quæ statim subnectit: 'Et est ea ratio,' inquit, sententiæque, 'a Platone descendens,' molliori videlicet ac mutari cibo mores, tristitiamque luctumque comprimi: neque magis ad corpora, quam ad animos ipsos, cibum pertinere. Platoni igitur, non Plinio, si jure licet, dicam scribant eruditi illi nostri reprehensores.

10. CAP. LIII. *Mulsi tantum nutritu tolerare, &c.*] In Mss. Reg. Colb. &c. *mulsi tantum intrita*. Est autem intrita, panis cum vino, mulsove in mortario pistillis contritus: inde intritæ nomen. Sic IX. 9. 'Nec piscibus tantum, sed intrita panis e vino satiantur.' De cibo autem, hoc est, intrita, non mulso mero, intelligendum, satis fortassis declarat id quod continenter subjicitur, *tolerare, neque alio ullo cibo*. Adde Diophanem in Geopon. xv. 7. p. 417. ita pronuntiantem: Οἱ οὖν γῆρα μέλιτι μετὰ ἄρτου μόνου τρεφόμενοι, ἐπι πλείστον βιοῦσι. Qui in senecta melle cum pane nutriuntur, diutissime vivunt.

11. Ibid. *Morbum arquatum*] In Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. *arquatorem morbum* legitur, haud aspernanda sane scriptura. Nam qui eo morbi genere laborant, 'Arquati dicuntur,' inquit Nonius Marcellus cap. 5. num. 14. 'quibus color et oculi virent, quasi in arqui similitudinem.'

12. CAP. LVIII. *Addita resina et galla*] Sic libri vulgati, cum Reg. 1. cod. in quo *addita resina galla* legitur. At in Reg. 2. Th. Chiffi. *resina Gallica*. Quæ e Gallia Etruriaque convehitur, resinam inprimis commendat Diosc. i. 92. itemque larignam, quæ ex Gallia Subalpina afferretur: ἀπὸ Γαλλίας καὶ Τυρρηνίας . . . καὶ ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς ταῖς Ἀλπεῖς.

13. Ibid. *Vel laterum, vel virilium dolores, cum papavere, aut neliloto, &c.*] In Mss. Reg. 1. 2. et Chiffi. nulla laterum, nulla virilium mentio; sed *vel aurium* tantum legas. In Colb. 3. *vel virilium* duntaxat. Eandem tamen medicinam lateris dolori Dioscorides adhibet, II. 108. Σὺν μελιλώτῳ δὲ καὶ κωδίας ἀνωδυνίαν παρέχει τοῖς πλευρᾶν ἀλγυῦσι.

14. Ibid. *Ad strumas cum pice, et impubis pueri urina, cum oleo. Cum Græco fæno contra tumores præcordiorum*] Prius legebatur, vitata interpolatione, extritaque vocula, *pueri urina. Cum oleo et fæno Græco, &c.* Verum et in Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. *cum Græco feno* legitur, et scriptores ceteri oleum ad strumas adhibent: ad præcordiorum seu intestinorum inflationem non adhibent. Marcellus Empiricus c. 15. p. 107. 'Farina hordeacea, pix liquida, cum cera et oleo mixta, percoctaque, adjecto puerili lotio subacta, more emplastri imposita, strumas utiliter sanat.' Diosc. II. 108. Μετὰ δὲ πίσσης ὑγρᾶς, καὶ κηροῦ, καὶ οὖρου παιδὸς ἀφθόρου, καὶ ἐλαίου χοιράδας ἐκπέπτει. Et paulo ante: Καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων, μετὰ λινωσπέριμου, καὶ τήλεως, καὶ πηγάνου.

15. CAP. LIX. *Locorum ratione*] Ita Reg. 1. et Colbert. cum libris vulgaris, ut opinor, recte, et facili explicatu. In his verbis tamen explanandis Dalecampius cespitavit. In Reg. 2. Thnan. et Chiffi. *Medicorum ratione* legitur, haud ita sincere: ni sententia sit, eatens ibi de potentæ generibus suseptam disputationem esse, quatenus esset ad medicorum usus satis.

16. CAP. LXI. *Ad tabitudinem reductis*] Etsi paulo insolentiore verbo usus Auctor videtur, cum *tabitudinem* pro *tabe* dixit: sequi tamen exemplarium vetustiorum fidem satius multo visum est, quam vulgatos et typis excusos libros imitari, in quibus



ad habitudinem, aut nulla prorsus, aut admodum impedita sententia, legitur. Reg. I. 2. Colb. I. et vet. cod. Dalec. ad tabitudinem diserte exhibent. Thunæus, aut tabitudinem. Latini tabem dicimus, Græci σὺντηξιϋ, de qua diximus c. 49. Atque ita sane scripsisse Plinium suadet alter Plinius Valer. de Re Med. I. 62. cui titulum inscripsit, 'Syntexi curandæ: 'Alicæ,' inquit, 'cyathi tres in passi sextario uno, et aquæ sextariis sex congiuntur, et sensim coquuntur, donec aqua consumatur: tunc suffundunt lactis ovilli aut caprini sextarium: quo subfervefacto fit genus sorbitionis, qua per se primis diebus curationis locutionantur: procedentibus diebus et mel adjiciunt.' Quæ plane ad verbum, a nostro, ut liquet, auctore mutuatus est. Certe ad phthisin, quæ tabis species est, sorbitionem ex alica, ptisanave, commendat, III. 22.

17. CAP. LXIV. *Granum sesamæ. Datur in vino dulci*] Prius legebatur, *Granum sesamæ datur in vino dulci*. Atqui non sesamæ modo, sed sesamoidis remedia tractantur: nec ad purgationes sesamæ granum, sed sesamoidis adhibent. Itaque priores hæ voces, *granum sesamæ*, cum superioribus connectendæ: ut sententia sit, sesamoidi granum esse simillimum sesamæ. Mox nova instituta periodo, *Datur sesamoides scilicet, in quo versatur in præsentī oratio, in vino dulci, &c.* Sic Diosc. IV. 152. de sesamoide: Σπέρμα ὁμοιον σησάμω, πικρὸν ἐν τῇ γέυσει, ὃ καθαίρει ἄνω φλέγμα τε καὶ χολήν, κ. τ. λ.

18. CAP. LXXVII. *In vesicæ vero dolore . . . passi tribus ovis*] Lahorat vehementer Pintianus ut *tribus obolis*, non *tribus ovis*, legatur, libris invitis omnibus: frustra. Passi ova tria cum audis, tantundem passi intellige, quantum capiat putamen vacuum ovorum trium. Hanc interpretationem gemina auctoritate fulcimus. Marcelli primum Empirici c. 26. p. 180.

'Amyli,' inquit, 'semunciam terito, atque addito ovum recens, et ejus ovi testam ter passo impleto: idque poculum diu agitatum, et fervefactum, strangurioso reverso a balneis dato: omni eum dolore ac difficultate celeriter absolves.' Deinde Plinii Valer. II. 39. 'Amyli semuncia conteritur, et ovum ejusque putamen ter impletur passo, idque a balneo subfervefactum datur adversum calculi dolorem.'

19. CAP. LXX. *Crustulas ulcerum*] Mss. Reg. Colb. Chiff. *Pusulas ulcerum*. Plinius Valer. III. 22. hæc transcribens, *fistulas* legit. 'Fistulas ulcerum,' inquit, 'lenticula cocta rumpit: eadem collectiones sedat.' Dioscorides II. 129. Ἐσχάρας περιβάλλῃται, *crustas seu margins ulcerum rumpit*.

20. CAP. LXXI. *Ab aliis sphacos*] Ita scribendum, non φακός, tum ex Suida, apud quem alphabeti series id certo confirmat: Σφακός, αἰτ, ἀντὶ τοῦ ἐλελίσφακος, κ. τ. λ. tum vero ex Pliniano Indice.

21. CAP. LXXIII. *Farina ejus varos, sed et maculas toto corpore emendat*] In libris hactenus editis, interpolatorum insigni licentia, *Farina ejus, ut Varro ait, maculas, &c.* In Reg. I. et Colb. *Farina ejus varro sed et maculas*. Sinceram nos scripturam, tum ex iis vestigiis primitivorum codicum, tum ex Plinio Valeriano, eruimus, qui totum fere opus suum ex Plinianis verbis ac sententiis concinnavit. Is enim III. 41. cujus lemma, 'Varis tollendis:' 'Farina,' inquit, 'ervi ex aqua imposta sanantur, et toto corpore maculæ emendantur.'

22. CAP. LXXIV. *Panos et strumas minuunt, aut maturant, cocti ex aceto: cicatricibus candidum colorem reddunt*] Prius legebatur, mutata interpunctione: *aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus, &c.* Ut ille ex aceto temperandi modus ad posteriorem solum medicinam referendum videtur, non etiam ad superiorem. Contra Dios-

cor. II. 132. Φύματα καὶ χοιράδας μεταβάλλει ἐν ὕξει ἐψηθεὶς καὶ καταπλασθεὶς. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. lib. VI. p. 178. 'Ἀλλὰ καὶ χοιράδας καὶ φύματα σκληρὰ θεραπεύει' ἐν ὕξει δ' ἐψέειν αὐτὸ χρῆ, κ. τ. λ. Marcellus Empiricus c. 32. p. 225. 'Lupini ex aceto cocti, et subacti, et pro emplastro appositi, causam panicularum maturant, et minuunt dolorem.' Denique Plinius etiam Valer. III. 27. 'Panis depellendis: Lupini,' inquit, 'ex aceto cocti, aut minuunt, aut maturant.' Quod ut ita sane se habeat, et in sequente pariter remedio ex aceto incoqui nihilominus necesse est. Plinius Valer. III. 46. 'Ad colorem cicatricibus reddendum: Lupini ex aceto cocti imponuntur.'

23. CAP. LXXX. *Cauliculus est sine sanguine, foliis rubens*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. non, ut editi, *Cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens*. Folia subpinguia, subrubrumque caulem orbanchæ pariter Dioscorides attribuit, II. 172. 'Οροβάγγη καυλιον ἐστὶν ὑπέρυθρον ὡς δισπιθαμιαῖον . . . φύλλοις ὑπολίπαρον, κ. τ. λ.

24. CAP. LXXXII. *Celia et ceria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia*] En haud obscure celiam a cervisia Plinius diversam facit: egregie, cum non situ magis terrarum Gallia Hispaniaque dissideant, quam hæ potiones dnæ. Celia ex frumento concinnatur, Floro teste, II. 18. cujus verba retulimus in prioribus No-

tis, hoc est, e tritico, ut Orosius interpretatur, v. 7. 'Postmodum,' inquit, 'diu obsidione conclusi Numantini duabus desubito portis cuncti eruperunt, larga prius potione usi, non vini, cujus ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo Celiam vocant: suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, et post in farinam redacta molli succo admiscetur, quo fermentato sapor ansteritatis, et calor ebrietatis adjicitur.' Orosium sequuntur Isidorus XX. 5. et Papias. Quibus verbis ii non materiam modo celia designant, sed et conficiendi modum. At cervisia ex hordeo concinnatur, et ex alia quadam simili fruge, quæ propria caret in Latio appellatione, generali modo frumenti nomenclatione signant: Belgæ vocant, *du Sucrion*. Tacitus de Moribus Germanorum: 'Potus, humor ex hordeo, aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus.' Quare nec Matthæum Silvaticum audio, qui parum sibi constans ita primum, 'Celia,' inquit, 'potio ex succo tritici inebrians:' quod quidem utinam solum diceret: at mox inferius, 'Cellia, id est, cervisia, dicta a calefaciendo.' Nec Joannem Sarisb. Epist. LXXXV. celiam pariter cum cervisia commiscentem. De Cerevisiæ etymo consulendus, præter jam appellatos, V. Cl. Du-Cangius in Glossario.

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXIII.

---

---

#### *Medicinæ ex arboribus cultis.*

I. **P**ERACTA cerealium in medendo quoque natura est, omniumque quæ ciborum aut florum, odorumve gratia proveniunt<sup>1</sup> supina tellure.<sup>2</sup> Non cessit his Pomona, partesque medicas et pendentibus<sup>b</sup> dedit,<sup>2</sup> non contenta protegere, arborumque alere umbra quæ diximus:<sup>c</sup> immo velut indignata plus auxilii inesse his quæ longius a cœlo absent, quæque postea cœpissent. Primum enim homini<sup>3 d</sup>

CAP. I. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *odorumque gratia proveniunt* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *medicas pendentibus quoque dedit* edd. vett. et Gronov.—3 Vet. Dalec.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Supina tellure*] Humi, in ipsa terræ superficie: in qua flores frugesque adhærescere natura voluit: pendere contra in sublimi arborum fructus, Pomona. ‘Colles supinos’ Maro, Horatius ‘Tibur supinum’ dixit.

<sup>b</sup> *Et pendentibus*] Fructibus ex arbore pendentibus.

<sup>c</sup> *Alere umbra quæ diximus*] Fruges,

et sata quæ diximus. Lib. xvii. c. 18. ‘Non fastidienda hæc quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quando quibusque satis umbra aut nutrix, aut noverca est,’ &c.

<sup>d</sup> *Primum enim homini*] Plinius xii. 1. ‘Hinc primum alimenta, harum fronde mollior specus,’ &c.

cibum fuisse inde, et sic<sup>e</sup> inducto<sup>4</sup> cœlum spectare, pas-  
cique et nunc ex se posse sine frugibus.

II. Ergo hercule artes<sup>f</sup> inprimis<sup>1</sup> dedit vitibus, non con-  
tenta delicias etiam, et odores, atque unguenta, omphacio,<sup>g</sup>  
et œnanthe, ac massari, (quæ suis locis diximus,) nobiliter  
instruxisse. ‘Plurimum,<sup>h</sup> inquit,<sup>h</sup> ‘homini voluptatis ex  
me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego pal-  
mas et poma, totque varietates: neque ut tellus, omnia per  
labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis,<sup>i</sup> ut quan-  
do, quantove opere cibi fiant? At<sup>2</sup> ex me parata omnia,  
nec curvo laboranda,<sup>j</sup> sed<sup>3</sup> sese porrigentia ultro: et si  
pigeat attingere, etiam cadentia.’ Certavit ipsa secum, plus-  
que utilitatis causa genuit etiam, quam voluptatis.

III. Folia vitium<sup>k</sup> et pampini<sup>1</sup> capitis dolores, inflamma-  
tionesque corporum mitigant cum polenta. Folia per se<sup>l</sup>  
ardores stomachi ex aqua frigida: cum farina vero hordei,

*hominibus.*—4 Ita ex codd. Hardninus et recentt. *et sic inductos* Gronov. et al.  
vett. Mox, *cœlum spectasse* Vet. Dalec.

CAP. II. 1 ‘Ita Mss. Reg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus. Et bene  
quidem: artes enim medicas inprimis natura dedit vitibus. Sine auctoritate  
a Cll. Gronovio et Harduino emendatum, *has inprimis.*’ Brotier. *artes in pri-  
mis* Chiffli. *has inprimis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 *At deest*  
in cod. Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nec curvo adoranda aratro,*  
*nec cura laboranda, sed,* &c. Gronov. et vulgg. ‘Hæc tria verba, *nec cura labo-  
randa,* in Ms. desunt: et videntur adjecta a quodam qui pro *curvo, cura,* et  
pro *adoranda, laboranda* reponere voluit. Vet. *adaranda*; al. *exoranda*, id est,  
*impetranda.*’ Dalec.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Et sic*] Dum cibum ex alto pe-  
tit, sursum oculos tollere hominem  
Pomona, ‘cœlumque tueri jussit.’

<sup>f</sup> *Ergo hercule artes [has]* Partes sci-  
licet medicas.

<sup>g</sup> *Omphacio*] De his egimus XII.  
60. et 61.

<sup>h</sup> *Plurimum, inquit*] Pomonam lo-  
quentem inducit, omnis pomorum ge-  
neris Deam.

<sup>i</sup> *Deinde saxis*] Molis frumentariis.  
Virgil. Georg. I. 267. ‘Nunc torrete  
igni fruges, nunc frangite saxo.’

<sup>j</sup> *Nec curvo laboranda*] Nec ab ho-

mine curvato aranda. Sic ‘curvus  
arator’ apud Maronem Ecl. III. 42.  
Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>k</sup> *Folia vitium*] Hæc pariter tradi-  
dit Diosc. v. I. totidem verbis: ‘*Ἀμπέ-  
λου οἰνοφόρου τὰ φύλλα, καὶ αἱ ἔλικες  
λεῖραι καταπρασσόμεναι, κεφαλαγίας  
πραῖνουσι, φλεγμονὴν τε στομάχου, καὶ  
καῦσον σὺν ἀλφίτῳ.*’

<sup>l</sup> *Folia per se*] Dioscor. loc. cit.  
Καὶ καθ’ ἑαυτὰ ἐπιτιθέμενα τὰ φύλλα,  
πραῖνουσι φλεγμονὴν τε στομάχου, καὶ  
καῦσον.

articulares morbos. Pampini <sup>2</sup> triti et impositi, tumorem omnem siccant. Succus eorum <sup>n</sup> dysentericis infusus medetur. Lacryma vitium, <sup>o</sup> quæ veluti gummis est, lepras et lichenas et psoras nitro ante præparatas sanat. Eadem cum oleo <sup>p</sup> sæpius pilis illitis, psilothi effectum habet, maximeque quam virides <sup>3</sup> <sup>q</sup> accensæ vites exsulant: qua et verrucæ tolluntur. Pampini sanguinem <sup>r</sup> exscreantibus, et mulierum a conceptu defectioni, <sup>s</sup> diluti potu prosunt. Cortex vitium <sup>t</sup> et folia arida, vulnerum sanguinem sistunt, ipsumque vulnus conglutinant. Vitis albæ viridis tusæ succo impetigines tolluntur. <sup>4</sup> Cuius sarmentorum <sup>u</sup> vitium-



CAP. III. 1 *Folio vitium et pampino* cod. Dalec.—2 *Capreoli margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *maximeque aqua, quam virides* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *succo et thure impetigines, &c.* edd. vett. et Gronov.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Pampini*] Hoc est, capreoli, sive claviculæ, αἰ ἑλικες. Diosc. loc. cit. De his diximus XVII. 35. Satis eleganter Rufinus in præfat. ad libr. Judæ: ‘Ἐλικά vitem dicunt Græci, non tam palmitem, quam illos runcinulos, vel cincinnulos palmitis, quibus succrescens palme ipse innectere se et suspendere solet, vel palis, vel quibuscumque innititur adminiculis, quos capreolos, ut arbitror, appellant agricolæ: quibus nexibus tutus, et sine lapsus periculo, vel gravatur fructibus palme, vel vaga proceritate distenditur.’ Cælius Aurel. Chron. 1. 1. de capitis passione, quam Græci cephalæam nominant, eleganter ‘annulos vitis, quos helicas vocant,’ appellat.

<sup>n</sup> *Succus eorum*] Plinius Valer. II. 28. ‘Dysentericæ compescendæ: succus pampinorum et vitium clysterio immittatur.’ Hunc vero succum Diosc. loc. cit. dysentericis non infundi tantum clystere, sed et propinari bibendum jubet.

<sup>o</sup> *Lacryma vitium*] Hæc totidem

verbis Diosc. v. 1. τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς ὁμοιον ἂν κόμμει, κ. τ. λ.

<sup>p</sup> *Eadem cum oleo*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Maximeque quam virides*] Subintellige lacrymam, ex antecedentibus, seu liquorem, quem accensa sarmenta vitium exsulant. Diosc. loc. cit. Καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ καιόμενου κλήματος ἀφιδρούμενος ἰχώρ ὅς καὶ μυρμηκίας ἐπιχρίμενος ἐκβάλλει.

<sup>r</sup> *Pampini sanguinem*] Hoc est, ut diximus, capreoli, claviculæque. Diosc. loc. cit. Ἀποβραχίσαι δὲ καὶ αἰ ἑλικες ἐν ὕδατι, καὶ ποθεῖσαι, ὠφελοῦσι δυσεντερικοὺς, καὶ αἰμοπτοῦκοὺς, καὶ στομαχικοὺς, καὶ κισσώσας.

<sup>s</sup> *Defectioni*] Dioscorides κίσσαν vocat: proprieque fastidium est fœminarum prægnantium, cum alios atque alios cibos appetunt, gustatosque mox respuunt.

<sup>t</sup> *Cortex vitium*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. III. 21.

<sup>u</sup> *Cinis sarmentorum*] Marcellus Empir. c. 31. p. 223. et Diosc. v. 1. iisdem verbis.

que et vinaceorum, condylomatis et sedis vitiis medetur ex aceto: item luxatis<sup>v</sup> et ambustis, et lienis tumori,<sup>w</sup> cum rosaceo et ruta et aceto. Item igni sacro ex vino citra oleum aspergitur, et intertrigini: et pilos absumit.<sup>5</sup> Dant et bibendum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto conspersum, ita ut bini cyathi in tepida aqua bibantur, utque qui biberit, in lienem jaceat. Claviculæ ipsæ, quibus repunt vites, tritæ et ex aqua potæ, sistunt vomitionum consuetudinem. Cinis vitium<sup>x</sup> cum axungia vetere contra tumores proficit, fistulas<sup>y</sup> purgat, mox et persanat: item nervorum dolores frigore ortos, contractionesque: contusas vero partes cum oleo,<sup>6</sup> carnes excrescentes in ossibus cum aceto et nitro, scorpionum et canum plagas<sup>z</sup> cum oleo. Corticis per se<sup>a</sup> cinis combustis pilos reddit.

IV. Omphacium qua fieret ratione incipientis uvæ pubertate, in unguentorum loco docuimus.<sup>b</sup> Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea,<sup>c</sup> quæ in humido sunt,<sup>1</sup> ulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium. Oculorum claritati plurimum confert. Scabritiæ genarum, ulceribusque angulorum,<sup>d</sup> nubeculis, ulceribus quacumque in parte manantibus, cicatricibus<sup>e</sup> marcidis,<sup>2</sup> ossibus puru-



‘Hæc clausula deest in Ms.’ Dalec.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aspergitur: et intertrigines et pilos, &c.* Gronov. et vulgg.—6 Chiffi. *vel cum oleo.*

CAP. IV. 1 Dalec. *humidis sunt, ut mox; humore sint* Chiffi.—2 ‘Immo vero *gingivis humore flaccidis, aut gingivis marcidis, ut habet Dioscorides v.*

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Item luxatis*] Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Et lienis tumori*] Marcellus Empir. c. 23. p. 166. Plinius Valer. 11. 18. et Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Cinis vitium*] Marcellus Empir. c. 4. p. 42. et c. 36. p. 250. et Theod. Priscianus 1. 9. ‘de furnuculis.’

<sup>y</sup> *Fistulas*] Plinius Valer. 111. 22.

<sup>z</sup> *Et canum plagas*] Plinius Valer. 111. 51.

<sup>a</sup> *Corticis per se*] Plinius Valer. 111. 36.

<sup>b</sup> *Docuimus*] Lib. XII. c. 60.

<sup>c</sup> *Sanat ea*] Quæ ex omphacio medicinæ petuntur, toto hoc cap. omnes fere totidem verbis habet Dioscor. v. 6.

<sup>d</sup> *Ulceribus angulorum*] In angulis oculorum arrosis, περιβρώσει κανθῶν. Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Cicatricibus*] Deceptum hoc loco Plinium Saraccenus in Diosc. putat affinitate vocum, quod οὐλή cicatricem, οὐλον gingivam significat. Eun-

lente<sup>f</sup> limosis.<sup>3</sup> Mitigatur<sup>4g</sup> vehementia ejus melle aut passo. Prodest et dysentericis, sanguinem exscreantibus, anginis.<sup>5</sup>

v. Omphacio cohæret œnanthe, quam vites sylvestres ferunt, dicta a nobis<sup>h</sup> in unguenti ratione. Laudatissima<sup>i</sup> in Syria, maxime circa Antiochiæ et Laodiceæ montes: et ex alba vite refrigerat,<sup>1</sup> astringit, vulneribus<sup>j</sup> inspergitur, stomacho<sup>k</sup> illinitur, utilis urinæ,<sup>2l</sup> jocineri, capitis doloribus,<sup>m</sup> dysentericis.<sup>3</sup> Contra fastidia<sup>n</sup> obolo ex aceto pota. Siccat manantes<sup>o</sup> capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quæ sunt in humidis: ideo<sup>4</sup> et oris<sup>p</sup> ulceribus, et verendis, ac sedi cum melle et croco. Alvum sistit.<sup>5</sup> Genarum sca-



6. οἶλα πλαδαρά. Proclive fuit Plinio errare. Est enim οὐλή, cicatrix; οὐλον, gingiva; ut jam observavit Saracenus.<sup>7</sup> Brotier.—3 ‘Bene adhuc Dioscorides loc. cit. εἶτα πυοβροῦντα. Unde patet deceptum fuisse Plinium, et emendandum, auribus purulente limosis; quod jam monuit Harduinus.’ *Idem.* Vet. Dalec. purulentis et limosis.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Frangitur* Gronov. et vulgg.—5 Vox anginis deest in cod. Dalec.

CAP. v. 1 Vet. Dalec. montes, et ex alba vite. *Refrigerat.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ciendæ urinæ*, e Diosc. Mox, Chiffi. *jocineris, capitis dolori.*—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dysentericis, cæliacis, cholericis* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ideoque* Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ac sedi. Cum melle et croco alvum sistit* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

demque, cum apud scriptorem Græcum legisset, id quod apud Dioscoridem extat, v. 6. prodesse omphacium contra οἶλα πλαδαρά, hoc est, gingivas humore flaccidas, minus cante marcidas cicatrices, quas nemo intelligat, interpretatum. At ex alio fonte Plinius fortassis hausit: cicatricesque marcidas, humida vulnera, ac minus bene coëuntia intellexit.

<sup>f</sup> *Ossibus purulente*] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>g</sup> *Mitigatur*] Ita Reg. 2. et Chiffi. In editis, *frangitur.* Reg. 1. et Colb. *fatigatur.*

<sup>h</sup> *Dicta a nobis*] Lib. XII. c. 61.

<sup>i</sup> *Laudatissima*] Diosc. v. 5.

<sup>j</sup> *Vulneribus*] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Stomacho*] Diosc. loc. cit. Contra stomachi ardore, cum polline polentæ, ac vino illinitur: Πρὸς καυσόμενον στόμαχον καταπλάσσεται σὺν πάλλῃ ἀλφίτου καὶ οἴνου.

<sup>l</sup> *Utilis urinæ*] Sic Diosc. οὐρητικὴν, *ciendæ* utilem urinæ, prodidit.

<sup>m</sup> *Capitis doloribus*] In capitis doloribus, inquit Diosc. loc. cit. tam viridis quam sicca, cum aceto rosaceoque perfunditur.

<sup>n</sup> *Contra fastidia*] Dioscor. loc. cit.

<sup>o</sup> *Siccat manantes*] Dioscor. loco citato.

<sup>p</sup> *Ideo et oris*] Vide Notas et Emend. num. 3.

biem<sup>6</sup> emendat, oculorumque lacrymationes, ex vino stomachi dissolutionem: ex aqua frigida pota sanguinis exscreationes.<sup>7</sup><sup>9</sup> Cinis ejus<sup>r</sup> ad collyria, et ad ulcera purganda, et paronychia, et pterygia, probatur. Uritur in furno, donec panis percoquatur. Massaris<sup>s</sup> odoribus tantum gignitur: omniaque ea aviditas humani ingenii nobilitavit, rapere festinando.<sup>t</sup>

VI. (I.) Maturescentium autem uvæ<sup>1</sup> vehementiores nigræ, ideoque vinum ex his minus jucundum: suaviores albæ, quoniam e translucido<sup>2</sup> facilius accipitur aër. Recentes stomachum,<sup>a</sup> et spiritus inflatione alvum turbant:<sup>3</sup> itaque in feбри damnantur, utique largiores. Gravedinem enim capiti,<sup>4</sup> morbumque lethargicum faciunt. Innocentiores,<sup>b</sup> quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, ægrisque. Nam et refrigerant<sup>c</sup> leviter et fastidium auferunt.

VII. Quæ autem in vino<sup>d</sup> dulci<sup>r</sup> conditæ fuere, caput tentant. Proximæ sunt pensilibus in palea<sup>2</sup> servatæ.<sup>s</sup>



—6 Cod. Dalec. *scabriciem*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *exscreationem* edd. vett. et Gronov.

CAP. VI. 1 Vet. Dalec. *uvarum*.—2 Cod. Dalec. *quoniam a lucido*.—3 ‘Male quidem Mss. Reg. et Editio princeps, et spiritum inflatione alvum turbant.’ (Sic etiam Chiffi.) ‘Sed male quoque emendatum in recentioribus editionibus, et spiritum inflant, alvumque turbant. Si quis velit spirituum, pro spiritus, non reluctabor.’ Brotier. Alii ap. Dalec. *spiritu*. Gronov. et al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spiritum inflant, alvumque turbant*. Vide Not. et Emend. n. 4.—4 Vet. Dalec. *capitis*. Mox, *lethargum faciunt* Chiffi.

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. *vino et dulci*.—2 Chiffi. *a palea*.—3 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Sanguinis exscreationes*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Cinis ejus*] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Massaris*] Dictum est de massari, XII. 61.

<sup>t</sup> *Rapere festinando*] Priusquam flos in fructum transeat. Nam œnanthe quidem colligitur, cum floret: itemque massaris, quæ in Africa fit: omphacium vero et ex acerba vite conficitur, ut dictum est suis locis, hoc est, XII. 60. et 61.

<sup>a</sup> *Recentes stomachum*] Diosc. v. 3.

Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>b</sup> *Innocentiores*] Diosc. loc. cit. iisdem verbis.

<sup>c</sup> *Nam et refrigerant*] Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Quæ autem in vino*] Plinius XIV. 3. ‘Conduntur et musto uvæ, ipsaque vino suo inebriantur,’ &c. De reliquis uvarum condendarum modis, dictum est abunde, xv. 18.

<sup>e</sup> *In palea servatæ*] Paleales idcirco appellatas a Cælio Aureliano meminimus.



Nam in vinaceis<sup>f</sup> servatæ, et caput, et vesicam, et stomachum infestant. Sistunt tamen<sup>g</sup> alvum, sanguinem<sup>h</sup> exscreantibus utilissimæ. Quæ vero in musto<sup>i</sup> fuere, pejorem vim etiamnum habent, quam quæ in vinaceis. Sapa quoque<sup>j</sup> stomacho inutiles facit. Saluberrimas<sup>k</sup> putant medici in cœlesti aqua servatas, etiamsi minime jucundas: sed voluptatem earum in stomachi ardore sentiri, et in amaritudine jecoris, fellisque<sup>l</sup> vomitione in cholericis: hydropicis,<sup>4</sup> cum ardore febrium ægrotantibus. At in ollis<sup>1</sup> servatæ, et os, et stomachum, et aviditatem excitant. Paulo tamen graviores existimantur fieri vinaceorum halitu.<sup>m</sup> Uvæ florem<sup>n</sup> in cibis si edere gallinacei, uvas non attingunt.

VIII. Sarmenta earum, in quibus acini fuere, astringendi vim habent, efficaciora ex ollis.

IX. Nuclei acinorum<sup>o</sup> eandem vim obtinent. Hi sunt qui in vino capitis dolorem faciunt.<sup>r</sup> Tosti tritique<sup>p</sup> stomacho utiles sunt. Inspergitur<sup>q</sup> farina eorum, polentæ modo, potioni, dysentericis,<sup>2</sup> et cœliacis, et dissoluto<sup>3</sup>



amaritudine oris fellisque.—4 Vet. Dalec. *hydrope*.

CAP. IX. 1 Chiffi. *capiti dol. faciant*.—2 Idem codex, *potionis et dysentericis*; Dalec. *potioni in dysentericis*.—3 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et dissolutis Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Nam in vinaceis*] Et has quidem vesicam, caputque tentare, ori tamen esse jucundas, Dioscor. scribit, III. 3. Quid sint vinacea diximus XIV. 3.

<sup>g</sup> *Sistunt tamen*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Sanguinem*] Plinius Valer. I. 64. et Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Quæ vero in musto*] Diosc. loco citato.

<sup>j</sup> *Sapa quoque*] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Saluberrimas*] Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *At in ollis*] Dioscor. loc. cit. et Galenus, de Alim. Facult. II. 9. pag. 342.

<sup>m</sup> *Vinaceorum halitu*] Quibus scilicet uvæ stipantur ollis inclusæ. Supra XIV. 3. 'Aliæ in sua tantum con-

tinentur anima, ollis fictilibus, et insuper doliis inclusæ, stipatæ vinaceis circumsudantibus.'

<sup>n</sup> *Uvæ florem*] Simile illud est, quod superius attulit, XIV. 18. de vitis labruscæ acinis: 'Universi nunquam maturescunt: et si prius, quam tota marcescat uva, incocta detur gallinaceo generi, fastidium gignit uvas appetendi.'

<sup>o</sup> *Nuclei acinorum*] Diosc. v. 3. Acini grana sunt uvarum: nuclei acinis, seu granis, includuntur.

<sup>p</sup> *Tosti tritique*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Inspergitur*] Diosc. *Φρυγέτια δὲ, καὶ ἀντὶ ἀλφίτου ἐπιπλασσομένα λεία, ἀρμόζει δυσεντερικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ τοῖς τὸν στόμαχον ἀναλελυμένοις.*

stomacho. Decocto etiam eorum fovere psoras et pruritus utilis est.

X. Vinacei per se minus capiti aut vesicæ nocent, quam nuclei: mammarum<sup>r</sup> inflammationi triti cum sale utiles. Decoctum eorum<sup>s</sup> veteres dysentericos et cœliacos juvat, et potione, et fotu.

XI. Uva theriace,<sup>a</sup> de qua suo loco diximus, contra serpentium ictus estur. Pampinos quoque<sup>b</sup> ejus edendos censent, imponendosque, vinumque et acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim habet.<sup>1</sup>

XII. Uva passa, quam astaphida<sup>c</sup> vocant, stomachum, ventrem et interanea<sup>t</sup> tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exemtis<sup>d</sup> vesicæ utilis habetur: et tussi,<sup>2e</sup> alba utilior. Utilis et arteriæ et renibus: <sup>f</sup> sicut ex his passum privatim e serpentibus contra hæmorrhoida<sup>3</sup> potens. Testium inflammationi<sup>g</sup> cum farina cumini aut coriandri<sup>4</sup> imponuntur: item carbunculis,<sup>h</sup> articulariis<sup>5</sup>

//////////

CAP. XI. 1 Edd. vett. *vim habent*.

CAP. XII. 1 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ventrem, interanea Gronov. et al. vett.*—2 Dalec. *sed tussi.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hæmorrhoidam.*—4 Ibid. e Diosc. *fabarum.*—5 Ita ex codd. Harduinus et re-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Mammarum*] Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ στέμφυλον αὐτῶν ἀποτεθὲν, καταπλάττεται μεθ' ἄλῶν πρὸς φλεγμονὰς, καὶ σκληρίας, καὶ σπαργῶσιν μαστῶν. *Reconditi vinacei, inflammatis, præduris, ac lacte turgentibus mammis cum sale imponuntur.*

<sup>s</sup> *Decoctum eorum*] Dioscor. loco citato.

<sup>a</sup> *Uva theriace*] De qua XIV. 22. Quæ de hoc uvæ genere Plinius refert, ea totidem verbis recitat auctor Geopon. IV. 7. p. 107.

<sup>b</sup> *Pampinos quoque*] Nunc pampinos pro foliis accipit: nam Græcus auctor proxime laudatus habet, τὰ φύλλα τῆς ἀμπέλου λειομένα, καὶ ἐπιτιθέμενα.

<sup>c</sup> *Uva passa, quam astaphida*] Hæc totidem fere verbis Diosc. v. 4. ubi hanc uvam σταφίδα vocat, quam ceteri Attice ἀσταφίδα. Vide Lexicon Constantini.

<sup>d</sup> *Iis exemtis*] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Et tussi*] Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Utilis et arteriæ, et renibus*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Testium inflammationi*] Diosc. loc. cit. totidem fere verbis: sed pro coriandri farina, fabarum lomentum adhibet. Idem tamen, III. 71. cum uva passa coriandrum testium inflammationibus, carbunculisque auxiliari prodidit.

<sup>h</sup> *Item carbunculis*] Diosc. totidem verbis.

morbis, sine nucleis tritæ cum ruta : fovere ante vino ulcera oportet. Sanant epinyctidas,<sup>1</sup> et ceria : et dysenteriam<sup>6</sup> cum suis nucleis. Et in oleo coctæ gangrænis<sup>j</sup> illinuntur cum cortice raphani et melle. Podagris<sup>k</sup> et unguium mobilibus cum panace, et per se ad purgandum os caputque, cum pipere commanducantur.

XIII. Astaphis agria, sive staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso :<sup>1</sup> suum enim genus<sup>m</sup> habet, cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ : fert folliculos verius, quam acinos, virides, similes ciceri : in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia : nigrescitque, cum taminie rubentes norimus acinos, sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. His nucleis<sup>n</sup> ad purgationem uti non censuerim, propter ancipitem strangulationem : nec ad pituitam oris siccandam,<sup>1°</sup> fauces enim lædunt. Phthiriasi<sup>p</sup> caput et reliquum corpus liberant triti, facilius

//////////

centt. *articularibus* edd. vett. et Gronov.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sanant epinyctidas et dysenteriam* Gronov. et vulgg. *Sic sanant et, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.

CAP. XIII. 1 Vet. Dalec. *ciendam* ; margo edd. Dalec. et Gronov. *citantam*. Mox, Chiffi. *quæ fauces lædunt*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *urunt*, e

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Sanant epinyctidas*] Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>j</sup> *Et in oleo . . . gangrænis*] Et his quoque opitulari, scribit Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> *Podagris*] Hæc verbis totidem Diosc. loc. cit.

<sup>1</sup> *Astaphis . . . taminiam aliqui vocant falso*] Carpere Corn. Celsum, tacito viri nomine, videtur, cuius hæc verba III. 21. 'Uva taminia, quam σταφίδα ἀγρία Græci nominant.'

<sup>m</sup> *Suum enim genus*] Suum enim σταφίς ἀγρία genus habet diversum a taminia. Describitur illud a Diosc. IV. 156. Σταφίς ἀγρία, φύλλα μὲν ἔχει ὡς περ ἀμπέλου ἀγρίας ἐπεσχισμένα, καυλά ὀρθὰ, μέλανα . . . τὸν δὲ καρπὸν ἐν θυλακίοις χλωροῖς ὡς περ ἐρεβίνθου, τρίγω-  
Delph. et Var. Clus.

ρον, κ. τ. λ. Quæ sunt Plinianis prorsus gemina, pariaque. Pingitur a Dodonæo, p. 362. In officinis retinet nomen : Gallia pediculari vocat, l'Herbe aux poux. Et vetus illa quidem appellatio est, Scribonio quoque Largo agnita Compos. 8. 'Ad capitis dolorem :' Σταφίδος ἀγρίας, quam herbam pediculariam, quod pediculos necat, quidam appellant.'

<sup>n</sup> *His nucleis*] Diosc. iisdem verbis IV. 156.

<sup>o</sup> *Nec ad . . . siccandam*] Hoc est, trahendam, et exhauriendam. Nam, Diosc. teste, loc. cit. plurimam pituitam commanducata trahit : διαμασσηθεῖσα δὲ, φλέγμα ἄγει πλείστον.

<sup>p</sup> *Phthiriasi*] Iisdem verbis Diosc. loc. cit. Et Theod. Priscianus I. 4.

Plinius.

10 G

admixta sandaracha : item pruritu,<sup>q</sup> et psoris. Ad dentium<sup>r</sup> dolores decoquuntur in aceto, ad aurium vitia, rheumatismum<sup>s</sup> cicatricum,<sup>2</sup> ulcerum manantia. Flos tritus in vino contra serpentes bibitur : semen enim<sup>3</sup> abdicaverim, propter nimiam vim ardoris. Quidam eam pituitariam<sup>4</sup> vocant, et plagis serpentium utique illinunt.

XIV. Labrusca quoque œnanthen fert, satis dictam,<sup>a</sup> quæ<sup>1</sup> a Græcis ampelos agria appellatur, spissis et candidibus foliis, geniculata, rimoso cortice : fert uvas rubentes cocci modo, quæ cutem<sup>b</sup> in facie mulierum purgant, et varos :<sup>c</sup> coxendicum et lumborum vitiis<sup>2</sup> tusæ, cum foliis et succo prosunt. Radix decocta in aqua, pota in vini Coi cyathis duobus, humorem alvi<sup>d</sup> ciet :<sup>3</sup> ideo hydropicis

Diosc.—2<sup>1</sup> E Dioscoride IV. 156. emendandum, *rheumatismum*, sen fluxiones, *gingivarum*, οὐδὰ τε ρευματιζόμενα. Plinius adhuc οὐδὰς pro οὐδὰ legit. Broctier. Mox, *ulcera manantia* Vet. Dalec.—3<sup>1</sup> In Ms. deest enim. Lego, etiam. Dalec.—4 Vet. Dalec. *pedicularum*.

CAP. XIV. 1 Vet. Dalec. *dictam*. Quæ.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. recentt. et Vet. Dalec. *et variis coxendicum et l. vitiis* Gronov. et vulgg.—3 Margo

#### NOTÆ

‘de pediculosis :’ ‘Staphidos agriae unciis II. Sandarachæ unci auna, cum oleo et aceto, postquam contriveris, omne corpus perungendum est.’ Atque inde sane pediculariæ appellatorem traxit. Nam φθείρες Græcis *pediculi* sunt.

<sup>q</sup> Item *pruritu*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Ad dentium*] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Rheumatismum*] Quid rheumatismus cicatricum sit, nec scio ego, nec Medicorum quisquam scit. Suspicio vero apud scriptorem Græcum, a quo hæc accepta, legisse Plinium, id quod apud Dioscoridem hodieque extat, IV. 156. οὐδὰ τε ρευματιζόμενα, hoc est, *gingivarum fluxiones*, quas Græci rheumatismos vocant : deceptum porro affinitate vocum, οὐδὰς intellexisse, quæ vox *cicatrices* sonant. Nisi forte, ut diximus c. 4. humentia adhuc vulnera intelligit.

<sup>1</sup> *Quidam eam pituitariam*] Quod pi-

tuitam, ut dictum est, e capite eliciat : quod Galenus confirmat de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 161. Ἀποφλεγματίζει.

<sup>a</sup> *Labrusca . . . satis dictam*] Lib. XII. c. 61. Sic quoque fere describitur a Diosc. IV. 183. Ἄμπελος ἀγρία κλήματα ἀνήσι μακρὰ, ὡς ἀμπέλου, ξυλάδη, τραχέα, φλοιοῦ βραγούνητα . . . καρπὸν δὲ βοτρυδίοις μικροῖς ὅμοιον, πεπαινώμενον ἐρυθρόν. *Sarmenta vitis modo longa emittit, eaque lignosa, aspera, et rimoso cortice . . . fructum exiguis uvis similem, atque, ubi maturitatem est assecutus, rubentem.* Hæc vitis sylvestris Dodonæi est, p. 396. ut diximus XXI. 50.

<sup>b</sup> *Quæ cutem*] Maculas a Sole contractas, ceterasque omnes, hujusce vitis uva purgati, scribit Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Et varos*] Vide Notas et Emend. num. 6.

datur. Hanc potius crediderim esse, quam vulgus uvam taminiam vocat. Utuntur ea pro amuleto: et ad exspuitionem<sup>e</sup> sanguinis<sup>4</sup> quoque adhibent, non ultra gargarizationes, et ne quid devoretur,<sup>f</sup> addito sale thymo, aceto mulso. Ideo<sup>5</sup> et purgationibus ancipitem putant.

XV. Est huic similis, sed in salictis nascens: ideo distinguitur nomine, cum eodem usus habeat, et salicestrum vocatur. Scabiem<sup>g</sup> et pruriginem hominum quadrupedumque aceto mulso trita hæc efficacius tollit.

XVI. Vitis alba est,<sup>h</sup> quam Græci ampeloleucen,<sup>i</sup> alii ophiostaphylon,<sup>j</sup> alii melothron, alii psilothrum, alii archezostiu, alii cedrostin, alii madon appellant. Hujus sarmenta<sup>j</sup> longis et exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia pampinosa<sup>k</sup> ad magnitudinem hederæ, dividuntur ut



edd. Dalec. et Gronov. *aquosa purgat*, e Diosc.—4 Vet. Dalec. *sanis*. Mox, Dalec. *et ultra ad gargarizationes*.—5 *Idem* cod. Dalec. *Eadem* al. ap. eundem.

CAP. XVI. 1 Chiff. *staphylen*.—2 *Idem cocti* in eodem.—3 Margo edd.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Humorem alvi*] Aquas quæ alvo continentur: ὑδατῶδες καθαίρει, inquit Diosc. loc. cit. δίδοται δὲ καὶ ὑδρωπικοῖς, *aquosa purgat: ideo hydropicis datur*. Celsus item, III. 21. quanquam is uvam taminiam, quam præberi hydropicis præcipit, falso, ut dictum est, σταφίδα ἀγρίαν vocat.

<sup>e</sup> *Ad exspuitionem*] Contra exscreationem sanguinis.

<sup>f</sup> *Et ne quid devoretur*] Ita ut ne quid sorbeatur ex eo decocto, vel glutiatnr.

<sup>g</sup> *Scabiem*] Scribonius Largus Compos. 243. 'Ad papulas in capite effervescentes, vel qualibet parte corporis totius pruriginem, staphis agria trita, &c. Item alumen liquidum ex aceto, staphiide agria adjec-ta,' &c.

<sup>h</sup> *Vitis alba est*] Ita Dioscor. IV. 184. Ἄμπελος λευκή, οἱ δὲ βρυωνίαν, οἱ δὲ ὀφιοστάφυλον, οἱ δὲ χελιδόνιον, ἢ

μῆλωθρον, ἢ ψιλῶθρον, ἢ ἀρχέζωστιν, ἢ ἀγρωστιν, ἢ κέδρωστιν καλοῦσι. Habet eadem libelli ejus auctor, qui Kiranidium Kirani falso inscribitur, pag. 13. Hippocr. de Fistul. tex. 6. pag. 686. Τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίης, ἣν ἔνιοι καλοῦσι ψιλῶθριον. De causa hujus appellationis dicemus xxxii. 24. A Dodonæo pingitur p. 395. Visa a nobis in horto Regio: Gallis, *Coulevrée*.

<sup>i</sup> *Ampeloleucen*] Ἄμπελον λευκήν, a radice colore. Ὀφιοστάφυλον, quasi *anguina* uva, quod in sepibus nascitur, in quibus angues plerumque latent, &c.

<sup>j</sup> *Hujus sarmenta*] Dioscor. locis cit. et auctor Kiranidium Kirani, pag. 14.

<sup>k</sup> *Folia pampinosa*] Folia pampinis seu claviculis instructa tortilibus, similia hederaceis, sativam vitem imitantur. Diosc. locis cit. Ταύτης τὰ κλήματα, καὶ τὰ φύλλα, καὶ αἱ ἔλικες,

vitium. Radix alba, grandis, raphano similis initio: ex ea caules<sup>1</sup> asparagi similitudine exeunt. Hi decocti<sup>2</sup> in cibo alvum et urinam cient. Folia et caules<sup>m</sup> exulcerant corpus: utique ulcerum phagedænis et gangrænis, tibiærumque tædio<sup>3</sup> cum sale illinuntur. Semen<sup>4</sup> in uva<sup>o</sup> raris acinis dependet, succo rubente, postea croci. Novere id qui coria perficiunt: illo enim utuntur. Psoris<sup>p</sup> et lepris illinitur. Lactis abundantiam<sup>q</sup> facit coctum cum tritico, potumque. Radix<sup>r</sup> numerosis utilitatibus nobilis, contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis<sup>s</sup> in facie, varosque, et lentigines, et sugillata emendat, et cicatrices. Eademque<sup>t</sup> præstat decocta in oleo. Decoctæ<sup>u</sup> datur et comitialibus potus: item mente<sup>v</sup> commotis, et vertigine<sup>6</sup> laborantibus, drachmæ pondere quotidie anno toto. Et ipsa autem largior aliquanto sensus purgat.<sup>7</sup> Illa vis præclara,<sup>x</sup> quod ossa infracta ex-

Dalec. et Gronov. putridis, e Diosc.—4 Fructum Dalec.—5 Vet. Dalec. oleo. Datur et c. in potu.—6 Chiffi. aut vertigine.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov.

## NOTE

ἄμοια τῇ ἡμέρῳ ἀμπέλφ, κ. τ. λ.

<sup>1</sup> Ex ea caules] Diosc. loc. cit. Ταύτης οἱ ἀσπάραγοι κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν ἐσθίονται, οὕρῃσιν καὶ κοιλίαν κινεῶντες.

<sup>m</sup> Folia et caules] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. et auctor proxime laudatus, pag. 10.

<sup>n</sup> Tibiærumque tædio] Tibiarum putridis ulceribus, καὶ σαπροκνήμων ἐλκῶν, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> Semen in uva] Diosc. καρπὸν, fructum, dixit: quod Plinius, ut ei solenne est, semen transtulit. Καρπὸν δὲ, inquit ille, ἔχει βοτρυοειδῆ, πυρρὸν, ᾧ ψιλοῦνται τὰ δέρματα. Fructum gerit racemosum, rufum, quo coria depilantur. Sic etiam auctor Kiranidum Kirani pag. 14.

<sup>p</sup> Psoris] Diosc. loc. cit. et auctor libri, cui titulus Kiranidum Kirani, pag. 13.

<sup>q</sup> Lactis abundantiam] Auctores mox laudati, iisdem locis.

<sup>r</sup> Radix] Totidem verbis Diosc. loc. cit. et auctor modo laudatus, pag. 13.

<sup>s</sup> Vitia cutis] Diosc. loc. cit. et auctor proxime citatus pag. 12.

<sup>t</sup> Eademque] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Decoctæ] Radicis videlicet: atque ita sane Diosc. loc. cit. et auctor Kiranidum Kirani, p. 13. 'Ad epilepsiam,' inquit, 'bibitum < 1. per annum quoque die cum oxymelle.'

<sup>v</sup> Item mente] Diosc. loc. cit. et auctor modo appellatus, pag. 13.

<sup>w</sup> Sensus purgat] Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>x</sup> Illa vis præclara] Diosc. loc. cit. 'Ανάγει δὲ καὶ ὄστᾶ, λεῖα καταπλασσομένη. Sic etiam auctor Kiranidum Kirani pag. 9. et 10.

trahit in aqua, imposita,<sup>8</sup> ut bryonia; quare quidam<sup>y</sup> hanc albam bryoniam<sup>9</sup> vocant. Alia vero nigra<sup>z</sup> efficacior in eodem usu cum melle et thure. Suppurationes<sup>10 a</sup> incipientes discutit, veteres maturat et purgat. Ciet menses<sup>b</sup> et urinam. Ecligma<sup>c</sup> ex ea fit suspiriosis, et contra lateris dolores, vulsis, ruptis.<sup>11</sup> Splenem<sup>d</sup> ternis obolis pota triginta diebus consumit. Illinitur<sup>e</sup> eadem cum fico et pterygiis digitorum. Ex vino<sup>f</sup> secundas foeminarum apposita trahit: et pituitam,<sup>g</sup> drachma pota in aqua mulsa, succus radicis. Colligi debet ante maturitatem seminis: qui<sup>12</sup> illitus<sup>h</sup> per se et cum ervo, lætiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat corpora. Tunditur<sup>13</sup> ipsa radix cum pingui fico, erugatque corpus, si statim bina stadia ambulentur: alias urit, nisi frigida abluatur.<sup>14</sup> Jucundius hoc idem præstat nigra vitis, quoniam alba prurimum affert.



turbat, e Diosc.—8 Ibid. ex eodem, *extrahit trita in aqua et imposita*.—9 Vet. Dalec. *ut et bryon*.—10 *Alba vero, &c.* Vet. Dalec. *Alia vero nigram, efficaciorum in eodem usu. Cum melle et thure suppurationes alii* vet. ap. Dalec.—11 Chiffi. *corruptis*.—12 Edd. vet. *mulsa. Succus radicis colligi debet . . . qui, &c.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *mulsa succus radicis. Colligi debet vere: qui, &c.* e Diosc.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *corpora: serpentes fugat. Tunditur* Gronov. et vulgg. ‘*Hæc duo verba, serpentes fugat, supervacua sunt, nec in codd. leguntur.*’ Dalec.—14 Vet. Dalec. *frigida statim abluatur.*

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Quare quidam*] In quibus est Dioscor. iv. 184. et auctor Kiranidum Kirani pag. 8. et 13. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. vi. 34. pag. 155.

<sup>z</sup> *Alia vero nigra*] De qua cap. seq.

<sup>a</sup> *Suppurationes*] Redit ad vitem albam, cujus dotes absolvit. Inflammationes discutere, ac rumpere abscessus scribit Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> *Ciet menses*] Diosc. et Kiranidum auctor pag. 13.

<sup>c</sup> *Ecligma*] Diosc. loc. cit. Ἐκλεικτον δὲ μετὰ μέλιτος δι' αὐτῆς, τοῖς πνιγόμενοις, καὶ δυσπνοῦσι, καὶ θήσσοσι, πλευράν τε ἀλγοῦσι, καὶ βήγμασι, καὶ πᾶσαι δίδονται.

<sup>d</sup> *Splenem*] Diosc. et Kiranidum

auctor locis cit. Apuleius quoque cap. 66.

<sup>e</sup> *Illinitur*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 155.

<sup>f</sup> *Ex vino*] Diosc. loc. cit. Προσθεῖσαι ὑστέρα, ἔμβρυα καὶ δεύτερα ἐπισπάται. *Apposita, sive in pessa subdita, partus et secundas morantes trahit.* Sic et Kiranidum auctor pag. 13.

<sup>g</sup> *Et pituitam*] Diosc. loc. cit. Χυλίζεται δὲ ἡ ρίζα αὐτῆς ἕαρος πίνεται δὲ σὺν μελικράτῳ ὁ χυλὸς. . . ἄγων φλέγμα. *Succus e radice vere exprimitur, qui ex aqua mulsa potus, . . . pituitam trahit.*

<sup>h</sup> *Qui illitus*] Diosc. loc. cit. et auctor Kiranidum pag. 12.

XVII. Est ergo et nigra,<sup>1</sup> quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynæcanthen, aut aproniam, similem priori, præterquam colore.<sup>1</sup> Hujus enim nigrum esse diximus.<sup>1</sup> Asparagos ejus Diocles<sup>k</sup> prætulit veris asparagis in cibo, urinæ ciendæ, lienique minuendo. In fructectis et arundinetis<sup>2</sup> maxime nascitur. Radix<sup>1</sup> foris nigra, intus buxæo colore, ossa infracta vel efficacius<sup>3m</sup> extrahit, quam supra dicta. Ceterum eidem<sup>n</sup> peculiare est, quod jumentorum cervicibus unice medetur. Aiunt si quis villam ea præcinxerit,<sup>4o</sup> fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites.<sup>p</sup> Eadem in jumento homineque, flemina,<sup>5q</sup> aut sanguinem, qui se ad talos dejecerit, circumligata sanat. Et hactenus de vitium generibus.

XVIII. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter utrumque: aliaque, ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum: cura<sup>r</sup> differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hæc dixisse conveniat. Mustum<sup>s</sup> omne stomacho inutile, venis jucundum.



CAP. XVII. 1 Dalec. *similis pr. præt. acini colore*.—2 Gronov. *harundinetis*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *inefficacius*, e Diosc.—4 Ita Hardnu. 1. 2. 3. et recentt. *villam ea tinxerit* edd. vet. et Gronov. *in villa extruxerit* cod. Dalec. *villam ea cinxerit* alii ap. Dalec.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *phlegma* Gronov. et vulg.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Est ergo et nigra*] De qua Dioscorides iv. 185. Ἄμπελος μέλαινα, οἱ δὲ βρυωνία μέλαινα, οἱ δὲ χειρώνειον ἄμπελον. Eadem ex Crateva refert Nicandri Scholiastes in Theriac. pag. 39. Colore tantum ab alba discrepat: in Saxonia, Westphalia, Pomerania gignitur, ut Dodonæus testatur pag. 395.

<sup>1</sup> *Hujus enim . . . . diximus*] Sup. cap.

<sup>k</sup> *Asparagos ejus Diocles*] Et post Dioclem Dioscorides iv. 185.

<sup>1</sup> *Radix*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Vel efficacius*] At Diosc. ἤπτονον μέντοι ἐνεργεί, inefficacius prodest.

Dioscoridem sequitur Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 155.

<sup>n</sup> *Ceterum eidem*] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Aiunt si quis villam ea præcinxerit*] Ita scripsimus ex vestigiis veterum codicum, pro *tinxerit*, quod est insulsum.

<sup>p</sup> *Villaticas alites*] Gallinas videlicet: quibus præterea vitis alba utilis est contra pituitam, ut dictum est x. 78.

<sup>q</sup> *Flemina*] Quid flemina sint, ipse verbis statim subsequentibus aperit. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>r</sup> *Cura*] Ars, industriaque hominum.

<sup>s</sup> *Mustum*] Vinum novum: unde



A balineis<sup>t</sup> raptim et sine interspiratione potum, necat. Cantharidum<sup>u</sup> naturæ adversatur. Item serpentibus, maxime hæmorrhoidi, et salamandræ. Capitis dolores facit, et gutturi inutile: prodest renibus, jocineri, et interaneis vesicæ: collævat<sup>v</sup> enim ea. Privatim contra buprestim valet. Contra meconium,<sup>w</sup> lactis coagulationem,<sup>x</sup> cicutam, toxicam,<sup>y</sup> dorycnium, ex oleo potum, redditumque vomitionibus. Ad omnia infirmius album, jucundius passi mustum,<sup>z</sup> et quod minorem capitis dolorem afferat.

XIX. Vini genera<sup>a</sup> differentiasque perquam multas exposuimus, et fere cujusque proprietates. Neque ullâ<sup>t</sup> pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe cum sit tardum dictu,<sup>b</sup> pluribus prosit an noceat. Præterea quam ancipiti eventu potu<sup>2</sup> statim auxilium fit, aut venenum! Etenim de natura ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Unum de dando eo volumen Asclepiades condi-



CAP. XIX. 1 *Neque est ulla* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

musteum vocatur, quicquid novellum, inquit Nonius.

<sup>t</sup> *A balineis*] Diosc. in Alexiph. cap. 34. Καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ποθὲν, ἢ ἄκρατος πολλὸς, καὶ γλυκὺς οἶνος ποθὲς, κ. τ. λ. *Aqua etiam frigida unico haustu, ac sine interspiratione bibita, aut meracum vinum, passumve liberalius haustum, præsertim a balneo, aut cursu, et concitatore quavis exercitatione, strangulatus ac dolores infert.*

<sup>u</sup> *Cantharidum*] Adversus cantharidas vinum dulce liberalius hauriendum monet Diosc. in Alexiph. cap. 1.

<sup>v</sup> *Collævat*] Læviorem facit vesicam, et magis lubricam. Egimus de hac voce xvii. 35. Cave Stephano credas, qui *collèvare* pntat hic esse ἐπικουφίσειν, cum potius sit ἐπιλαλεῖν.

<sup>w</sup> *Contra meconium*] Scribonius Largus Comp. 180. 'Ad opium, sive meconium: Prodest et vini cyathus, et passii, et olei cyathus. . . . Item vi-

num et acetum pari mensura datum ex aqua mulsa cum rosa ejus mensuræ, ita ut ista subinde cogatur rejicere,' &c. Opium, sive meconium, papaveris viridis succus est. Potum facit capitis gravitatem, gelationem, et livorem artuum. . . . Præterea spirationem impedit, mentem soporat, sensusque abalienat, &c. Hæc idem Largus, loc. cit.

<sup>x</sup> *Lactis coagul.*] Lac potum, si in stomacho coagulatur, et congelatur, hominem præfocat. Vide Scribon Largus Compos. 197.

<sup>y</sup> *Toxica*] Toxicum genus est veneni nobis haud satis exploratum. De dorycnio diximus xxi. 105.

<sup>z</sup> *Passi mustum*] Vini dulcis mustum.

<sup>a</sup> *Vini genera*] Lib. xiv. cap. 8. 9. 10.

<sup>b</sup> *Tardum dictu*] Ita libri omnes. Forte, *arduum dictu*.

dit; ab eo cognominatum: <sup>3</sup> qui vero postea de volumine illo disseruere, innumera. Nos ista Romana gravitate, artiumque liberalium appetentia, non ut medici, sed ut iudices <sup>4c</sup> salutis humanæ, diligenter distinguemus. De generibus singulis disserere immensum et inexplicabile est, discordibus medicorum sententiis.

XX. Surrentinum veteres maxime probavere: sequens ætas Albanum aut Falernum. Deinde <sup>1</sup> alia alii iniquissimo genere decreti, quod cuique gratissimum, ceteris omnibus pronuntiando. <sup>2</sup> Quin, ut constarent <sup>3d</sup> sententiæ, quota portio tamen mortalium his <sup>4</sup> generibus posset uti? Jam vero nec proceres unquam <sup>5</sup> sinceris. Eo venere mores, ut nomina modo cellarum veneant, statimque in lacubus vindemiæ adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocentius jam est quodcumque et ignobilius. Hæc tamen facere constantissime videntur victoriam, <sup>6</sup> quorum mentionem fecimus. <sup>7</sup> Si quis hoc quoque discrimen exigit, Falernum nec in novitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media ejus ætas a quintodecimo anno incipit. Hoc non rigido <sup>f</sup> potu stomacho utile, non item <sup>8</sup> in calido. Et in diutina <sup>g</sup> tussi sorbetur merum utiliter a jejunis: item in quartanis. Nullo æque venæ excitantur. Alvum sistit, corpus alit. Creditum est <sup>h</sup> obscuritatem

~~~~~

potum. Mox, cod. Dalec. quæ ad rem. tant. pertinet.—3 Codd. Regg. Brot. 1. 2. cognominatus.—4 Editio princeps et Chiffi. ut indices.

CAP. XX. 1 Et deinde Chiffi.—2 Vet. Dalec. præferendo; alii vett. ap. eundem, præponendo.—3 Vet. Dalec. constant.—4 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. iis Gronov. et al. vett.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. usquam edd. vett. Gronov. et Franz.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. videntur sententiæ victoriam edd. vett. et Gronov. victoriam deest in Chiffi.—7 Gronov. et al. ante Harduin. exigit.—8 Hoc non frigidum stomacho potu inutile: non idem cod. Da-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Sed ut iudices] Codices aliqui Mss. indices.

<sup>d</sup> Quin, ut constarent] Quamvis constarent sententiæ.

<sup>e</sup> Quorum mentionem fecimus] Surrentinum, Albanum, Falernum. In quibus et ætatis differentia est.

<sup>f</sup> Hoc non rigido] Non adeo frigido potu.

<sup>g</sup> Et in diutina] Plinius Valer. 1. 58. iisdem fere verbis.

<sup>h</sup> Creditum est] Creditum Diosc. v. 10. Κύστει ἕθερος, καὶ ἀμβλυνοπούσι.

visus facere: nec<sup>9</sup> prodesse nervis, aut vesicæ. Albana nervis<sup>i</sup> utiliora. Stomacho<sup>j</sup> minus, quæ sunt dulcia: austerata vel Falerno utiliora. Concoctionem minus adjuvant: stomachum modice implent. At Surrentina<sup>k</sup> nullo modo, nec<sup>10</sup> caput tentant: stomachi et intestinorum rheumatismos cohibent. Cæcuba jam non gignuntur.<sup>11</sup>

XXI. At quæ supersunt Setina, cibos concoqui cogunt. Virium plus Surrentina, austeritatis Albana, vehementiæ minus Falerna habent.<sup>1</sup> Ab his Statana non longo intervallo afuerint. Alvo citæ<sup>1</sup> Signinum maxime conducere indubitatum est.

XXII. Reliqua in commune dicentur. Vino aluntur vires, sanguis, colosque hominum. Hoc quoque distat orbis medius,<sup>m</sup> et mitior plaga a circumjectis:<sup>1</sup> quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. Lactis<sup>2</sup> potus ossa alit, frugum nervos, aquæ carnes. Ideo minus ruboris est in corporibus illis, et minus roboris, contraque labores patientiæ. Vino modico nervi juvantur, copiosiore læduntur: sic et oculi. Stomachus recreatur: appetentia<sup>3</sup> ciborum<sup>n</sup> invitatur: tristitia et cura hebetatur: urina et algor expellitur: somnus conciliatur. Præterea vomitiones sis-

lec.—9 Chiffi. *necnon*.—10 Conjunctio *nec* deest in Vet. Dalec.—11 *Cæcubum jam non gignitur* al. ap. Dalec.

CAP. XXI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Surrentino . . . Albano . . . minus Falerno* Gronov. et al. vett. *minus quam Falerno* Vet. Dalec. *minus Falerno habent* Chiffi.

CAP. XXII. 1 Chiffi. *circumtectis*.—2 *Lactus* Chiffi. unde Dalec. *conjectabat, lacteus*. Mox, *aqua carnes* Chiffi.—3 *Idem codex, et appetentia*. Mox,

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Albana nervis*] Diosc. loc. cit. Ἰαλβανὸς . . . τοῦ νευράδου ἦτρον κακωτικός.

<sup>j</sup> *Stomacho*] Stomachio minus utilia ex Albanis ea quæ sunt dulcia. Diosc. loc. cit. Ὁ δὲ Ἰαλβανὸς . . . ἔγγλυκος, ἐμπνευματῶν στόμαχον . . . παλαιωθείς δὲ οὗτος, ἀσθηρὸς γίνεται.

<sup>k</sup> *At Surrentina*] Diosc. totidem verbis loc. cit. Ὁ δὲ Συρρεντίνος, ἀσθηρὸς ἰκανῶς ἐστίν, ὅθεν ἐντέρων καὶ στο-

μάχου βέσμα ἴσθησι κεφαλῆς τε ἦτρον ἀπτεται.

<sup>1</sup> *Alvo citæ*] Vide quæ diximus in eam rem XIV. 8.

<sup>m</sup> *Orbis medius*] *Zona*, ut aiunt, temperata, torridam inter gelidamque media.

<sup>n</sup> *Appetentia ciborum*] *Martialis* v. 79. 'Post hæc omnia forte si movebit Bacchus, quam solet, esuritio-nem,' &c.

tit: collectiones extra lanis humidis impositis mitigat. Asclepiades utilitatem vini æquari vix Deorum potentia pronuntiavit.<sup>4</sup> Vetus copiosiore aqua miscetur, magisque urinam expellit: minus siti resistit. Dulce minus inebriat, sed stomacho innatat:° austerum facilius concoquitur. Levissimum est, quod celerrime inveteratur. Minus infestat nervos,<sup>p</sup> quod vetustate dulcescit. Stomacho<sup>q</sup> minus utile est pingue, nigrum, sed corpora magis alit. Tenue et austerum minus alit, magis stomachum<sup>r</sup> nutrit. Celerius per<sup>s</sup> urinam transit, tantoque magis<sup>5</sup> capita tentat: hoc et in omni alio succo semel dictum sit. Vinum si sit fumo<sup>6</sup> inveteratum insaluberrimum est. Mangones ista in apothecis excogitavere. Jam et patresfamilias ætatem addi<sup>u</sup> his, quæ per se cariem traxere.<sup>7</sup> Quo certe vocabulo satis consilii<sup>v</sup> dedere prisci: quoniam et in materiis<sup>8</sup> cariem fumus erodit: at nos e diverso fumi amaritudine



*tristitiæ cura* Vet. Dalec.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *potentia posse pronuntiavit* edd. vett. et Gronov.—5 Chiffi. *tanto magis*.—6 *Vinum Situinum fumo* Chiffi. et in lemmate hic apposito, *De vino Situino med.* Dalec.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *addunt his quæ per se cariem trahunt* Chiffi. *ad-emere his, quæ per se cariem traxere* Gronov. et vulgg.—8 *Ceterum in materiis*

## NOTÆ

° *Stomacho innatat*] Stomachum inflare, *στομάχου πνευματωτικόν*, dixit Diosc. v. 8.

<sup>p</sup> *Minus infestat nervos*] Et renes Diosc. v. 11. *Οἱ μέντοι παλαιοὶ, καὶ γλυκεῖς, πρὸς τὰ περὶ νέφρου ἐπιτηδεύουσι*.

<sup>q</sup> *Stomacho*] Quod pingue est, et idem nigrum, stomacho minus utile est. Diosc. v. 11. *Οἱ δὲ παχέως καὶ μέλανες κακοστόμαχοι, φυσσώδεις· σαρκὸς μέντοι γεννητικοί*.

<sup>r</sup> *Magis stomachum*] Et Celsus 11. 24. inter ea quæ stomacho idonea sunt, 'vinum austerum' annumerat, 'licet jam asperum sit.'

<sup>s</sup> *Celerius per*] Hæc pariter Diosc. v. 9. et 11. Idcirco fortassis hydro-

picis dari Celsus idem jubet l. XXI. 'vinum austerum, sed quam tenuissimum.'

<sup>t</sup> *Vinum si sit fumo*] Dolia vel apothecas ipsas iis locis superponebant, unde fumum accipere, et vetustatem facilius citiusque mentiri vina possent. Hinc Venusinus poeta, III. Od. 8. laudat 'Amphoram fumum bibere institutam.'

<sup>u</sup> *Ætatem addi*] Patresfamilias etiam excogitavere quemadmodum adderetur ætas iis, quæ vetustatem per se sine fumo acquirerent. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>v</sup> *Satis consilii*] Non esse a fumo, sed ab ipsa vini indole, cariem vetustatis expectandam.

vetustatem indui<sup>9</sup> persuasum habemus. Quæ sunt admodum exalbida, hæc vetustate insalubria fiunt.<sup>10</sup> Quo generosius<sup>w</sup> vinum est, hoc magis vetustate crassescit, et in amaritudinem corpori minime utilem coit. Condire eo aliud minus annosum, insalubre est. Sua cuique vino saliva<sup>x</sup> innocentissima,<sup>a 11</sup> sua cuique ætas gratissima, hoc est, media.

XXIII. Corpus augere volentibus, aut mollire alvum,<sup>a</sup> conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus, alvumque cohibentibus,<sup>b</sup> sitire in edendo, postea parum bibere. Vinum jejunos<sup>c</sup> bibere, novitio invento, inutilissimum est curis, vigoremque animi<sup>t</sup> ad procinctum<sup>d</sup> tendentibus: somno vero ac securitatibus jamdudum hoc fuit,<sup>e</sup> quod Homericæ illa<sup>f</sup> Helena ante cibum ministravit. Sic quoque in proverbium cessit, 'Sapientiam vino<sup>g</sup> obumbrari.'

<sup>a</sup> *Suus cuique vino naticus sapor, sine ulla conditura, saluberrimus est.*

//////////

Vet. Dalec.—9 Idem Vet. *induci*.—10 Ita Harduin. et recentt. *salubria* Gronov. et vulgg. in *salubria* Franz.—11 Hæc, *Sua cuique v. s. innocentissima*, desunt in Cliffl.

CAP. XXIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inutilissimum est. Curas vigoremque animi impendit* Gronov. et vulgg. *Mox, vero accommodatum ac se-*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Quo generosius]* Vide quæ in eam sententiam diximus XIV. 6.

<sup>x</sup> *Sua . . . saliva]* Hoc est, suus naturalis sapor, sine condimento nullo. Hoc enim vocabulo illud expressit, quod prolixius Columella XII. 19. cui titulus est, 'de pluribus generibus conditurarum, quibus vinum confirmatur: 'Quæcumque vini nota,' inquit, 'sine condimento valet perennari, optimam esse eam censemus: nec omnino quicquam permiscendum, quo naturalis sapor ejus infuscetur.' Salivam pro gustu, seu sapore, Latini veteres dixere. Persius Sat. VI. 24. 'Turdorum nosse salivam.' Propertius IV. 9. 'Et Methymnæi Græca saliva meri.' Hoc est, vini Græci sapor.

<sup>a</sup> *Aut mollire alvum]* Galenus Comment. IV. Aphor. 83. tom. IX.

<sup>b</sup> *Alvumque cohib.]* Galenus loc. cit.

<sup>c</sup> *Vinum jejunos]* Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>d</sup> *Ad procinctum]* Ad bellicam expeditionem, sive potius ad serias res agendas, animum intendentibus.

<sup>e</sup> *Somno vero . . . hoc fuit]* Ad somnum, inquit, conciliandum, abigendasque curas, jamdudum in usu vinum fuit. Adhibuit enim Helena, &c.

<sup>f</sup> *Homericæ illa]* Odyss. Δ. 19. Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησ' Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα. Αὐτίκ' ἔρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπιονον, Νήπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπλήθρον ἀπάντων.

<sup>g</sup> *Sapientiam vino]* Et est in prover-

Vino damus<sup>2b</sup> homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Aquæ potum interponere<sup>1</sup> utilissimum: itemque jugi<sup>1</sup> superbibere. Ebrietatem quidem<sup>3k</sup> frigidæ potus extemplo discutit.

Meracis potionibus<sup>1</sup> per viginti dies ante Canis ortum, totidemque postea, suadet Hesiodus<sup>m</sup> uti. Merum quidem<sup>n</sup> remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vivum, apes, vespas, crabrones, phalangia, serpentium scorpionumque ictus, contraque omnia quæ refrigerando nocent.<sup>4o</sup> Privatim contra



*curitati. Jamdudum Erasmus. hoc profuit Vet. Dalec.—2 Ita codd. Regg. Hard. Colb. et Chiffi. Vino debemus Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. jugi superbibere ebrietati: quam quidem Gronov. et vulgg. jure superbibere. Ebrietatem quidem Chiffi. jugiter Vet. Dalec.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. necant, e Diosc.—5 Chiffi. e*

#### NOTÆ

biis Ecclesiasticis, duo esse quæ sapientem etiam virum a mente dejiciant, vinum et mulieres. Eccl. XIX. 2.

<sup>b</sup> *Vino damus [debemus]* In Mss. Reg. Colb. Chiffi. *Vino damus.*

<sup>1</sup> *Aquæ potum interponere* Usus hac voce Martialis l. 107. 'Interponis aquam subinde, Rufe: Et si cogeris a sodale, raram Diluti bibis unciam Falerni.' Et Suetonius in Vespas. cap. 20. 'Inediam unius diei per singulos menses interponebat.'

<sup>1</sup> *Itemque jugi* Forte e *jugi*, aqua videlicet, quam post computationem superbibere utilissimum sit: quoniam, ut statim jungitur, ebrietatem frigidæ potus discutit. Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>k</sup> *Ebrietatem quidem* Hanc quidem sententiam memorabili exemplo Celsus confirmat, in præfatione operis sui: 'Ingeniosissimus,' inquit, ' sæculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius, febricitanti cuidam, et magna siti affecto, cum post ebrietatem eum premi cœpisse cognosce-

ret, aquam frigidam ingessit: qua ille epota, cum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit.'

<sup>1</sup> *Meracis potionibus* Meracum a mero distat omnino: quod merum sit, cui nihil, meracum, cui aquæ parum admixtum sit. Tamen meracius bibere dicuntur ii, qui vinum aqua minus diluunt. Celsus l. 3. 'cibum modicum, potiones meracas.' Et infra: 'Vinum dilutius pueris, senibus meracius.' Iterumque: 'Hyeme plus esse convenit: minus, sed meracius bibere.'

<sup>m</sup> *Hesiodus*] Is, cum ardet Sirius, tribus aquæ portionibus quartam vini dilutam bibi jubet 'Εργων vs. 594. 'Ἐπει κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἔξει, Τρις δ' ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου.

<sup>n</sup> *Merum quidem*] Totidem verbis hæc Diosc. v. 11. Quin et canum morsus multo meracoque vino epoto sanari quidam censuere, teste Celso v. 27.

<sup>o</sup> *Refrigerando nocent*] Diosc. loc.

hæmorrhoidas, presteras, fungos. Item contra<sup>p</sup> inflatio-  
nes, rosionesque præcordiorum, et quorum stomachus in  
vomitiones effunditur: et si venter aut interanea rheuma-  
tismum sentiant. Dysentericis, sudatoribus,<sup>q</sup> in longa<sup>s</sup>  
tussi, in epiphoris, meracum. At vero cardiacis, in mam-  
ma læva merum in spongia imponi prodest. Ad omnia  
autem maxime album inveterascens.<sup>6</sup> Utiliter etiam fo-  
vetur vino calido virilitas<sup>s</sup> jumentis: quo etiam infuso<sup>t</sup>  
cornu lassitudinem auferri aiunt.<sup>7</sup> Simias, quadrupedes-  
que, quibus digiti sunt, negant crescere assuetas meri  
potu.<sup>8</sup>

XXIV. Nunc circa ægrotudines sermo de vinis erit. Sa-  
luberrimum liberaliter genitis,<sup>a</sup> Campaniæ quodcumque te-  
nuissimum: vulgo vero, quod quemque maxime juverit  
validum.<sup>b</sup> Utilissimum<sup>t</sup> omnibus sacco viribus<sup>c</sup> fractis.  
Meminerimus succum esse, qui fervendo vires e musto  
sibi fecerit.<sup>2</sup> Misceri plura genera, omnibus inutile. Sa-  
luberrimum, cui nihil in musta<sup>d</sup> additum est: meliusque,

longa.—6 Chiffi. *inveterescens*.—7 Chiffi. *jumentis infusa cornu lassitudinem auferunt*.—8 Vet. Dalec. *potui*.

CAP. XXIV. 1 Vet. Dalec. *juverit*. *Validum utilissimum*.—2 Vet. Dalec.

## NOTE

cit. *refrigerundo necant*: ὅσα πλήξαντα, ἢ δάκνοντα, κατὰ ψύξιν ἀναιρέι. Nempe, ut Celsus ait v. 27. 'Necessarium est exsorbere potionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud, quo calor movendus est. . . . Nam maxima pars venenorum frigore interimit.'

<sup>p</sup> *Item contra*] Diosc. ad verbum loc. cit. Privatim contra cicutam, Scribonius Largus Compos. 179. vinum merum quamplurimum caldum commendat. Contra coriandrum Compos. 185. 'Coriandrum . . . facit raucitatem, et mentem movet. Adjuvari autem debent, qui biberunt, ex vino mero, atque plurimo,' &c.

<sup>q</sup> *Dysentericis, sudatoribus*] Diosc.

loc. cit. Καὶ ἐφιδροῦσι, καὶ διαφοροῦμένοισ ἀρμόζουσι, μάλιστα δὲ οἱ λευκοὶ (οἶνοι) καὶ παλαιοὶ, καὶ εὐώδεις.

<sup>t</sup> *Inveterascens*] Mss. Reg. Colb. Chiffi. *inveterescens*.

<sup>s</sup> *Virilitas*] Genitalia.

<sup>t</sup> *Quo etiam infuso*] In os. Vide quæ diximus xiv. 28.

<sup>a</sup> *Liberaliter genitis*] E liberaliore familia genitis, liberaliter educatis, ἐλευθέρως πετραμμένοις.

<sup>b</sup> *Validum*] Dum is integra valetudine est.

<sup>c</sup> *Sacco viribus*] Ut sacco vires vino frangerent, diximus xiv. 28.

<sup>d</sup> *Cui nihil in musta*] Non pix, non resina, non marina aqua. Quæ condiendi causa in musta adderent pri-

si nec vasis<sup>e</sup> pix affluit. Marmore enim,<sup>f</sup> et gypso, aut calce condita, quis non etiam validus expaverit? Inprimis igitur vinum marina aqua factum,<sup>g</sup> inutile est stomacho, nervis, vesicæ. Resina condita,<sup>h</sup> frigidis stomachis utilia existimantur. Non expedire<sup>i</sup> vomitionibus,<sup>4</sup> sicut neque mustum, neque sapa, neque passum. Novitium resinatum nulli conducit. Capitis dolorem<sup>j</sup> et vertigines facit: ab hoc dicta crapula<sup>k</sup> est. Tussientibus et in rheumatismo nominata<sup>s</sup><sup>1</sup> prosunt. Item cœliaciis et dysentericis, mulierum mensibus. In hoc genere<sup>m</sup> rubrum nigrumve magis constringit, magisque calfacit. Innocentius pice sola conditum. Sed et picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustæ resinæ fluxum.<sup>n</sup> Hoc genus vini<sup>o</sup> excal-



in musto sibi facit.—3 Vet. Dalec. fractum.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. existimantur, sed non, &c. Vet. Dalec. vomitoribus Gronov. et vulgg. Mox sapan Vet. Dalec.—5 Margo edd. Da-

#### NOTÆ

mo fervore, dictum est XIV. 25. In eam rem egregie Columella XII. 19. p. 427. 'Quæcumque vini nota sine condimento valet perennari, optimam eam esse censemus,' &c.

<sup>e</sup> Si nec vasis] Vino condendo dolia picabantur, ut diximus XIV. 25.

<sup>f</sup> Marmore enim] Vide quæ dicta sunt XIV. 24.

<sup>g</sup> Inprimis . . . marina aqua factum] Admixta marina aqua, uti dictum fuis-  
sus est XIV. 10. et 19. Quam varie marina aqua vina factitentur, docet Diosc. v. 27. Οἱ δὲ διὰ θαλάττης οἴνου ποικίλως σκευάζονται. Et mox: Κακοστόμαχοι μέντοι καὶ οἶνοι, κ. τ. λ. Sane omnia salsa aliena stomacho esse Celsus edocet II. 25.

<sup>h</sup> Resina condita] Diosc. v. 9. Οἱ δὲ πῖσσαν ἢ βήτινιν πιτύλινον ἔχοντες, θερμαντικοὶ καὶ πεπτικοί. Picata vina aut resinata excofaciunt, et concoctionem adjuvant. Et Celsus inter eas res quæ sunt stomacho idoneæ, vinum resinatum annumerat II. 24. et IV. 5.

<sup>i</sup> Non expedire] Dioscor. loc. cit. ἄθετοι δὲ τοῖς ἐμεικτοῖς.

<sup>j</sup> Capitis dolorem] Dioscor. v. 43. de vino resinato: Κεφαλαλγῆς καὶ σκοτωματικὸς.

<sup>k</sup> Ab hoc dicta crapula] Inde, inquit, et resinæ flori, quo musta condiuntur, crapula nomen est, ut diximus XIV. 25. et ebrietati quam vina resinata faciunt, ut Latinum crapula, ita κραιπάλη Græcum est, ἀπὸ τοῦ τὸ κέρα πάλλιν, quasi caput vibret.

<sup>l</sup> Tussientibus . . . nominata] Resina condita, mustum, sapa, passum. De resinato inprimis Diosc. loc. cit. Καταβροῖζομένοις, καὶ βήσσοισιν ἀρμόζοντες· κοιλιακοῖς, δυσεντερικοῖς, ὕδρωπικοῖς, καὶ ῥοϊκαῖς γυναῖξι.

<sup>m</sup> In hoc genere] Dioscor. v. 43.

<sup>n</sup> Combustæ resinæ fluxum] Igne expressæ resinæ fluxum: ut diximus XIV. 25. initio.

<sup>o</sup> Hoc genus vini] Et has vini picati dotes Dioscorides quoque refert, loc. cit. totidem fere verbis.



facit, concoquit, purgat: pectori, ventri utile: item vulvarum dolori, si sine febre sint, veteri rheumatismo,<sup>p</sup> exulcerationi, ruptis, convulsis, vomicis, nervorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum. Ad omnia hæc utilius id, quod sponte naturæ suæ picem<sup>6</sup> resipit, picatumque<sup>q</sup> appellatur. Helvenaco quoque tamen nimio caput tentari convenit.

Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in feбри,<sup>7</sup> nisi veteribus ægris: nec nisi declinante morbo. In acutis vero periculis, nullis nisi qui manifestas remissiones habeant, et has noctu potius: dimidia enim<sup>r</sup> pars periculi est<sup>8</sup> noctu, hoc est, spe somni, bibentibus: nec a partu abortive, nec a libidine ægrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore extremitatum fiant, nec in feбри tussientibus, nec in tremore nervorumque doloribus,<sup>9</sup> vel faucium, aut si vis morbi circa illa<sup>10</sup> intelligatur: nec in duritia præcordiorum, venarum vehementia:<sup>s</sup> neque in opisthotono, tetano:<sup>t</sup>



lec. et Gronov. *resinata*, e Diosc.—6 Chiff. *picum*.—7 Ita cod. Reg. Brot. 2. Chiff. et Editio princeps; in *febre* al. ante Brotier. Mox, *nisi v. ægris, vinum: nec, &c.* edd. vett. et Gronov. *vinum* deest in codd. Harduini et Chiff. item in edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 Vet. Dalec. *abest*.—9 Chiff. in *tremore nervorum vel doloribus* Chiff.—10 Vet. Dalec. *ilia*.—11 Ita cod. Reg.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Veteri rheumatismo*] *Χρονίως ρευμασι, καὶ ἐλκώσει ταῖς ἐν βάθει. Vetestus fluxionibus, et exulcerationibus profundis. Πνευματισμὸς fluxus est mali ac noxii humoris.*

<sup>q</sup> *Picatumque*] Egimus de eo XIV. 3. Allobrogicum appellat et eodem libro cap. 4. Plinius, et ante ipsum Celsus IV. 5. atque in resolutione stomachi hoc vini genus inprimis commendat.

<sup>r</sup> *Dimidia enim*] Dimidio levius periculum est.

<sup>s</sup> *Venarum vehementia*] Concitatore

venarum pulsū.

<sup>t</sup> *Tetano*] Celsus II. 1. 'Frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert: illud σπασμὸς, hoc τέτανος Græce nominatur.' Et IV. 3. statim initio: 'Neque alius importunior acutiorque morbus est, quam is qui quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit. Priorem Græci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, nltimum τέτανον appellant: quamvis minus subtiliter qui-

nec singultientibus, nec si cum febris<sup>11</sup> dyspnœa<sup>u</sup> sit. Minime vero oculis rigentibus, et genis stantibus,<sup>v</sup> aut defectis gravibusque: nec quorum conniventium perlucebunt oculi,<sup>w</sup> palpebrisve non<sup>12</sup> coëuntibus, vel si dormientibus hoc idem eveniet: aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ<sup>x</sup> in oculis erunt. Minime lingua fungosa, nec gravi,<sup>13</sup> et subinde imperfecta loquentibus: nec si urina difficile reddetur, neque expavescentibus repente, nec spasticis, aut rursus torpentibus, nec si per somnos genitura effundatur.<sup>14</sup>

XXV. Cardiacorum<sup>a</sup> morbo unicum spem in vino<sup>1</sup> esse certum est. Sed id dandum quidam non nisi in accessione censent, alii non nisi in remissione.<sup>2</sup> Illi, ut sudorem coërceant: hi, quia tutius putant, minuente se morbo: quam



2. Chiffi. et Editio princeps; febre edd. ante Brotier.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. oculi, neu palpebris non Gronov. et vulgg. Mox, idem evenit Chiffi.—13 Vet. Dalec. vel gravi.—14 Gronov. effunditur.

CAP. XXV. 1 Chiffi. hanc vino.—2 Chiffi. alii in remissione.—3 Dalec. uti-

#### NOTÆ

dam indiscretis his nominibus utuntur.' Tetanum præterea accurate Hippocrates explicat, de Morbis III. 13. pag. 104.

<sup>u</sup> *Dyspnœa*] Difficultas spirandi. Celsus IV. 4. 'Est etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc, dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur. Cum vehementior est, ut spirare æger sine sono et anhelatione non possit, ἀσθμα. Cum accessit id quoque, ne nisi recta ceruice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια.'

<sup>v</sup> *Et genis stantibus*] Rigentibus palpebris, quæ non moventur. Rigentes Caio Caligulæ oculos fuisse diximus XI. 54. Genas pro palpebris dici Plinio solenne ac familiare

esse, eodem lib. cap. 56. et 57.

<sup>w</sup> *Perlucebunt oculi*] Micantibus scintillis. Alias 'vinum optimum vetus in nocte adhibitum, oculorum aciem reformare,' auctor est Theod. Priscianus I. 10.

<sup>x</sup> *Vel si lemæ*] Λήμη Græcis humor est in oculis concretus, unde lippitudo nascitur. Hesyechius: Λήμαι, αἱ περὶ τοὺς καθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πεπηγυῖαι συστάσεις, ἐκρέουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι.

<sup>a</sup> *Cardiacorum*] Seneca Epist. xv. pag. 192. 'Bibere et sudare, vita cardiaca est.' Cardiaca nempe ex virium imbecillitate, immodico sudore diffuunt, et crebro vini potu foverunt. Huc et Iuvenalis allusit Sat. v. 32. 'Cardiaco cyathum nunquam mixtura amico.'

plurium sententiam esse video. Dari utique non nisi in cibo<sup>b</sup> debet, a somno, nec præcedente alio potu, hoc est, utique sitienti,<sup>3</sup> nec nisi in desperatione suprema,<sup>4</sup> et viro facilius quam foeminae: seni, quam juveni: juveni, quam puero: hyeme, quam æstate: assuetis potius, quam expertibus. Modus dandi pro vehementia vini: item mixtura. Atque vulgo<sup>5</sup> satis putant unum vini cyathum duobus aquæ misceri. Si dissolutio<sup>c</sup> sit stomachi, dandum: <sup>6</sup> et si cibus non descendat.

XXVI. Inter vini genera, quæ fingi docuimus,<sup>d</sup> nec fieri jam arbitror, et supervacuum<sup>1 e</sup> eorum usum: cum ipsis rebus, ex quibus finguntur, doceamus uti. Et alias modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti e napis vinum utile esse ab armorum equitandive lassitudine præcipientium: <sup>f</sup> atque, ut reliqua omittamus, etiam e junipero.<sup>g</sup> Et quis satius censeat, absinthite vino utendum potius, quam absinthio ipso? In reliquis omittetur et palmeum,<sup>h</sup> capiti



que nisi sitienti.—4 Vet. Dalec. summa.—5 Vet. Dalec. mixtura aquæ. Vulgo.  
—6 Vet. Dalec. largius dandum. Mox, et deest in Chiff.

CAP. XXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *supervacaneum* Gronov.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Dari utique non nisi in cibo*] Cel-  
sus III. 19. 'Cardiaci morbi curatio  
... Tertium auxilium est, imbecil-  
litati jacentis vino ciboque succur-  
rere... Nisi autem necesse est, ad  
vinum festinare non oportet. Si  
verendum est, ne deficiat, tum et  
intritum ex hoc: et hoc ipsum auste-  
rum quidem, sed tamen tenue, mera-  
cum.

<sup>c</sup> *Si dissolutio*] Ex Celso loc. cit.  
'Quod si stomachus resolutus parum  
continet, et ante cibum, et post eum,  
sponte vomere oportet: rursusque  
post vomitum, cibum sumere. Si ne  
id quidem manserit, sorbere vini cy-  
athum, interpositaque hora sumere  
alterum. Si id quoque stomachus  
reddiderit, totum corpus bulbis con-

*Delph. et Var. Clas.*

tritis superillinendum est: qui nbi  
inarnent, efficiunt ut vinum in sto-  
macho contineatur, exque eo toti  
corpori calor, venisque vis redeat.'  
Eadem ferme repetuntur, IV. 5.

<sup>d</sup> *Inter vini genera... docuimus*] Lib.  
xiv. 18. 19. 20.

<sup>e</sup> *Et supervacuum*] Subintellige, ar-  
bitror, ex proxime antecedente sen-  
tentia.

<sup>f</sup> *Veluti e napis... præcipientium*]  
Præcipit ita sane Diosc. v. 56.

<sup>g</sup> *E junipero*] Vinum e juniperis  
stomacho prodesse, ait Marcellus  
Empir. cap. 20. pag. 139. Ad alia  
plurima utile esse, Dioscor. prodidit  
v. 46.

<sup>h</sup> *Palmeum*] De quo XIII. 9. Vi-  
num Phœnicites Græca nomencla-

*Plinius.*

10 H

noxium, ventricque tantum molliendo, et sanguinem excreantibus non inutile. Fictitium non potest videri,<sup>2</sup> quod bion appellavimus,<sup>1</sup> cum sit in eo sola pro arte festinatio.<sup>j</sup> Prodest stomacho<sup>k</sup> dissoluto, aut cibos non perficienti, prægnantibus, defectis,<sup>1</sup> paralyticis, tremulis, vertigini, torminibus, ischiadicis. In pestilentia quoque ac peregrinationibus, vim magnam auxiliandi habere dicitur.

XXVII. Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto<sup>m</sup> summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutendo: ita fit ut infusum terræ<sup>1</sup> spumet. Dictum est sæpius, diciturque quoties cum aliis prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet,<sup>2</sup> sternutamenta olfactu. Vim in balineis<sup>o</sup> æstus arcet, si contineatur ore. Quin et



et vulgg. Mox, usum docere, cum, &c. possimus uti Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. excreantibus. Non inutile fictitium potest videri.

CAP. XXVII. 1 Vet. Dalec. infuso terra.—2 Chiffi. quotiescumque alias

#### NOTÆ

tione appellatur a Theod. Prisciano II. 2. 28. *ὄλβος φουικτρης*. Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>1</sup> Quod bion appellavimus] Lib. XIV. cap. 10. Omphacites id vini genus, ut diximus, a Dioscoride appellatur v. 12.

<sup>j</sup> Festinatio] Quoniam fit ex uvis, ut ibi dictum est, ante maturitatem decerptis.

<sup>k</sup> Prodest stomacho] Has vini omphacitis utilitates omnes pariter Diosc. commemorat, loc. cit.

<sup>1</sup> Prægnantibus, defectis] Quibus vires annique deficiunt. Nisi forte sunt ea verba legenda conjunctim, *prægnantibus defectis*, ut sit idem ac 'mulierum a conceptu defectioni,' ut Plinius ipse loquitur cap. 3. libri hujus, quoniam Dioscorides utrobique *κισσώδεσι* dixit, hoc est, *prægnantibus malacia sen pica laborantibus*.

<sup>m</sup> Aceto] Diosc. v. 21. *ὄξος ψύχει, καὶ στέφει*. Accepta hæc a Celso v. 27. 'Usus,' inquit, 'ipse docuit eum

quem aspis percussit, acetum potius bibere debere. Quod demonstrasse dicitur casus cujusdam pueri, qui cum ab hac ictus esset, et partim ob ipsum vulnus, partim ob immodicos æstus, siti premeretur, ac locis siccis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte secum habebat, ebibit, et liberatus est. Credo, quoniam id, quamvis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam dissipandi. Quo fit ut terra respersa eo spumet. Eadem ergo vi verisimile est, spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, et sic dari sanitatem.' Venit olim in controversiam, quæ natura aceti foret: calidum aliis, aliis frigidum esse pronuntiantibus: qua de re prolixè Galenus de Facult. Simp. Med. I. 19. 20. 21. et seqq.

<sup>n</sup> Singultus cohibet] Galenus de Remediis Paratu Facil. cap. 15.

<sup>o</sup> Vim in balineis] Ex Celso I. 3. 'Si quis in balneo æstuat, reficit hunc ore exceptum, et in eo retentum

cum aqua bibitur. Multorum stomacho<sup>p</sup> utiliter gargarizatur: cum eadem<sup>q</sup> convalescentium et a Solis<sup>3</sup> ardoribus. Oculis quoque illo modo<sup>r</sup> saluberrimum fotu. Medetur potæ<sup>s</sup> hirudini.<sup>4</sup> Item lepris,<sup>t</sup> furfuribus, ulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus, scolopendrarum, muris aranei, contraque omnium aculeatorum<sup>5</sup> venena et pruritus. Item contra multipedæ morsum. Calidum<sup>6</sup> in spongia, adjecto sulfuris sextante sextariis tribus aceti, aut hyssopi fasciculo, medetur sedis vitiis. In sanguinis fluxione<sup>u</sup> post excisos<sup>7</sup> calculos, et omni alia,<sup>v</sup> foris in spongia<sup>w</sup> impositum, intus potum cyathis binis quam acerrimum. Conglobatum<sup>x</sup> utique sanguinem discutit. Contra

~~~~~

*prosit per se haustum. Fastidia, &c. prohibet.*—3 Vet. Dalec. *bibitur multis. Cum stomachicis utiliter gargarizatur. Cutem non velatam tuetur a solis.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *saluberrimum. Plurimum fotu medetur post uridines Gronov. et vulgg. saluberrimum potu medetur post hirudines Chiffi. prodest contra hirudines cod. Dalec. Medetur post hirudini Franz.*—5 Chiffi. *oculorum.*—6 Vet. Dalec. *morsum, calidum.* Mox, edd. veit. et Gronov. *in spongia appositum: illud appositum non agnoscunt codd. Harduini et Dalec. nec edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Paulo post, Chiffi. fasciculo. Medetur et, &c.*—7 Idem codex, *per excisos.* Mox, Vet. Dalec. *et omnes alias rosiones.*

#### NOTÆ

acetum. Si id non est, eodem modo frigida aqua assumta.<sup>7</sup>

<sup>p</sup> *Multorum stomacho*] Εἰστόμαχος Diosc. pronuntiat.

<sup>q</sup> *Cum eadem*] Cum eadem aqua prodest stomacho convalescentium ex ægritudine a Solis ardore orta.

<sup>r</sup> *Oculis quoque illo modo*] Cum aqua. Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>s</sup> *Medetur potæ*] Dioscor. v. 21.

<sup>t</sup> *Item lepris*] Habet has quoque utilitates aceti omnes Dioscor. loco citato.

<sup>u</sup> *In sanguinis fluxione*] Quam aceto mero Plinius vim attribuit sanguinis sistendi post excisos calculos, hanc acetos also, seu acidæ muriæ, Dioscorides adjudicat, v. 23. his verbis: Στέλλει δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν λιθοσπομθέντων αἰμορραγίας, εὐθέως μετὰ τὴν χειρουργίαν θερμῇ ἐγκλιζομένη. Cel-

sus quoque VII. 26. tit. 'Quæ enratio calculo evulso habenda sit,' acre acetum postulat, cui aliquantum salis sit adjectum: ad vim aceti scilicet mitigandam.

<sup>v</sup> *Et omni alia*] Dioscor. v. 21. Erumpentem, inquit, undecumque sanguinem, potu, insessive sistit: πῶδμενόν τε καὶ ἐγκαθίζομενον.

<sup>w</sup> *Foris in spongia*] Diosc. loc. cit. Laudat hunc Plinii locum, et superiorem proxime de hyssopo, auctor Annalium Eccles. ad annum Christi 34. num. 124. ubi de spongia aceto plena, hyssopo circumposita, Christi Domini ori admota, disserit.

<sup>x</sup> *Conglobatum*] Dioscor. loc. cit. Ποιεῖ καὶ πρὸς αἵματος καὶ γάλακτος θρόμβωσιν ἐν κοιλίᾳ. Facit contra sanguinem in ventriculo conglobatum, et luc ibidem coagulatum.

lichenas<sup>y</sup> et bibitur, et imponitur. Sistit alvum,<sup>8 z</sup> et rheumatismos<sup>a</sup> interancorum infusum: item procidentia<sup>b</sup> sedis, vulvæque.<sup>9</sup> Tussim<sup>c</sup> veterem inhibet,<sup>10</sup> et gutturis rheumatismos, orthopnoeam, dentium labefactionem. Vesicæ nocet, nervorumque infirmitatibus. Nesciere medici,<sup>d</sup> quantum contra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens, quoties deposuisset, sentiebat ictum, alias illæso similis. Intellectum ibi remedium est, potuque succursum. Neque altero<sup>11 e</sup> os collunt venena exsugentes. In totum domitrix vis hæc non ciborum modo est, verum et rerum plurimarum. Saxa rumpit<sup>f</sup> in-

//////////

—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. alcos Gronov. et vulgg.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *uvæque*, e Diosc.—10 Ibid. ex eodem, *et recentem lacessit*.—11 Neque aliter Chiffi.—12 Ita

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Contra lichenas*] Diosc. loc. cit.

<sup>z</sup> *Sistit alvum*] Diosc. loc. cit.

<sup>a</sup> *Et rheumatismos*] Fluxiones humoris pravi et noxii in alvum.

<sup>b</sup> *Item procidentia*] Dioscor. loco cit. *Στέλλει καὶ ὑστέραν καὶ ἔδραν προπεπτωκυίαν.*

<sup>c</sup> *Tussim*] Hæc totidem verbis Dioscor. loc. cit. *Καὶ βῆχα χρονίαν πρᾶννει . . . Ἀρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν, θερμὸν καταρροφούμενον στέλλει δὲ ἀναγαργαριζόμενον καὶ τὰ ἐν βρόγχῳ ρεύματα . . . καὶ πρὸς ὀδόντων πόνον, κ. τ. λ.*

<sup>d</sup> *Nesciere Medici*] Celsus, ut superius indicavimus, v. 27. Ueberius id aliquanto Plinius Valer. III. ult. ‘Ad morsum aspidis,’ inquit, ‘unum refugium habebant priores, ut percussus urinam suam biberet. Intra paucos annos inventum est casu et alterum remedium. Nam is qui utrem plenum aceti ferebat, percussus ab aspide dolorem non sensit: donec fatigatus requiescendi gratia utrem deposuit: de facto perniciem sentire cepit: rursusque imposito sibi utre

desiit. Intellectumque est, quod si acetum bibisset, posset sanari,’ &c. Plinii sententiam laudat et sequitur Q. Serenus c. 47. ubi de serpentium morsibus, p. 155. ‘Plinius ut memorat, sumi juvat imber aceti.’

<sup>e</sup> *Neque altero*] Ita editi omnes, cum Reg. 1. At Reg. 2. cum Chiffi. *neque aliter.*

<sup>f</sup> *Saxa rumpit*] Non per se quidem, ac solum, sed prævio igne incendioque: subsequente etiam vi acieque ferri. Plinius XXXIII. 21. ‘Occurrunt silices . . . Hos igni et aceto rumpunt.’ Hac certe industria pervias fecisse sibi Alpes Hannibal memoratur. Rem narrat Plutarchus in ejus Vita: Livius lib. XXI. pag. 200. ‘Ad rupem minuendam, per quam via una esse poterat, milites ducti, cum cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis, detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt: eamque cum et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt: ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem

fusum, quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem et sapores non alius magis succus commendat aut excitat: in quo usu mitigatur unto pane, aut cum vino: <sup>12</sup> vel accenditur pipere ac lasere: utique sale compescitur. Non est prætereundum in eo exemplum ingens. Siquidem M. Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequiret, unius medicorum portentosa scientia, ignorante Divo Augusto, tanti <sup>13</sup> putavit usu pedum sensuque omni carere, dummodo et dolore illo careret, demersis in acetum <sup>8</sup> calidum cruribus in acerrimo impetu morbi.

XXVIII. (II.) Acetum scillinum inveteratum magis probatur. Prodest, super ea quæ diximus, <sup>a</sup> acescentibus cibis: <sup>b</sup> gustatum <sup>1</sup> enim discutit pœnam eam. Et his qui jejuni <sup>c</sup> vomunt: callum enim <sup>d</sup> faucium facit, ac stomachi: odorem <sup>2</sup> oris <sup>e</sup> tollit, gingivas <sup>f</sup> astringit, dentes firmat, co-



codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tosto pane aut vino* Gronov. et vulgg. *tosto pane aut cumino* Vet. Dalec.—13 Vet. Dalec. *satius*.

CAP. XXVIII. 1 Chiffi. *gustatu*.—2 Idem codex, *dolorem*.

#### NOTÆ

ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos: ut non iumenta solum, sed elephantum etiam deduci possent. Aceto solutos Eleutheriarum muros narrat Dio l. xxxvi. p. 8. Nec sane diffidetur Galenus hanc inesse aceto vin, de Fac. Simp. Med. 1. 22. pag. 16. ut instar ignis, lapides, fictilia, æs, ferrum, plumbumque, pervadat ac penetret. Ac ne veteribus tantum exemplis agamus, hac ipsa industria usum hoc nostro ævo Principem Guisium, ut murum solveret, auctor ipse est in Commentariis rerum a se gestarum in Neapolitana expeditione.

<sup>8</sup> *Demersis in acetum*] In eo genere morbi demergi in muriam Celsus præcipit, iv. 24. ut dicturi sumus xxxi. 33. 'Si tumor, calorque est, recte in aqua quam frigidissima articulos con-

tineri' idem adjungit: 'sed neque quotidie, neque diu, ne nervi lædantur.'

<sup>a</sup> *Super ea quæ diximus*] Lib. xx. 39.

<sup>b</sup> *Acescentibus cibis*] Ventriculo acidam pituitam in fauces eructante.

<sup>c</sup> *Et his qui jejuni*] Diosc. v. 25.

<sup>d</sup> *Callum enim*] Dioscor. loc. cit. Καταρροφούμενον δὲ τὸν βρόγχον στερεοί, καὶ τυλώδη ποιεῖ, καὶ τὸν ἦχον εὐτρονον καὶ λαμπρὸν ἀποτελεῖ. Fauces sorbitione durat, callosasque reddit, vocem denique expedit, ut limpidam canoramque facit.

<sup>e</sup> *Odorem oris*] Diosc. loc. cit. Plinius Valer. 111. 33. 'ad fœtorem oris: 'Si halitus fœtet,' inquit, 'cum dormitum vadis, cyathum aceti boni per partes sorbeat: hoc et in coctionem facit,' &c.

<sup>f</sup> *Gingivas*] Diosc. loc. cit. Marcel-

lorem meliorem præstat. Tarditatem<sup>g</sup> quoque aurium gargarizatione purgat, et transitum auditus aperit. Oculorum<sup>h</sup> aciem obiter exacuit. Comitialibus,<sup>i</sup> melancholicis, vertiginosis, vulvarum strangulationibus, percussis, aut præcipitatis, et ob id sanguine conglobato, nervis infirmis, renum vitiis perquam utile. Cavendum<sup>j</sup> exulceratis.

XXIX. Oxymeli antiqui (ut Dieuches<sup>k</sup> tradit) hoc modo temperabant: mellis minas<sup>l</sup> decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram<sup>m</sup> et quadrantem, aquæ marinæ<sup>n</sup> sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina,<sup>o</sup> atque ita diffundebant,<sup>p</sup> inveterabantque. Sustulit totum id Asclepiades, coarguitque. Nam etiam in febribus dabant.<sup>q</sup> Profuisse tamen<sup>r</sup> fatentur contra serpentes, quas sepas vocant, et contra meconium, ac viscum: et anginis<sup>s</sup> calidum gargarizatum, et auribus,



CAP. XXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. pondo, thymbræ quadrantem, &c. Gronov. et vulgg. pondo libram quadrantem aquæ pluviae margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Chiffi. dabant.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTE

lus Empir. c. 12. p. 93. 'Acetum tepidum scilliticum in ore tentum, et gingivas tumentes constringit, et continet dentes vacillantes.'

<sup>g</sup> Tarditatem] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> Oculorum] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> Comitialibus] Dioscor. loc. cit.

<sup>j</sup> Cavendum] Internis exulcerationibus, nervorumque vitiis ipsis cavendum Dioscorides admonet.

<sup>k</sup> Ut Dieuches] Et post illum Dioscorides v. 22. ipseque Plinius, non hoc loco modo, sed et xiv. 21.

<sup>l</sup> Mellis minas] Sive libras decem, ex ipso Plinio loc. cit.

<sup>m</sup> Pondo libram] Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>n</sup> Aquæ marinæ] Aquam pluviam Dioscorides adhibet: Pliniusque ipse loc. cit.

<sup>o</sup> Defervescente cortina] Cortina, vas æneum est, aquæ, oleo, colori-

busve decoquendis.

<sup>p</sup> Diffundebant] Quid sit vina diffundi, diximus xiv. 16.

<sup>q</sup> Nam etiam in febribus dabant] In quibusdam Mss. dabant. Mos ille fuit Hippocratis, ipso ita prodente, et probante, lib. de victu in morbis acutis, tex. 28. p. 291.

<sup>r</sup> Profuisse tamen] Diosc. loc. cit. Ἀρῆγει καὶ τοῖς ὑπὸ ἐχλῶνης τῆς καλοῦ- μένης σηπὸς δηχθεῖσι, καὶ τοῖς μηκῶνειον, ἢ ἰξ[αν] πιούσιν. Viperei generis hunc sepa Dioscorides facit. Et Aëtius similiter, Serm. xiiii. cap. 26. pag. 256. Est et generi cuidam lacertorum communis hæc appellatio, ut dicemus xxix. 32. De priore Lucanus ix. 723. 'Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.'

<sup>s</sup> Et anginis] Diosc. loc. cit. Ἀνα- γαργάρισμά τε συναγωγικῶν ὠφέλιμον.



et oris gutturiisque desideriiis, quæ nunc omnia oxalme<sup>4†</sup> contingunt: id sale et aceto recente efficacius est.

XXX. Vino cognata res sapa<sup>u</sup> est, musto decocto, donec tertia pars supersit. Ex albo hoc melius.<sup>v</sup> Usus contra cantharidas, buprestim, pinorum erucas, quas pityocampas<sup>w</sup> vocant, salamandras, et contra mordentia venenata. Secundas partusque emortuos trahit,<sup>1</sup> cum bulbis potum. Fabianus auctor est, venenum esse, si quis jejunos a bali-neis id bibat.<sup>2</sup>

XXXI. Consequens horum est vini fæx, cujusque generis.<sup>1</sup> Ergo vini fæci<sup>2 a</sup> tanta vis est, ut descendentes in cupas enecet. Experimentum demissa præbet<sup>3</sup> lucerna, quamdiu extinguitur, periculum denuntians. Illota miscetur medicamentis. Cum iridis vero<sup>b</sup> pari pondere, eruptionibus pituitæ illinitur: et sicca vel madida contra phalangia, et testium mammarumque inflationi,<sup>4 c</sup> vel in quacumque parte corporis. Item cum hordeacea farina: et



et anginas Gronov.—4 Cod. Dalec. *oxyalme*. Mox, Vet. Dalec. *ea sale et aceto recente efficacior est*; alii vett. ap. eundem: *fit sale, aqua et aceto. Recens efficacior est*.

CAP. XXX. 1 Gronov. *emortuos trahi*; codd. Dalec. *mortuos trahit*. Mox, *pota* Vet. Dalec. *potu* Chiffi.—2 Vet. Dalec. *eam bibat*.

CAP. XXXI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fæx sui c. generis* Gronov. et vulgg.—2 Chiffi. *facibus*.—3 Cod. Dalec. *trahitur*.—4 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. Sic quoque volebat Pintianus.' Brotier. Cod. Pint. *inflationi*, non vero *inflationes*, ut legitur ap. Harduin. in éd. 1. Vide Not. Varr. *inflationes* operarum lapsu Brotier in textu. Edd.

#### NOTÆ

<sup>†</sup> *Oxalme*] 'Οξάλμην acetum salsum, seu acidam muriam Latini nuncupant. Hujus vires ususque in medicina plurimos refert Diosc. v. 22.

<sup>u</sup> *Vino cognata res sapa*] De qua iv. 11.

<sup>v</sup> *Hoc melius*] Hæc res, nempe sapa, melior. Latini etiam defrutum, Græci ἔψημα, appellantur.

<sup>w</sup> *Pityocampas*] Πιτυοκάμπας. De harum veneno, remediisque ad id adhibendis, Dioscoridem consule in Alexiph. c. 2.

<sup>a</sup> *Ergo vini facii*] Habet enim uren-

di vim maximam, exedendi, siccandi: Δύναμιν ἔχει καυστικὴν σφόδρα, σηπτικὴν ἔγαν καὶ ξηραντικὴν. Cupa, vas vinarium majus, *unc Cuve*.

<sup>b</sup> *Cum iridis vero*] Theod. Priscianus r. 16. 'de papulis,' contra exanthemata, sive eruptiones pituitæ: 'Fæces vini,' inquit, 'et iris Illyrica, utraque contusa, et cum oleo roseo commixta medebuntur.'

<sup>c</sup> *Inflationi* [*inflammationes*] Quas alibi testinum epiphoras vocat. Legit *inflationi* Pintianus, perperam.

thuris polline in vino decocta crematur et siccatur.<sup>5</sup> Experimentum<sup>d</sup> est legitime coctæ, ut refrigerata linguam tactu videatur urere. Celerrime exanimatur,<sup>e</sup> loco non incluso condita.<sup>6</sup> Crematio ei multum virium adjicit. Utilissima est ad compescendos lichenas furfuresque cum fico decocta. Sic et lepris et ulceribus manantibus imponitur. Fungorum<sup>f</sup> naturæ contraria est pota, sed magis cruda. Oculorum<sup>g</sup> medicamentis cocta et lota miscetur. Medetur illita et testibus, et genitalibus. In vino autem adversus strangurias bibitur. Cum expiravit<sup>7</sup> quoque, lavandis corporibus et vestibus<sup>h</sup> utilis: tuncque usum acaciæ<sup>i</sup> habet.

XXXII. Fæx aceti pro materia acrior sit necesse est,<sup>a</sup> multoque magis exulceret. Resistit suppurationum incrementis: stomachum, interanea, ventrem illita adjuvat. Sistit earum<sup>j</sup> partium rheumatismos, et mulierum menses. Panos<sup>k</sup> discutit nondum exulceratos, et anginas: sacros ignes cum cera. Mammæ<sup>l</sup> lactis sui impatientes eadem

<sup>a</sup> *Ut est aceti materia acrior, sic et fæx ejus.*



ante Brotier, *inflammationes*.—5 Vet. Dalec. *decocta. Siccatur et crematur*; Chiff. *cocta crematur et siccata*.—6 Chiff. *non inclusa condita*.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *expiraverit* Gronov. et al. vett.

#### NOTE

<sup>d</sup> *Experimentum*] Diosc. v. 132. ubi et coquendæ modum tradit.

<sup>e</sup> *Celerrime exanimatur*] Expirat. Diosc. loc. cit. *Χρηστέον δὲ τῆ τρυγῆ προσφάτω ὄσῃ· ταχὺ γὰρ διαπνεύται· ὄθεν οὐδὲ ἀσκέπαστον, οὐδὲ χωρὶς ἀγγύου αὐτὴν ἀποθετέον. Recenti fæce utendum est, quoniam celeriter expirat, et exanimatur: proinde nonnisi tecta, et vase aliquo condita inclusave reponi debet.*

<sup>f</sup> *Fungorum*] Diosc. in Alexiph. c. 23.

<sup>g</sup> *Oculorum*] Diosc. v. 132.

<sup>h</sup> *Vestibus*] Ad vestes lavandas ac lintea, in lixivii nostrates adhibent.

<sup>i</sup> *Usum acaciæ*] Cujus semine ad perficienda coria pro galla utuntur, uti dicturus est libro seq. c. 67.

<sup>j</sup> *Sistit earum*] Diosc. v. 132. Ventris stomachique fluxiones sistit adhibita: *κοιλίαν τε καὶ στόμαχον ρευματιζόμενον καταπλασθεῖσα στέλλει.*

<sup>k</sup> *Panos*] Dioscor. loc. cit.

<sup>l</sup> *Mammæ*] Diosc. loc. cit. *Μαστοὺς τε σπαργῶντας βέοντας γάλα σβέννυσι. Turgentes mammæ, siveque lactis impatientes extinguit.* Q. Serenus c. 21. p. 138. 'Ubera sæcundo multum lactantia succo Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt: Fæce igitur valida duri reprimuntur aceti.'

extinguit. Ungues scabros<sup>m</sup> aufert. E serpentibus contra cerastas validissima cum polenta. Cum melanthio<sup>n</sup> autem contra crocodili morsus, et canis. Et hæc cremata ampliat vires. Tunc addito<sup>o</sup> lentiscino oleo illita una nocte rufat capillum. Eadem ex aqua in linteolo apposita, vulvas purgat.

XXXIII. Sapæ fæce<sup>r p</sup> ambusta sanantur, melius addita lanugine arundinis. Eadem fæce decocta potaque, tusses veteres. Decoquitur in patinis cum sale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et cervicum.

XXXIV. (III.) Olearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum<sup>q</sup> vehementissime astringunt, purgant, sistunt. Itaque commanducata<sup>r</sup> imposita ulceribus medentur, et capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle his quæ medici usserint, gingivarum inflammationibus, paronychiis, sordidisque ulceribus,<sup>s</sup> et putrescentibus.<sup>t</sup> Cum melle profluvium sanguinis e nervosis partibus cohibet. Succus eorum<sup>t</sup> carbunculantibus circa oculos ulce-



CAP. XXXIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sapæ fæce* Gronov. et vulgg. 'Sapæ fæce alii reponunt.' Dalec.

CAP. XXXIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et paronychiis, s. u. et putrescentibus* Chiffi. *paronychiis, s. hulceribus excrescentibus* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ungues scabros*] Diosc. loc. cit. Hanc vim vini fæci adjudicat Theod. Priscianus 1. 30. 'Scabiosos, veluti elephantiosos, si quis forte ungues habuerit, vini fæx sicca, trita, et cum cerotario imposita curat. Et ficus sicca, purgata, et tusa, superimposita, æque medetur.'

<sup>n</sup> *Cum melanthio*] Plinius Valer. III. 51. 'Adversus morsum canis non rabiosi:' 'Fæx aceti cum melanthio plagæ imponitur.'

<sup>o</sup> *Tunc addito*] Diosc. loc. cit. Ξανθὰς ποιεῖ τὰς τρίχας.

<sup>p</sup> *Sapæ fæce*] Prius legebatur, *Sæpe fæce*. Mendose. In Indice hujus loci, *De fæce sapæ, IV*.

<sup>q</sup> *Folia earum*] Diosc. 1. 137. Φύλλα στυπτικὰ, κ. τ. λ. Idcirco in vino cocta et trita vulneribus adhibentur, teste Theod. Prisciano, 1. 20.

<sup>r</sup> *Itaque commanducata*] Plinius Valer. III. 22. Marcellus Empir. cap. 4. p. 42. et Diosc. 1. 137. Ἰᾶται δὲ καὶ τὰ ἐν στόματι ἔλκη, καὶ ἄφθας διαμασσηθέντα. *Oris ulceribus et aphthis commanducata medentur.*

<sup>s</sup> *Sordidisque ulceribus*] Diosc. loc. cit. Ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ῥυπαρὰ ἔλκη. *Purgat sordida ulcera.*

<sup>t</sup> *Succus eorum*] Diosc. loc. cit. Carbunculantia ulcera sunt, quæ furunculis carbunculisque similia sunt. Carbunculum ἄθρακα Medici vocant,

ribus et pusulis,<sup>a</sup> procidentique pupillæ<sup>3</sup> efficax: quapropter in collyria additur. Nam et veteres<sup>u</sup> lacrymationes sanat, et genarum erosiones. Exprimitur<sup>v</sup> autem succus tuis, affuso vino et aqua<sup>4</sup> cœlesti, siccatusque in pastillos digeritur. Sistit menses in lana admotus vulvæ. Utilis et sanie manantibus.<sup>5</sup> Item condylomatis,<sup>w</sup> ignibus sacris, quæque serpunt ulcera, epinyctidi.

XXXV. Eosdem et flos earum habet effectus. Uruntur et cauliculi florescentes,<sup>1a</sup> ut spodii vicem<sup>b</sup> cinis præstet: vinoque infuso iterum uritur. Suppurationes et panos illinunt cinere eo, vel foliis tuis cum melle, oculos vero cum polenta. Succus fruticis<sup>c</sup> recentis accensi distillans sanat lichenas, furfures, manantia ulcera. Nam et lacryma<sup>2</sup> quæ ex arbore ipsa distillat, Æthiopicæ maxime oleæ, mirari satis non est repertos,<sup>3d</sup> qui dentium dolores illinendos censerent, venenum esse<sup>4e</sup> prædicantes, atque etiam in



—2 Gronov. et vulgg. *pustulis*.—3 Chiff. *pupulæ*.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *vino aut aqua*, e Diosc.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *saniem emanantibus* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *folia cum floribus*, e Diosc.—2 *Nam lacrymam* cod. Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *satis non est*. *Reperiti sunt* cod. Dalec. *satis est repertos* edd. vett. et Gronov.—4 Dalec.

#### NOTÆ

furunculum ignitum, et ex adusta bile inflammatum: sive similem iis quæ usta fuerint, exulcerationem. Carbunculos in ipsis oculis ex inflammatione nasci; pustulas quoque, ulceraque e pustulis, Celsus docet vi. 6. quem consule.

<sup>u</sup> *Nam et veteres*] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Exprimitur*] Diosc. loc. cit. totidem verbis: sed affundi vinum, quam aquam, multo præstabilius esse idem asseverat.

<sup>w</sup> *Item condylomatis*] Diosc. loc. cit. Ἐρσιπελάτων, ἐρηγῶν, ἐπινυκτίδων. En rursum ubi ignem sacrum Plinius habet, erysipelas Dioscoridi est.

<sup>a</sup> *Uruntur et cauliculi florescentes*] Folia cum floribus tantum Dioscori-

des uri præcipit, spodio huic concinnando.

<sup>b</sup> *Spodii vicem*] Dioscor. loc. cit. Ἀπὸ τοῦ σποδίου λαμβάνεται. *Cinerviam* Latine σπόδιον commode dixeris. Quid illud sit, dicemus suo loco, l. xxxiv. Præcipuum id habet in oculorum medicamentis usum.

<sup>c</sup> *Succus fruticis*] Diosc. l. 138. Τὸ δὲ ἐκ χλωροῦ τοῦ ξύλου καιομένου ἐκκρινόμενον ὑγρὸν, πίτυρα, καὶ ψώρας, καὶ λειχήνας καταχρῶμενον ἴαται. *Qui humor ex accenso timente ligno emanat, furfures, scabiem, et lichenas illitu sanat.*

<sup>d</sup> *Mirari satis non est repertos*] Ex horum esse numero Dioscoridem scimus, l. 141.

<sup>e</sup> *Venenum esse*] Cum venenum id

oleastro<sup>f</sup> quærendum.<sup>5</sup> E radice oleæ quam tenerrimæ cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem rejicientibus, et suppurata extussientibus. Ipsius oleæ cinis cum axungia tumores sanat: extrahitque fistulis vitia, et ipsas sanat.

XXXVI. Olivæ albæ<sup>g</sup> stomacho utiliores, ventri minus. Præclarum habent, antequam condiantur, usum recentes per se cibi modo devoratæ. Medentur enim arenosæ urinæ, item dentibus carnem mandendo<sup>h</sup> attritis,<sup>1</sup> aut convulsis.<sup>1</sup> Nigra oliva<sup>j</sup> stomacho inutilior, ventri facilior, capiti et oculis non convenit. Utraque ambustis<sup>k</sup> prodest trita et illita. Sed nigra<sup>l</sup> commanducatur, et protinus ex ore imposita, pusulas<sup>2</sup> gigni prohibet. Colymbades<sup>m</sup> sordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ.

XXXVII. De amurca<sup>n</sup> poteramus videri satis dixisse, Catonem secuti: sed reddenda medicinæ quoque est.<sup>1</sup>



venenum tamen esse.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quærendam* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXVI. 1 Ita ex codd. Harduini et recentt. *item dentibus aut attritis* Gronov. et al. vett. *item dentibus carnem audendo attritis* Chiffi. Mox, *aut perculsis* Vet. Dalec.—2 Gronov. *pusulas*.

CAP. XXXVII. 1 Alii ap. Dalec. *sed reddenda medicinæ quoque ratio est.*—

#### NOTÆ

esse ipsi fateantur. Diosc. loc. cit. 'Αναγράφεται δὲ καὶ ἐν τοῖς φαρμακοῖς. In medicamenta refertur, quæ sunt exitiali vi prædita.

<sup>f</sup> *Atque etiam in oleastro*] Nostrates oleæ, oleastrique, inquit Diosc. loc. cit. talem lacrymam ferunt.

<sup>g</sup> *Olivæ albæ*] Diosc. 1. 139. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ὑπόκιβρος καὶ πρόσφατος ἐλαία, δυσκοίλιος, εὐστόμαχος.

<sup>h</sup> *Carnem mandendo*] Hæc verba ex Reg. Colb. ac Chiffi. codice adjecimus.

<sup>1</sup> *Aut convulsis*] Dentes emotos stabiliri eo cibo scribit Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Nigra oliva*] Diosc. loc. cit. Ἡ δὲ μέλαινα καὶ πέπειρος, εὐδιάφθορος καὶ κακостόμαχος, ὀφθαλμοῖς τε ἀνεπιτήδειος

καὶ κεφαλῇ. Nigra et matura corrumpi facilis, stomacho contraria: nec oculis convenit, nec capiti.

<sup>k</sup> *Utraque ambustis*] Dioscor. loc. cit. Plinius Valer. 11. 36. 'Ambustis sanandis: olivarum carnes teruntur, et imponuntur. Nigra oliva continuo si imponatur commanducata, pustulas gigni prohibet.' Theodorus Priscianus 1. 17. 'De ustione calidæ, vel ignis: ustiones antequam vesicas erigant, muriam olivarum frequenter infunde: aut easdem olivas salsas contritas imponito.'

<sup>l</sup> *Sed nigra*] Diosc. et Plinius Valer. loc. cit.

<sup>m</sup> *Colymbades*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *De amurca*] Lib. xv. 8.

Gingivis<sup>o</sup> et oris ulceribus, dentium stabilitati<sup>2</sup> efficacissime subvenit. Item ignibus<sup>p</sup> sacris infusa, et his quæ serpunt. Pernionibus nigræ olivæ amurca utilior: item infantibus fovendis. Albæ vero, mulierum vulvæ in lana admovetur. Multo autem<sup>q</sup> omnis amurca decocta efficacior. Coquitur<sup>r</sup> in Cyprio<sup>3</sup> vase ad crassitudinem mellis. Usus ejus<sup>s</sup> cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, ut quæque causa exigat, in curatione<sup>t</sup> oris, dentium, aurium, ulcerum manantium, genitalium, rhagadam.<sup>t</sup> Vulneribus in linteolis<sup>u</sup> imponitur, luxatis in lana: ingens hic usus, utique inveterato<sup>v</sup> medicamento: tale enim fistulas sanat. Infunditur<sup>w</sup> sedis, genitalium, vulvæ exulcerationi. Illinitur vero podagris incipientibus: item articulariis<sup>5</sup> morbis. Si vero<sup>x</sup> cum omphacio<sup>6</sup> recoquatur ad mellis crassitudinem, casuros<sup>7y</sup> dentes extrahit. Item jumentorum<sup>z</sup> scabiem,

2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *stabilitate* Gronov. et vulgg. *instabilitati* al. ap. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cupreo* edd. vett. et Gronov.—4 Chiffi. *curationem*.—5 Ita ex codd. Harduini et recentt. *articularibus* Gronov. et al. vett.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *omphucino*, e Diosc.—7 Corn. ex Vet. *causorios*; sic et Chiffi.

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Gingivis*] Plinius Valer. hæc strictim, 1. 30. 'Amurca ex oliva nigra oris vitii subvenit.'

<sup>p</sup> *Item ignibus*] Plinius Valer. 111. 4. 'Amurca olivæ nigræ igni sacro infunditur.'

<sup>q</sup> *Multo autem*] Dioscor. 1. 134.

<sup>r</sup> *Coquitur*] Dioscor. loc. cit.

<sup>s</sup> *Usus ejus*] Totidem verbis hæc Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Rhagadam*] 'Ραγάδας ani fissuras Scribonius Largus exponit. Sic etiam pedum rimas vocant, *ραγάδας τὰς ἐν ποσί*. Dicuntur autem *ραγάδες*, ἀπὸ τοῦ *ρήγνυμι*, hoc est, a frangendo.

<sup>u</sup> *Vulneribus in linteolis*] Theod. Priscianus 1. 19. 'Olivarum amurcam coques primum igne fortiori, . . . Cum vero coagulaverit, reponis in vas mundum: et cum frigescere cœperit, linteola infusa loco percusso im-

ponimus.'

<sup>v</sup> *Utique inveterato*] Amurca, inquit, inveterata melior evadit. Παλαιουμένη τε βελτίων γίνεται, ait etiam Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Infunditur*] Diosc. loc. cit. Ἐγκλυσμά τε ἔδρα, καὶ αἰδοίφ, καὶ μήτραις εἰλωμέναις ἐστὶ χρήσιμος.

<sup>x</sup> *Si vero*] Reliquæ deinceps ex amurca medicina totidem verbis extant apud Diosc. loc. cit.

<sup>y</sup> *Casuros*] Dentes corruptos extrahit, inquit Diosc. ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐφθαρμένους ὀδόντας.

<sup>z</sup> *Item jumentorum*] Diosc. loc. cit. Item Cato de Re Rust. c. 96. p. 56. 'Oves ne scabræ fiant, amurcam condito, puram bene facito: aquam ubi lupinus deferverit, et fæcem de vino bono, inter se omnia commisceto pariter . . . . Eodem modo in

cum decocto lupinorum, et chamæleone<sup>8</sup> herba, mire sanat. Cruda<sup>a</sup> amurca podagras<sup>9</sup> foveri utilissimum.

XXXVIII. (IV.) Oleastri foliorum eadem natura. Spodium e cauliculis<sup>b</sup> vehementius inhihet rheumatismos. Sedat et inflammationes oculorum, purgat ulcera, alienata explet,<sup>c</sup> excrescentia leniter erodit, siccaturque,<sup>1</sup> et ad cicatricem perducit: cetera, ut in oleis. Peculiare autem,<sup>2</sup> d quod folia decoquantur ex melle, et dantur<sup>3</sup> cochlearibus contra sanguinis exscreationes. Oleum tantum acrius, efficaciusque: et de eo os quoque<sup>e</sup> colluitur ad dentium firmitatem.<sup>4</sup> Imponuntur<sup>f</sup> folia et paronychiis, et carbunculis, et contra omnem collectionem cum vino: iis vero quæ purganda sunt,<sup>5</sup> cum melle. Miscentur<sup>g</sup> oculorum medicamentis, et decoctum foliorum, et succus oleastri. Utiliter<sup>h</sup> etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur, et epinyctides. Item cum farina hordeacea venter,<sup>i</sup> in rheumatismo: cum oleo,



—8 Gronov. *chamæleonte*.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *podagris* edd. vett. et Gronov.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *siccatur* edd. vett. et Gronov.—2 Vet. Dalec. *oleis*. In hoc autem peculiare.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *danturque* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Oleum tamen acrius atque efficacius: et os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem* edd. vett. et Gronov.—5 Alii, *sint*.

#### NOTÆ

omnes quadrupedes nitito, si scabra erunt.<sup>7</sup>

<sup>a</sup> Cruda] Diosc. loc. cit.

<sup>b</sup> Spodium e cauliculis] Diosc. I. 137. *Uruntur, inquit, cum floribus folia, ut spodii vicem præsent . . . ita ut in medicamentis oculorum spodio minime cedant. Καίεται δὲ τὰ φύλλα μετὰ τῶν ἀνθῶν, καὶ ἀντὶ σποδίου λαμβάνεται . . . Δοκεῖ δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις μὴ λείπεσθαι τοῦ σποδίου εἰς τὰ ὀφθαλμικά.*

<sup>c</sup> Alienata explet] Vulnere quæ non coeunt, rimas, fissurasque, carne replet.

<sup>d</sup> Peculiare autem] Iisdem verbis Plinius Valer. I. 64.

<sup>e</sup> Et de eo os quoque] Diosc. I. 40.

Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον διάκλυσμα οὐλοῖς μυδῶσι, καὶ σταλτικὸν ὑποσάλων ὀδόντων ἐστὶ. *Sylvestris olivæ oleum ad gingivas putri uligine laborantes colluitur, dentesque labantes confirmat.* Q. Serenus cap. 15. de dentium vitio, pag. 133. eam vim quoque commandicatorum foliorum succo attribuit: 'Mansus item prodest succis oleaster acerbis.'

<sup>f</sup> Imponuntur] Plinius Valer. III. 25.

<sup>g</sup> Miscentur] Diosc. I. 137.

<sup>h</sup> Utiliter] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> Item . . . venter] Subintellige, illinuntur, in fluxione alvi. Diosc. loc.

capitis dolores.<sup>j</sup> Cutem in capite<sup>k</sup> ab ossibus recedentem cauliculi decocti, et cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro māturi in cibo sumti sistunt alvum. Tosti autem<sup>l</sup> et cum melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

XXXIX. Olei naturam causasque abunde diximus.<sup>m</sup> Ad medicinam ex olei generibus hæc pertinent. Utilissimum esse omphacium,<sup>n</sup> proxime viride.<sup>o</sup> Præterea<sup>p</sup> quam maxime recens, (nisi<sup>q</sup> cum vetustissimum quæritur,) tenue, odoratum, quodque non mordeat, e diverso quam in cibos eligitur. Omphacium<sup>q</sup> prodest gingivis. Si contineatur in ore, colorem<sup>r</sup> dentium custodit magis, quam aliud: sudores<sup>s</sup> cohibet.<sup>3</sup>

CAP. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. est *omphacinum* Gronov. et vulgg. est *omphacium* Franz.—2 Vet. Dalec. recens. At si.—3 Vet. Dalec. corrigi.

#### NOTÆ

cit. φύλλα καὶ ἐπὶ κοιλιακοῖς εὐθεεῖ καταπλασσομένα σὺν ὠμηλόσει. *Folia cum hordeacea farina illita celiacis conveniunt.*

<sup>j</sup> *Capitis dolores*] Subintellige, illinuntur, ut cap. 35. dentium dolores oleæ Æthiopicæ lacryma illinendos dixit.

<sup>k</sup> *Cutem in capite*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. III. 22. Quid sit porro cutis recedens ab ossibus, Marcellus Empiricus c. 4. p. 42. hunc locum transcribens non intellexit: cum putavit esse nimirum cutem in vulneribus plus æquo excrescentem: ‘Oleastri,’ inquit, ‘cauliculi teneri decocti, et melle impositi, carnes supra oscula in vulneribus quælibet prohibent excrescere.’ Diosc. rem perspicue et aperte explanat, I. 137. ubi de oleastri foliis: Σὺν μέλιτι, inquit, καταπλασθέντα καὶ δέρμα κεφαλῆς ἀποσπασθὲν παρακολληῖ. *Cum melle imposita cutem a capite avulsam agglutinant.* Quam vim et eorum succo, de-

coctoque adjudicat. Recedit ab ossibus caro, cum ea putrescente ossa nudantur, in ulceribus phagedænicis et cancris.

<sup>l</sup> *Tosti autem*] Refert de foliis eadem Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Olei . . . diximus*] Lib. xv. cap. 2. et seqq.

<sup>n</sup> *Esse omphacium*] De quo XII. 60. Id ex acerbis seu immaturis olivis exprimitur: sive, ut dicitur xv. 2. ex oliva cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis.

<sup>o</sup> *Proxime viride*] Diximus de eo XII. 60. Huic ab omphacio secunda laus, et pæne gemina bonitas atque nota: nisi quod viride est, omphacium candidum: ut ibi diximus.

<sup>p</sup> *Præterea*] Sic Diosc. I. 29.

<sup>q</sup> *Omphacium*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Colorem*] Dentes firmare ait Diosc. loc. cit. ὀδόντων κρατυντικόν, κρατούμενον ἐν τῷ στόματι.

<sup>s</sup> *Sudores*] Diosc. loc. cit.



XL. *Enanthino*<sup>a</sup> idem est effectus, qui rosaceo. Omni autem<sup>b</sup> oleo mollitur corpus, vigorem et robur accipit: stomacho contrarium. Auget<sup>c</sup> ulcerum incrementa.<sup>1</sup> Fauces exasperat, et venena<sup>d</sup> omnia<sup>2</sup> hebetat, præcipue psimythii, et gypsi, in aqua mulsa, aut ficorum siccarum decocto potum: contra meconium, ex aqua: contra cantharidas,<sup>e</sup> buprestin, salamandras, pityocampas: per se potum, redditumque vomitionibus, contra omnia supra dicta.<sup>3</sup> Et lassitudinum<sup>f</sup> perfrictionumque resectio est.<sup>4</sup> Tormina<sup>g</sup> calidum potum cyathis sex, magisque ruta simul decocta pellit. Item<sup>5</sup> ventris<sup>h</sup> animalia. Solvit alvum<sup>i</sup> heminæ mensura, cum vino et calida aqua potum, aut ptisanæ succo. Vulnerariis emplastris utile. Faciem purgat. Bubus infusum per nares, donec ructent, inflationem sedat.<sup>j</sup> Vetus autem<sup>k</sup> magis excalfacit corpora, magisque discutit sudores. Duritias<sup>6</sup> magis diffundit. Lethargicis<sup>l</sup> auxi-



CAP. XL. 1 Vet. Dalec. *purgamenta*; alii vett. *excrementa*.—2 Vet. Dalec. *et venenata omnia*.—3 Ita ex codd. Harduinus et recent. *contra marina supra dicta* Vet. Dalec. *contra omnia s. d. laudatissimum* Gronov. et vulgg.—4 Alii ap. Dalec. *remedio est*.—5 Vet. Dalec. *decocta sedat*; *pellit item*.—6 Vet.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Enanthino*] De quo Plinius XII. 61. Vim ei astringendi rosaceo similem Diosc. attribuit I. 56.

<sup>b</sup> *Omni autem*] Diosc. I. 30.

<sup>c</sup> *Auget*] Carne explet ulcera. Eodem sensu Corn. Celsus VIII. 4. ali ulcus ait, id est, coalescere, *σαρκούσθαι*. Diosc. I. 53. de rosaceo oleo: Ἔστι δὲ καὶ θρεπτικὸν κολίλων ἐλκῶν. Facit incrementa carnis, ulceribus impositum illitumve.

<sup>d</sup> *Et venena*] Diosc. I. 30.

<sup>e</sup> *Contra cantharidas*] Sic Diosc. in Alexiph. cap. 1. et seqq.

<sup>f</sup> *Et lassitudinum*] De oleo laurino hoc Diosc. prodidit I. 49. et de sampsuchino cap. 58.

<sup>g</sup> *Tormina*] Totidem verbis Diosc. I. 30.

<sup>h</sup> *Item ventris*] Lumbricos, ἔλμινθας

τε ἐκβάλλει. Dioscor. loc. cit.

<sup>i</sup> *Solvit alvum*] Diosc. loc. cit. totidem verbis.

<sup>j</sup> *Inflationem sedat*] Interancorum. Sic et infusum clystere homini prodest ad ileosos maxime affectus. Dioscor. loco citato. Καὶ ἐνίεται δὲ τὸ αὐτὸ, μάλιστα πρὸς τὰς εἰλεώδεις.

<sup>k</sup> *Vetus autem*] Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ παλαιὸν θερμαντικώτερον, καὶ διαφορητικώτερον.

<sup>l</sup> *Lethargicis*] Auctor hujus medicinæ Celsus III. 20. 'Excitat autem,' inquit, 'lethargicos validissime, repente aqua frigida infusa post remissionem: itaque perunctum oleo multo corpus, tribus aut quatuor amphoribus, totum per caput perfundendum est,' &c.

liare, et inclinatio<sup>7</sup> morbo. Oculorum<sup>m</sup> claritati confert aliquid, cum portione mellis acapni. Capitis doloribus<sup>n</sup> remedium est. Item ardoribus in febris cum aqua: et si vetusti<sup>o</sup> non sit occasio, decoquitur, ut vetustatem repræsentet.

XLI. Oleum cicinum<sup>p</sup> bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ mensura. Privatim dicitur purgare præcordia. Prodest et articulorum morbis, duritiis omnibus, vulvis, auribus, ambustis. Cum cinere vero muricum, sedis inflammationibus, item psoræ. Colorem cutis commendat, capillumque<sup>q</sup> fertili natura evocat. Semen ex quo fit, nulla animans<sup>r</sup> attingit. Ellychnia ex uva<sup>r</sup> fiunt, claritatis præcipuæ. Ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni sacro illiuntur ex aceto: per se autem recentia mammis et epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus, cum polenta et croco: per se autem tri-duo imposita faciem purgant.

XLII. Oleum amygdalinum<sup>s</sup> purgat, mollit corpora, cu-

Dalec. discutit. Sudores et duritias.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *magis auxiliare, et inclinatio* Gronov. et vulgg. *auxiliare, sed inclinatio* margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. XLI. 1 Vet. Dalec. *nullum animal.*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Oculorum] Diosc. loc. cit. *πρὸς ὀφθαλμίας τε ὑπάλειμμα.*

<sup>n</sup> Capitis doloribus] Celsus IV. 2. 'Caput vehementer perfricare: deinde calido oleo implere: veste velare quidam etiam id devinciunt.'

<sup>o</sup> Et si vetusti] Si desit oleum vetus, inquit, de eo cujus copia est, quod præstantissimum est ad mellis crassitudinem decoquitur. Sic eandem atque vetustum vim habet. Sic Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> Oleum cicinum] De quo Plinius XV. 7. 'Fit et e cici arbore in Ægypto,' &c. Commendat illud inprimis Diosc. I. 38. ad ulcera capitis, ad psoras, et sedis inflammationes: ad

pellendas ex alvo aquas, lumbricosque: ad aurium dolores, &c. Pintianum nihil moror, qui contra omnium exemplarium fidem, *cnecinum* hoc loco, non *cicinum*, legit: Galeno quoque, quem non legit, admodum ei reluctantante: cujus verba referemus cap. 45.

<sup>q</sup> Capillumque] Et hoc ipsum prodit de oleo cicino Marcellus Empir. c. 6. p. 47.

<sup>r</sup> Ellychnia ex uva] Fert enim arbor ea semen nvarum gracilium palidarumque, ut dictum est XV. 7.

<sup>s</sup> Oleum amygdalinum] Diosc. I. 39. de eo plura.

tem erugat,<sup>t</sup> nitorem commendat, varos cum melle<sup>u</sup> tollit e facie. Prodest et auribus, cum rosaceo et melle et mali Punici germine<sup>1</sup> decoctum, vermiculosque in his necat, et gravitatem auditus<sup>v</sup> discutit, sonos incertos<sup>2</sup> et tinnitus, obiter capitis dolores,<sup>w</sup> et oculorum.<sup>3 x</sup> Medetur furunculis, et a Sole<sup>y</sup> ustis cum cera. Ulcera<sup>z</sup> manantia et furfures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per se vero capiti illitum, somnum allicit.

XLIII. Oleum laurinum<sup>a</sup> utilius quo recentius, quoque viridius colore. Vis ejus<sup>b</sup> excafactoria, et ideo paralyticis, spasticis, ischiadicis, sugillatis, capitis doloribus, inveteratis distillationibus, auribus, in calyce Punici<sup>c</sup> calfactum illinitur.

XLIV. Similis et myrtei<sup>d</sup> olei ratio: astringit, indurat: medetur gingivis, dentium dolori, dysenteriae, vulvæ exulceratae, vesicis, ulceribus<sup>e</sup> vetustis vel manantibus, cum squama æris et cera. Item eruptionibus,<sup>f</sup> ambustionibus.



CAP. XLII. 1 Vet. Dalec. *tegmine*.—2 Vet. Dalec. *sonosque incertos*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et oculorum hebetudinem*, e Diosc.

CAP. XLIV. 1 *Item eruptionibus papularum* margo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Cutem erugat*] Diosc. loc. cit. Diosc. I. 49.

<sup>u</sup> *Varos cum melle*] Plinius Valer. III. 41.

<sup>b</sup> *Vis ejus*] Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Et gravitatem auditus*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *In calyce Punici*] Vel, ubi Punici mali non sit occasio, 'in strigili ferrea,' ut ait Plinius Valer. I. 10. 'missum et tepefactum, infusumque auribus, dolorem omnem tollit.' Iisdem hæc verbis prodidit Marcellus Empir. c. 9. p. 80.

<sup>w</sup> *Capitis dolores*] Marcellus Empir. c. 1. p. 36. et Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Et oculorum*] Diosc. loc. cit. Καὶ ἀμβλυωπίας δὲ ἐστὶν ἀνασκευαστικόν. *Hebetem etiam oculorum aciem emendat.*

<sup>d</sup> *Similis et myrtei*] Μυρσίνων ἔλαιον Dioscoridi I. 48. Δύναμις δὲ αὐτοῦ στυπτικὴ, σκληρυντικὴ.

<sup>y</sup> *Et a Sole*] Diosc. loc. cit. Αἶρει δὲ καὶ ἐφήλεις μέλιτι μγνόμενον, καὶ κρίνου ῥίζῃ, καὶ κυπρίνῃ ἢ ῥοδίνῃ κηρωτῇ. *A Sole ustis medetur, admixtum melli, lilii radici, ac rosaceo, cyprinove cerato.*

<sup>e</sup> *Ulceribus*] Ulcera capitis manantia, (ἀχῶρας Græci vocant) sanari eo Diosc. ait loc. cit.

<sup>z</sup> *Ulcerata*] Totidem verbis hæc Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 4. pag. 40. et Plinius Valer. III. 22.

<sup>f</sup> *Item eruptionibus*] Diosc. loc. cit. Καὶ πρὸς πυρκαυστα, ἐξανθήματα, κ. τ. λ. *Fucit quoque ad ambustiones, eruptiones papularum, &c.*

<sup>a</sup> *Oleum laurinum*] Hæc pariter *Delfh. et Var. Clus.*

*Plinius.*

Attrita<sup>g</sup> sanat, et furfures, et rhagadas, condylomata, articulos luxatos, odorem<sup>h</sup> gravem corporis.<sup>2</sup> Adversatur cantharidi, buprestis, aliisque malis medicamentis, quæ exulcerando nocent.

XLV. Chamæmyrsinæ,<sup>i</sup> sive oxymyrsinæ eadem natura. Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum. Item citreum. E nuce vero juglande, quod caryinum<sup>j</sup> appellavimus, alopeciiis utile est, et tarditati aurium<sup>k</sup> infusum. Item capitis<sup>l</sup> dolori<sup>2</sup> illitum. Ceterum iners et gravi sapore. Enimvero si quid in nucleo putridi fuerit, totus modus<sup>m</sup> deperit. Ex Cnidio grano factum, eandem vim habet, quam cicinum.<sup>n</sup> E lentisco<sup>o</sup> factum, utilissimum acopo est. Idemque proficeret æque ut rosaceum, ni durius paulo<sup>p</sup> intelligeretur. Utuntur eo<sup>q</sup> et contra nimios

e Diosc.—2 Ibid. ex eodem, *laxatos, sudorem compescit*.

CAP. XLV. 1 Chiffi. *caryinum*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *doloribus* Gronov. et al. vett.—3 Cod. Dalec.

#### NOTE

<sup>g</sup> *Attrita*] Diosc. Παρατρίμματα, ραγάδας, κονδυλώματα, ἔρθρα κεχάλασμένα.

<sup>h</sup> *Odorem*] Certe sudores compescit, ἰδρώτας στέλλει, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Chamæmyrsinæ*] Hoc est, myrti sylvestris, ut dictum est xv. 7.

<sup>j</sup> *Quod caryinum*] Lib. xv. cap. 7. Καρύινον quoque Galeno de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 172.

<sup>k</sup> *Et tarditati aurium*] Marcellus Empiricus cap. 9. pag. 82. 'Oleum ex nuce juglande instillatum auriculæ, gravius audienti valde prodest.' Diosc. quoque i. 41. 'Ἀρμόζει δὲ καὶ ὤτα γλαῖς, καὶ ἤχοις, καὶ συρρυμοῖς, μετὰ χηρῆλου στέατος ἐγχεόμενον. Contra dolores aurium, sonos atque tinnitus, auxilio est, cum anserino adipe infusum.

<sup>l</sup> *Item capitis*] Marcellus Empiricus cap. 1. pag. 35. 'Oleum ex nuce

juglande quæ manducatur expressum, subitum capitis dolorem, si eo perfricetur, mire compescit.'

<sup>m</sup> *Totus modus*] Sincerius forsan modius fuerit. Centenos olei modios, inquit Plinius xv. 6. factum vocant. Sed et modus olei de toto lacu accipi potest, *la Cuvée*.

<sup>n</sup> *Ex Cnidio . . . quam cicinum*] Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>o</sup> *E lentisco*] Diosc. i. 50. Τὸ δὲ σχίνων. . . εἰς ἔκοπα. Sunt autem ἔκοπα apud medicinæ scriptores, remedia contra lassitudines confecta, quod contra κόποις, id est, labores, utilia sint. Ruellius, apud Diosc. ἔκοπα vertit medicamenta quæ nervorum lassitudines reficiunt. Scribonius Largus Compos. 268. 'Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem nervorum.' Vide plura in Lex. Const.

<sup>p</sup> *Ni durius paulo*] Habet enim vim

sudores, papulasque sudorum. Scabiem<sup>r</sup> jumentorum efficacissime sanat. Balaninum<sup>s</sup> oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingivas.<sup>4</sup>

XLVI. Cypros qualis esset, et quemadmodum ex ea fieret oleum docuimus.<sup>a</sup> Natura ejus<sup>b</sup> excafcit, emollit nervos.<sup>r</sup> Folia stomacho illinuntur: et vulvæ concitatæ<sup>c</sup> succus quoque eorum apponitur. Folia recentia<sup>d</sup> commanducata, ulceribus in capite manantibus, item oris medentur, et collectionibus, condylomatis. Decoctum foliorum<sup>e</sup> ambustis et luxatis prodest. Ipsa rufant<sup>f</sup> capillum tusa, adjecto struthii mali<sup>2</sup> succo. Flos capitis<sup>g</sup> dolores sedat cum aceto illitus. Idem combustus in cruda olla nomas sanat et putrescentia ulcera per se, vel cum melle. Odor floris olet, qui somnum facit.<sup>3</sup> Astringit gleucinum,<sup>4</sup> et refrigerat,<sup>h</sup> eadem ratione qua et œnanthinum.



*tostis modiis*; codex alter ejusdem, *totus modius*.—4 ‘Bene Dioscorides, i. 40. οὐλῶν μελανίας. Perperam autem Plinius, *gingivas*. Hic οὐλα, *gingivas*, pro οὐλὰς, *cicatrices*, accepit. Vide jam notata supra cap. 4. et 13.’ Brotier.

CAP. XLVI. 1 Gronov. *mollit nervos*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *struthii herbæ*, e Diosc.—3 Ibid. ex eodem, *suaviter olet, et somnum facit*. Dalecampius vero legit, *odor floris suavis, et qui somnum faciat*.—4 Vet. Dalec. *melinum*.

#### NOTÆ

astringendi, καὶ στέφει, inquit Galenus de Facult. Simp. Medic. lib. vi. pag. 171.

<sup>a</sup> *Utuntur eo*] Diosc. i. 50.

<sup>r</sup> *Scabiem*] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Balaninum*] Quod fit ex unguentaria balano, de qua XII. 46. Dioscor. i. 40. Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>a</sup> *Cypros qualis . . . docuimus*] Lib. XII. cap. 51.

<sup>b</sup> *Natura ejus*] Hæc pariter Diosc. i. 65. et 124.

<sup>c</sup> *Vulvæ concitatæ*] Ascendenti vulvæ.

<sup>d</sup> *Folia recentia*] Dioscor. i. 124. Διαμασσηθέντα ἄφθας ἰᾶται.

<sup>e</sup> *Decoctum foliorum*] Diosc. i. 124. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, πυρκαϊῶσταν καταπλημα. *Decoctum foliorum igni am-*

*bustis affunditur.*

<sup>f</sup> *Ipsa rufant*] Et hic δμωνυμία vœcum delusum esse Plinium non immerito quis suspicetur. Nam cum apud Græcum scriptorem id legisse videatur, quod extat apud Dioscor. i. 124. Ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας στρουθίου χυλῶ τὰ φύλλα λεία βραχένητα καὶ ἐγχρισθέντα. *Rufant capillos folia trita et illita, quæ in struthii succo maduerint.* Στρούθιον eo loci radícula herba est, qua de eginus XIX. 18. De struthio malo Plinius intellexit, quod e genere cotoneorum est, de quo XV. 10. Sed et suos forte hæc quoque medicina habuit anctores.

<sup>g</sup> *Flos capitis*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Astringit gleucinum, et refrigerat*] Dioscoridi i. 67. calfacere dicitur,

XLVII. Balsaminum longe pretiosissimum omnium, ut in unguentis diximus,<sup>i</sup> contra omnes<sup>j</sup> serpentes efficac. Oculorum<sup>k</sup> claritati plurimum confert, caliginem discutit. Item dyspnœas,<sup>l</sup> collectiones omnes duritiasque lenit. Sanguinem densari prohibet, ulcera purgat:<sup>m</sup> auribus, capitis<sup>n</sup> doloribus, tremulis, spasticis, ruptis perquam utile. Adversatur<sup>o</sup> aconito ex lacte potum. Febres<sup>p</sup> cum horrore venientes perunctis leviores facit.<sup>q</sup> Utendum tamen modico,<sup>r</sup> quoniam adurit,<sup>q</sup> augetque vitia non servato temperamento.

XLVIII. Malobathri<sup>r</sup> quoque naturam et genera exposuimus. Urinam<sup>s</sup> ciet. Oculorum<sup>t</sup> epiphoris vino expressum utilissime imponitur. Item frontibus,<sup>u</sup> dormire volentibus: efficacius, si et nares illinantur: aut si ex

//////////

CAP. XLVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *horrores illitu discutit*, e Diosc.—2 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *modice* Gronov. et al. vett.

CAP. XLVIII. 1 Vet. Dalec. *Item fronti*.

#### NOTE

relaxare, mollire. Et ea sane aromata, quibus concinnatur, apud Columellam XII. 51. et apud Dioscor. loc. cit. iis sunt dotibus, ac facultatibus prædita, ut oleum iis conditum, refrigerare vix ullo modo possit. Astringendi vim ænanthino dat quoque Diosc. I. 56.

<sup>i</sup> *In unguentis diximus*] Lib. XII. cap. 54.

<sup>j</sup> *Contra omnes*] A vipera demorsis opitulari scribit Diosc. I. 18.

<sup>k</sup> *Oculorum*] Dioscor. I. 18.

<sup>l</sup> *Item dyspnœas*] Diosc. Δυσπνοῦσιν ἀρμόζων, ægre spirantibus convenit.

<sup>m</sup> *Ulceras purgat*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Auribus, capitis*] Q. Serenus Samonicus, (ejus Samonici pater, qui Gordiani Junioris Imp. præceptor fuit,) a Caracalla occisus, ut Spartianus refert, quique ex Plinii sententiis

medicum opus versibus concinnavit, idem prodidit cap. 2. pag. 126. 'Balsama si geminis instillans auribus addas, Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem.' Et cap. 3. pag. 127. 'Portio si capitis morbo tentetur acuto, Allia diversum lana contacta per aurem Inducta prosunt: et eodem balsama pacto.'

<sup>o</sup> *Adversatur*] Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Febres*] Dioscor. Πύλη συγχρισθὲς λύει, rigores illitu solvit.

<sup>q</sup> *Quoniam adurit*] Θερμαντικώτατος ὄν, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Malobathri*] Lib. XII. cap. 59.

<sup>s</sup> *Urinam*] Diosc. I. 11.

<sup>t</sup> *Oculorum*] Diosc. loc. cit. Καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλεγμονὰς ἀρμόζει ἀναξεσθὲν ἐν οἴνῳ, καὶ λεῖον ἐπιχρίμενον. *Oculorum inflammationibus in vino servefactum, tritumque, ac illitum apprime confert.*

aqua bibatur. Oris et halitus<sup>u</sup> suavitatem commendat linguæ subditum folium, sicut et vestium<sup>v</sup> odorem interpositum.

XLIX. Hyoscyaminum<sup>a</sup> emolliendo utile est, nervis inutile.<sup>1</sup> Potum quidem cerebri motus facit. Therminum<sup>b</sup> e lupinis emollit, proximum rosaceo effectum habens. Narcissinum<sup>2c</sup> dictum est cum suo flore. Raphaninum<sup>d</sup> phtiriasas longa valetudine contractas tollit, scabritiasque cutis in facie emendat. Sesaminum<sup>e</sup> aurium dolores sanat, et ulcera quæ serpunt, et quæ cacoëthe vocant. Lirion,<sup>3</sup> quod et Phaselinum et Syrium vocavimus,<sup>f</sup> renibus utilissimum est, sudoribusque<sup>g</sup> evocandis, vulvæ<sup>h</sup> molliendæ, concoquendoque intus.<sup>4i</sup> Selgiticum<sup>5</sup> nervis utile

//////////

CAP. XLIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. *H. emolliendo utilius, n. inutile* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. effectū. *Narcissum*.—3 *Lilinum* Chiffi. Mox, quod et melinum, et seivæon vocamus, renibus, &c. margo edd. Dalec. et Gronov.—4 Vet. Dalec. concoquen-

#### NOTE

<sup>u</sup> Oris et halitus] Diosc. loc. cit. Ἔποθεται δὲ καὶ γλώσση πρὸς εὐωδίας στόματος.

<sup>v</sup> Sicut et vestium] Diosc. loc. cit. Καὶ σὺν ἱματίοις τίθεται· ἔβρωτα γὰρ καὶ εὐώδη ταῦτα τηρεῖ. Vestibus utiliter interponitur: siquidem eas et a tineis defendit, et odore non ineleganti tuetur.

<sup>a</sup> Hyoscyaminum] Diosc. I. 42. Ὑοσκυάμινον . . . μαλακτικὸν ὄν.

<sup>b</sup> Therminum] Θέρμιον Græci lupinum vocant. Vim ei discutiendi Galenus adjudicat, διαφορητικὴν, de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 178.

<sup>c</sup> Narcissinum] Lib. XXI. cap. 75.

<sup>d</sup> Raphaninum] De raphanino læce eadem prodit Diosc. ad verbum, I. 41.

<sup>e</sup> Sesaminum] Diosc. I. 41.

<sup>f</sup> Lirion . . . vocavimus] Lib. XXI. cap. 11. 'Est et rubens lilium, quod Græci crinon vocant . . . Laudatissimum in Antiochia, et Laodicea Syriæ, mox in Phaselide.' Diosc. 111.

116. Κρίνον βασιλικόν, . . . ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρίσμα κατασκευάζεται, ὃ τινες λείρινον, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι. Crinon seu liliū regium . . . ex quo paratur unguentum, quod aliqui lirinum, susinum alii appellitant. Et I. 62. Τὸ δὲ σούσινον, ὃ ἔνιοι κρίνον καλοῦσιν, κ. τ. λ.

<sup>g</sup> Sudoribusque] Hanc vim evocandi sudoris Plinius succo ipsi assignat, qui e liliū flore exprimitur, XXI. 74.

<sup>h</sup> Vulvæ] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> Concoquendoque intus] Concoquendis, quæ intus latent, vulvæ vitiiis. Simile est quod de crocino oleo tradit Diosc. I. 64. Καὶ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ σκληρίας, καὶ μύσεις, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κακοήθη . . . Συμπέπτει γὰρ, καὶ μαλάσσει, καὶ λύγραινει, καὶ πραθνεῖ. Valet et ad uteri duritias, præclusiones, malignaque ulcera . . . Concoquit enim, emollit, humectat, lenit. Quanquam et de suppurationibus concoquendis accipi hic locus potest, quem habemus

esse diximus,<sup>j</sup> sicut herbaceum quoque, quod Iguvini<sup>6</sup> circa Flaminiam<sup>k</sup> viam vendunt.

L. Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus,<sup>l</sup> sapore melleo, non sine nausea, alvum solvit: <sup>1</sup> bilem præcipue<sup>m</sup> detrahit, duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere,<sup>n</sup> torpescunt, excitanturque crebro. Potores<sup>2</sup> certaturi<sup>o</sup> præsumunt ex eo cyathum unum. Pissino oleo<sup>p</sup> usus ad tussim et quadrupedum<sup>3</sup> scabiem est.

LI. A vitibus oleisque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis dolorem<sup>q</sup> afferunt: minus, siccæ: nec, quantum videtur,<sup>r</sup> utiles stomacho: tussim exasperant, corpus alunt.<sup>t</sup> Succum decoctarum<sup>s</sup> antiqui pro hy-



*disque vitis; Chiffi. concoquendisque intus.—5 Selgitium Chiffi.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Egubini cod. Dalec. Egonini Chiffi. Enguini alii ap. Dalec. Iguvini Gronov. et vulgg.*

CAP. L. 1 Ita codd. Harduini, Chiffi, et Vet. Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *emollit* Gronov. et vulgg.—2 *Pugnatores* alii ap. Dalec.—3 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiffi. *usus et passim ad quadrupedem vulgg. ante Brotier. Mox, cod. Dalec. scabiem. Est autem a vitibus, &c.*

CAP. LI. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTE

in manibus; nam et de succo qui e liliis flore elicitur, XXI. 74. 'ad emolliendas vulvas,' inquit, valet, 'sindoresque faciendos, et suppurationes concoquendas.'

<sup>j</sup> *Selgiticum . . . diximus*] Lib. xv. cap. 7.

<sup>k</sup> *Flaminiam*] A Flaminio dictam, qui eam stravit lapidibus ab Urbe Roma Ariminum usque.

<sup>l</sup> *Elæomeli . . . diximus*] Lib. xv. cap. 7.

<sup>m</sup> *Bilem præcipue*] Dioscor. I. 37. totidem verbis.

<sup>n</sup> *Qui bibere*] Dioscor. loc. cit. Ἐνωθροι δὲ γίνονται καὶ ἔκλυτοι οἱ λαμβάνοντες ὄπιον οὐ δεῖ εὐλαβεῖσθαι διεγείρειν δὲ αὐτοὺς μὴ ἐώπτας καταφέρεισθαι. Qui assumere, torpescunt, viribusque deficiunt: attamen minime terreri eo oportet: quin excitandi sunt, neque si-

nendum ut somno graviore consopiantur.

<sup>o</sup> *Potores certaturi*] Quasi sic viribus suis fidant, ut et vini vim ebrietatem, et elæomelitos soporem afferentis, sustinere possint, aut vincere.

<sup>p</sup> *Pissino oleo*] De eo Plinius xv. 7. et Diosc. I. 95. qui ad eundem usum et pissinum oleum et picem ipsam liquidam asciscit. Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>q</sup> *Capitis dolorem*] Diosc. I. 148.

<sup>r</sup> *Nec, quantum videtur*] Ita sane Dioscoridi visum est: qui palmas esitatas stomachicis prodesse scripsit: αἱ δὲ ξηρὰ ἀφελούσι βιβρωσκόμεναι . . . στομαχικοὺς, κ. τ. λ.

<sup>s</sup> *Succum decoctarum*] Cum hydromelite, non pro hydromelite Dioscorides adhibuit, I. 149. τῶν δὲ Θηβαϊκῶν τὸ ἀφέψημα ποθὲν, παύει καύσω-



dromelite dabant ægris ad vires recreandas, sitim sedandam, in quo usu<sup>2</sup> præferebant Thebaicas. Sanguinem quoque<sup>1</sup> exscreantibus utiles,<sup>3</sup> in cibo maxime. Illinuntur<sup>4</sup> caryotæ stomacho, vesicæ, ventri, intestinis, cum cotoneis et cera et croco. Sugillata emendant.<sup>4</sup> Nuclei palmarum<sup>5</sup> cremati in ficili novo,<sup>5</sup> cinere loto spodii vicem efficiunt, miscenturque collyriis, et calliblephara faciunt addito nardo.

LII. (v.) Palma quæ fert<sup>a</sup> myrobalanum, probatissima in Ægypto, ossa non habet<sup>b</sup> reliquarum modo in balanis.<sup>1</sup>

augent Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et sitim s. in quem usum* margo edd. Dalec. et Gronov. *sitim s. in quem usum* Gronov. et vulgg.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *siccæ utiles*, e Diosc.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *intestinis. Cum cotoneis et cera et croco suggillata emendant* Gronov. et vulgg. *intestinis, cum cotoneis, et cerato œnanthino. Suggillata*, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ficili, et vino restincti*, ex eod.

CAP. LII. I Vet. Dalec. *præ se fert myr. pr. in Ægypto. Ossa non habet rel. modo balanus.* Hanc lect. probat Reines. Var. Lect. II. 7. e Diosc. I. 149.

## NOTÆ

να, καὶ τὰς δυνάμεις ἀνακτᾶται, μετὰ ὑδρομέλιτος παλαιοῦ λαμβανόμενον. Thebaicarum decoctum potui datum, febrilem ardorem ac sitim sedat, et cum hydromelite vetusto sumtum vires recreat.

<sup>1</sup> Sanguinem quoque] Dioscor. I. 148.

<sup>2</sup> Illinuntur] Plinius Valer. II. 39. 'Caryotæ tritæ dolori imponuntur, adversus urinæ difficultatem.' Diosc. loc. cit. 'Ὁφελούσι καὶ τὰ περὶ κύστιν, καταπλασσομένοι λείαι μετὰ κιδωνίου καὶ κηρωτῆς οἰνανθίνης. Tritæ cum cotoneis, et cerato œnanthino, vesicæ vitis utiliter illinuntur.

<sup>3</sup> Nuclei palmarum] Hæc totidem verbis Diosc. I. 149.

<sup>a</sup> Palma quæ fert] Hæc palma est, cujus historiam scripsit XII. 47. cujus fructus, cum maturitatem est assecutus, phœnicobalani proprie nomen: ante maturitatem idem, ob affinitatem aliquam, similitudinemque cum glande unguentaria, et my-

robalani appellationem habuit. Plinius loco mox cit. 'Myrobalano in unguentis similem, proximumque usum habet palma in Ægypto . . . phœnicobalanus vocatur.' Et Plinius Valer. III. 20. 'Myrobalanum . . . . genus est caryotæ, quod os non habet,' &c. Similitudinem eam fructus cum Arabica myrobalano attigit Diosc. I. 148. Φολινὴ ἐν Αἰγύπτῳ παρεμφέρων τῇ Ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ. Hanc esse remur balanum Ægyptium, quam Plutarchus ait bellaria suavitate vincere, Symp. Quæst. VIII. 4. pag. 723. Sugillat hoc loco Plinium Salmasius in præfat. pag. 96. Dalecampium, et alios secutus: sed ita ut livorem potius suum, quam scriptoris perdidigentis errorem prodit ullum. Quod si qua nihilominus exemplaria scripta manu faverent, *Palma quæ refert myrobalanum*, legi hoc loco haud gravate ferrem.

<sup>b</sup> Ossa non habet] Quoniam imma-

Alvum et menses ciet<sup>2 c</sup> in vino austero, et vulnera<sup>d</sup> conglutinat.

LIII. Palma elate,<sup>e</sup> sive spathe, medicinæ confert<sup>1</sup> germina, folia, corticem. Folia imponuntur<sup>f</sup> præcordiis, stomacho, jocineri, ulceribus quæ serpunt, cicatrici repugnantiæ. Psoras<sup>g</sup> cortex ejus tener cum resina et cera sanant diebus xx. Decoquitur et ad testium vitia. Capillum denigrat suffitu,<sup>2 h</sup> partus extrahit. Datur bibendus<sup>i</sup> renum vitiis, et vesicæ, et præcordiorum: et capiti, et nervis inimicus.<sup>j</sup> Vulvæ ac ventris fluxiones<sup>3</sup> sistit decoc-

//////////

—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sistit Gronov. et vulgg.

CAP. LIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Palma, sive elate, sive spathe, medicinæ confert.* *Palma elate* Edd. vett. (sic etiam Chiffi.) *medicinæ confert* cod. Dalec. 'De hac palma jam egit Plinius XII. 62. At elate non arbor est, sed involucrum fructus palmæ arboris. In Mss. Regg. 1. 2. *Palma elatæ.* Unde legi posset, *Palma elate*; tunc nihil peccaret.' Brotier.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *illitu*, e Diosc.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fluxio-*

#### NOTÆ

tura colligitur, nondum genito intus nucleo, ut diximus XII. 47.

<sup>c</sup> *Alvum et menses ciet*] Immo, si Dioscoridi fides habenda est, sistit potius: *Est, inquit, fructus ille acerbus atque astringens, et contra alvi profusiva, fluxumque muliebrem in vino austero bibitur.* Ἔστι δὲ στρυφνὸς, στυπτικὸς, πινόμενος σὺν οἴνῳ ἀσθηρῶ πρὸς διάρροϊαν καὶ ῥοῦν γυναικείον. Et sane hæc vis sistendi, et fructus acerbitati, et austeritati vini, quicum assumitur, apte congruit. Nihilominus sic Mss. omnes, Reg. Colb. Chiffi. aliique. Et Parmensis editio, ceteræque ante Hermolaum, cui *sistit* reponendum satius visum est. Quin et Plinius Valer. II. 23. cui titulum fecit, 'Vetri molliendo:' 'Myrobalanus,' inquit, 'genus caryotæ nascens in Ægypto, quæ os non habet, vino austero trita et pota alvum citat.' Sed jam hujus ævo irrepsisse id mendum in Plinii libros suspicari forsitan haud temere licet.

<sup>d</sup> *Et vulnera*] Diosc. loc. cit. Ἰσθησι δὲ καὶ αἰμορροΐδας, καὶ τραύματα κολλᾷ καταπλασθῆς. Plinius Valer. III. 20. 'Myrobalanum, ut jam diximus, genus est caryotæ, quod os non habet: hæc ex vino trita austero, vulnera curat et solidat.'

<sup>e</sup> *Palma elate*] Vide quæ de ea diximus XII. 62.

<sup>f</sup> *Folia imponuntur*] Vires plane similes elatæ suæ, hoc est, tenerarum adhuc palmarum involucro, Dioscorides tribuit I. 50.

<sup>g</sup> *Psoras*] Hæc rursum in elaten suam Dioscorides transtulit loc. cit.

<sup>h</sup> *Capillum . . . suffitu*] At illitu, fricatuque etiam crebro spathe suæ seu elatæ, nigredinem conciliari capillis, auctor est Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Datur bibendus*] Dioscor. de elate sen spathe sua loc. cit.

<sup>j</sup> *Nervis inimicus*] E diverso Dioscoridis elate laxatos committit articulos: Χαλασμούς τε ἔρρωρον συνάγει.

tum ejus. Item cinis ad tormina potus in vino albo, in 4 vulvarum vitiis efficacissimus.

LIV. (VI.) Proximæ varietates generum medicinarum-que, quæ mala habent. Ex his verna,<sup>k</sup> acerba, stomacho inutilia sunt: alvum, vesicam<sup>1</sup> circumagunt, nervos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta suaviora. Cruda tamen,<sup>1</sup> duntaxat matura, prosunt<sup>2</sup> sanguinem exscreantibus ac dysentericis, cholericis, coeliacis. Non idem prosunt<sup>3</sup> decocta, quoniam amittunt constringentem illam vim succi. Imponuntur et pectori<sup>4</sup> in febris ardoribus: et tamen decoquuntur in aqua cœlesti, ad eadem, quæ supra scripta sunt. Ad stomachi autem<sup>m</sup> dolores cruda decoctave cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos sanat. Cocta in vino,<sup>n</sup> et illita cum cera, alopeciiis<sup>5</sup> capillum reddunt.<sup>6</sup> Quæ ex his cruda<sup>o</sup> in melle condiuntur, alvum movent. Mellis autem suavitati multum adjiciunt, stomachoque utilius id faciunt. Quæ vero in melle<sup>p</sup> con-



nem Gronov. et vulgg.—4 Dalec. et in.

CAP. LIV. 1 Vet. Dalec. *alvum cogunt et vesicam*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *bilem gignunt, inflationes pariunt*, e Diosc.—2 Cod. Dalec. *tamen natura prosunt*.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *possunt* Gronov. et vulgg.—4 Ita Gronov. Harduin. 1. Miller. et Bipont. *Imponuntur pectori* Harduin. 2. ex errore operarum, quod tamen retinuit Franz.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *carbunculos sanat, cocta in vino et illita cum cera. Alopeciiis, &c.* edd. vett. et Gronov.—6 Dalec. *reddit*.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Ex his verna*] Diosc. i. 159. τὰ δὲ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα, χολοποῖα, ἄθετα τῆ νευρώδει παντὶ, ἐμπνευματοῦντα. *Quæ mala verno tempore maturescunt, bilem gignunt, nervos omnes lædunt, inflationesque pariunt.*

<sup>1</sup> *Cruda tamen*] Marcellus Empir. c. 16. p. 120. 'Plithisicis et empyicis prodest aqua in qua cydonea mala cocta fuerint, assidue propinata: ipsa etiam si incocta manducentur, juvant.' Et c. 16. p. 120. 'Cydonea bene matura non cocta, in cibo accepta, prosunt cholericis reprimendis.' Plinius Valer. i. 64. cui titulus, 'Sanguinem rejicientium curatio: 'Cy-

donia matura,' inquit, 'devorantur cruda.' Et ii. 28. 'Dysentericis compescendæ: 'Cydonia matura cruda eduntur.' Et c. 25. 'Cholericis quomodo succurritur: 'Cydonia si matura cruda in cibo sumantur.'

<sup>m</sup> *Ad stomachi autem*] Marcellus Empir. c. 20. p. 139. 140. et 141. Plinius Valer. ii. 15.

<sup>n</sup> *Cocta in vino*] Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>o</sup> *Quæ ex his cruda*] Plinius Valer. ad verbum, ii. 23.

<sup>p</sup> *Quæ vero in melle*] Diosc. i. 160. Marcellus Empiricus c. 20. p. 139.

diuntur cocta, quidam ad stomachi vitia trita cum rosæ foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorum<sup>a</sup> lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodest. Item mammis,<sup>r</sup> condylo-  
matis, varicibus. Flos et viridis<sup>s</sup> et siccus inflammationi-  
bus oculorum, exscreationibus sanguinis, mensibus mulie-  
rum. Fit et succus ex his mitis, cum vino dulci tuisis,  
utilis et cœliacis et jocineri. Decocto quoque<sup>t</sup> eorum fo-  
ventur, si procidant vulvæ et interanea. Fit et oleum ex  
his, quod melinum vocavimus,<sup>u</sup> quoties non fuerint in hu-  
midis nata. Ideo utilissima, quæ ex Sicilia veniunt. Mi-  
nus utilia<sup>v</sup> struthia, quamvis cognata. Radix eorum cir-  
cumscripita terra manu sinistra capitur, ita ut qui id faciet,<sup>7</sup>  
dicat quæ capiat, et cujus causa: sic adalligata strumis  
medetur.

LV. Melimela<sup>a</sup> et reliqua dulcia, stomachum et ventrem  
solvunt,<sup>r</sup> siticulosa,<sup>b</sup> æstuosa: sed nervos non lædunt. Or-  
biculata<sup>c</sup> sistunt alvum, et vomitiones, urinas cient. Syl-  
vestria<sup>d</sup> mala similia sunt vernis acerbis, alvumque sis-  
tunt.<sup>2</sup> Sane in hunc usum immatura opus sunt.

LVI. Citrea contra<sup>e</sup> venenum in vino bibuntur, vel ipsa,



qui facit Gronov. et vulgg. qui faciet Chiffi. 'Lego, qui id faciet.' Dalec.

CAP. LV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. stomachum vexant, et ventrem  
solvunt, e Diosc.—2 Ibid. ex eodem, alvumque sistunt et astringunt.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Succus crudorum] Dioscor. loco citato.

<sup>r</sup> Item mammis] Dioscor. loc. cit. *Μαστοῦς φλεγµαίνοντος, mammarum inflammationes adjuvat.*

<sup>s</sup> Flos et viridis] Diosc. loc. citato.

<sup>t</sup> Decocto quoque] Diosc. loc. cit.

<sup>u</sup> Fit et oleum . . . voosivimus] Lib. XIII. 2. Hoc pariter Dioscor. loco citato et Plinius Valer. IV. 42.

<sup>v</sup> Minus utilia] Dioscor. loc. cit. *Τὰ δὲ λεγόμενα στρουθία καὶ μεγάλα, ἤττον ἔστιν εὐχρηστα.*

<sup>a</sup> Melimela] Diosc. I. 161. *Τὰ δὲ μελίμηλα κοιλίαν μαλάσσει . . . κακοστό-*

*μαχα δέ.*

<sup>b</sup> Siticulosa] Sitim et æstum afferentia.

<sup>c</sup> Orbiculata] Dioscor. I. 162. *Τὰ δὲ Ἠπειρωτικὰ λεγόμενα, Ῥωµαῖστὶ δὲ ὀρβικουλὰτα, εὐστόμαχα, κοιλίας σταλτικὰ, σῆρων προκλητικὰ, κ. τ. λ. Sic etiam Diphilus apud Athen. lib. III. pag. 80. ubi ὀρβικὰτα vocat.*

<sup>d</sup> Sylvestria] Totidem verbis de eo malorum genere Dioscor. I. 163.

<sup>e</sup> Citrea contra] Theophrastus Histor. IV. 4. et ex eo Athenæus lib. III. p. 84. Diosc. I. 166. Oppius apud Macrobius, Saturn. II. 15. et elegantiarum Maro Georg. II. 'Me-

vel semen. *Faciunt oris*<sup>f</sup> suavitatem, decocto eorum colluti,<sup>1</sup> aut succo expresso. Horum semen<sup>g</sup> edendum præcipiunt in malacia<sup>h</sup> prægnantibus: ipsa vero contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facile manduntur.

LVII. Punici mali<sup>i</sup> novem<sup>1</sup> genera nunc iterare supervacuum. Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellavimus,<sup>2j</sup> stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingivasque lædunt. Quæ vero ab his sapore proxima vinosa diximus,<sup>k</sup> parvum nucleum habentia, utiliora paulo intelliguntur. Alvum sistunt, et stomachum,<sup>3</sup> duntaxat pauca, citraque satietatem. Sed hæc<sup>1</sup> minime danda, quanquam omnino nulla, in feбри, nec carne acinorum utili nec succo. Caventur æque vomitionibus,<sup>4</sup> ac



CAP. LVI. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Biont. et Franz. *ore colluto* Vet. Dalec. *eorum colluto* Gronov. et al. vett.

CAP. LVII. 1 'Lib. XIII. cap. 34. quinque.' Dalec. Mox, *iterari supervacuum* Chiffi.—2 Chiffi. *appellamus*.—3 Ita ex codd. Harduini et recentt. Ita quoque Chiffi. *Alvum sistunt, et stomacho prosunt* Gronov. et al. vett. *A. sistunt acida, et stomacho prosunt* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—4 *Sed alimenti dulcia minimum dant, atque omnino nulla, &c. utilia nec succo. Medentur acini vomitionibus* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. *utile* Gronov.

#### NOTÆ

dia fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali: quo non præsentius ullum, Pocula si quando sævæ infecere novercæ, Miscueruntque herbas, et non innoxia verba, Auxilium venit, et membris agit atra vena.

<sup>f</sup> *Faciunt oris*] Dioscor. loc. cit. *Διάκλυσμά τέ ἐστι πρὸς εὐωδίαν στόματος τὸ ἀφέψημα, καὶ ὁ χυλὸς αὐτῶν.*

<sup>g</sup> *Horum semen*] Dioscor. loc. cit. *Σπέρμα ἔχον ἀπίφ ζουκός. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ. . . βιβρώσκειται δὲ μάλιστα ὑπὸ γυναικῶν πρὸς τὴν κίσσαν.* Quæ Dalecampius ad corticem, succumve mali Punici prave transtulit.

<sup>h</sup> *In malacia*] Malacia est in gravidis ille languor, et mollities dissoluti, et cuncta fastidientis stomachi.

Græci *κίτταν*, Latini etiam *picam* appellant.

<sup>1</sup> *Punici mali*] Sic in Indice lib. XIII. num. 39. 'Punici mali genera 1x.' Vide quæ diximus XIII. 34.

<sup>j</sup> *Apyrina . . . appellavimus*] Lib. XIII. c. 34. De his Plinius Valer. II. 40. 'de Punicis,' Nostro astipulatur: 'Dulcia,' inquit, 'inflationes stomacho movent, nec tute febricitantibus dari possunt.'

<sup>k</sup> *Vinosa diximus*] Lib. XIII. c. 34. Vinolenta vocat Plinius Valer. IV. 40. et ab his acida secernit. Hæc mediæ inter acida ac dulcia facultatis esse censet Diosc. I. 151.

<sup>1</sup> *Sed hæc*] Sed vinosa minime danda, immo omnino nulla sunt danda febricitanti. Diosc. I. 151.

bilem rejicientibus. Uvam in his,<sup>m</sup> ac ne mustum quidem, sed protinus vinum aperuit natura. Utrumque asperiore cortice. Hic ex acerbis<sup>n</sup> in magno usu. Vulgus coria<sup>o</sup> maxime perficere illo novit: ob id malicorium<sup>p</sup> appellant medici. Urinam cieri eodem monstrant: mixtaque galla in aceto decoctum,<sup>5</sup> mobiles dentes stabilire. Expeditur gravidarum<sup>q</sup> malaciæ, quoniam gustatu<sup>r</sup> moveat infantem.<sup>6</sup> Dividitur malum,<sup>8</sup> cœlestique aqua madescit ternis fere diebus. Hæc bibitur frigida coeliacis, et sanguinem exscreantibus.

LVIII. Ex acerbo<sup>a</sup> fit medicamentum, quod stomatice<sup>b</sup> vocatur, utilissimum oris vitiis, narium, aurium, oculorum caligini: <sup>c</sup> pterygiis, genitalibus, et his quas nomas vocant,



pro utili.—5 Ita codd. Harduini, Chiffli. et Vet. Dalec. *decocto* Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. *famem*.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Uvam in his*] Uvam in his, ac non mustum modo, sed cum uva vinum statim ostendit natura, hoc est, succum vino parem: utrumque autem, et uvam, et vinum, sub asperiore cortice inclusit.

<sup>n</sup> *Hic ex acerbis*] Plinius supra XIII. 34. 'Corticis major usus ex acerbis ad perficienda coria.'

<sup>o</sup> *Vulgus coria*]—Plinius Valer. IV. 40. 'Illa vero acerba sunt, quibus coria curantur,' &c.

<sup>p</sup> *Ob id malicorium*] Ita mali Punici corticem vocant Latini: Celsus in primis lib. II. c. postremo. Græci *σίδιον*. Simplicius id ei factum nomen putarium, quod corio similis est ob duritiem, crassitiemque majorem, quam sit in vulgari malorum ceterorum cortice.

<sup>q</sup> *Expeditur gravidarum*] Alludere ad hanc Punici mali dotem Plautus videtur in Amphitr. II. 2. 91. 'Enimvero prægnanti oportet et malum et malum dari, Ut quod obrodatur sit, animo si male esse occæperit.'

<sup>r</sup> *Quoniam gustatu*] Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>8</sup> *Dividitur malum*] De Punico malo universe id accipiendum, uti Plinius Valer. intellexit, IV. 40. non de singulari uno genere.

<sup>a</sup> *Ex acerbo*] Hæc verbis totidem Plinius Valer. IV. 40. ac fere Diosc. I. 151.

<sup>b</sup> *Stomatice*] *Στοματική*, subintellege, *δύναμις*, hoc est, compositio, quæ ad uvas, tonsillas, omnesque repentinas oris, (quod Græci *στέμα* vocant) inflammationes accommodatur. Scribonius Largus Compos. 64. 'Ad faucium uvæque tumorem stomatice hac fere utuntur,' &c. Schola Salernitana: 'Mora sitim tollunt, recreant cum faucibus uvam.'

<sup>c</sup> *Oculorum caligini*] Præter Dioscoridem et Plinium Valer. locis citatis, Theod. Priscianus I. 10. 'de oculorum causis:' 'Si autem obscuritas hæc senectutis magis quam oculorum vitium fuerit, succum mali granati melle Attico æqua mensura com-

et quæ in ulceribus excrescunt. Contra<sup>1</sup> leporem marinum<sup>d</sup> hoc modo: acinis detracto<sup>e</sup> cortice tusis, succoque decocto ad tertias,<sup>2</sup> cum croci, et aluminis scissi, myrrhæ, mellis Attici selibris. Alii et hoc modo faciunt: Punica acida multa tunduntur: succus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine, ad virilitatis et sedis vitia, et omnia quæ Lycio<sup>3</sup> curantur, aures purulentas, epiphoras incipientes, rubras maculas. In manibus rami Punicorum serpentes fugant. Cortice Punici ex vino decocti et impositi,<sup>4</sup> perniones sanantur. Contusum<sup>f</sup> malum ex tribus heminis vini, decoctum ad heminam, tormina et tæniæ pellit.<sup>5</sup> Punicum in olla nova, cooperculo illito,<sup>g</sup> in furno exustum,<sup>6</sup> et contritum, potumque in vino, sistit alvum, discutit tormina.

LIX. Primus pomi<sup>h</sup> hujus partus florere incipientis, cy-



CAP. LVIII. 1 *Et contra Dalec.*—2 Chiffi. *ad ternas.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hypocistide*, e Diosc.—4 Dalec. *decocto et imposito.*—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tormina sedat, et tæniæ pellit* Gronov. *tæneæ* etiam Chiffi.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *operculo indito, in f. tostum* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

misces, et nteris, ... Hoc etiam scriptoribus et pictoribus sæpe profuit.

<sup>d</sup> *Contra leporem marinum*] Habent ea verba libri omnes, etiam manu exarati: Plinius Valer. qui cetera ad verbum exscripsit, non habet. Eoque magis in suspicionem venimus, minime ea genuina esse, sed spuria, quod adversus leporem marinum quæ vulgo remedia statuuntur, intra corpus omnia sumi necesse sit: istud, cujus nunc forma scribitur, externis tantum vitis apponi posse videatur. Ad leporem marinum tamen Scribonius Largus Compos. 186. prodesse ait malorum Punicorum grana assidue data: sed per se ac sola: nec myrrham adjicit, nec alumen. Sic etiam Diosc. in Alexiph. c. 30.

<sup>e</sup> *Acinis detracto*] Plinius Valer. iv. 40. 'Fit ex acido Punico medica-

mentum, *στοματικὸν* a Græcis nominatum, cujus compositio ejusmodi est: Detracto cortice mala tunduntur: ex his succus exprimitur: is decoctus ad tertias, cum ad sextarium venerit, croci scrupuli sex, myrrhæ sex, aluminis sex, mellis optimi libra una, miscentur: et ex hoc medicamento,' &c.

<sup>f</sup> *Contusum*] Marcellus Empir. cap. 28. p. 200. Plinius Valer. ii. 21. ad verbum. Et ante ceteros Cato cap. 126. p. 66.

<sup>g</sup> *Cooperculo illito*] Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>h</sup> *Primus pomi*] Plinius Valer. iv. 40. fere ad verbum. Hesychius: *κύτινοι, τῆς βόλας τὰ πρῶτα ἐξανθήματα.* Ea vox calycem sonat, quo dehiscente in sua se folia flos pandit et explicat: *ἐν γὰρ τῷ κτύπῳ ἄνθος, in-*

tinus vocatur Græcis,<sup>1</sup> miræ observationis multorum experimento. Si quis unum<sup>i</sup> ex his, solutus vinculo omni cinctus et calceatus, atque etiam annuli, decerpserit duobus digitis, pollice et quarto sinistræ manus, atque ita lustratis levi tactu oculis, mox in os additum<sup>2</sup> devoraverit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem passurus eo anno. Idem cytini<sup>j</sup> siccati tritique, carnes ex crescentes cohibent: gingivis<sup>k</sup> et dentibus medentur: vel si mobiles sint, decocto succo.<sup>3</sup> Ipsa corpuscula<sup>4</sup> trita, ulceribus quæ serpunt putrescuntve, illinuntur. Item oculorum inflammationi intestinorumque: et fere ad omnia, quæ<sup>5</sup> cortices malorum. Adversantur scorpionibus.

LX. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquere. In hoc ipso cytino<sup>m</sup> flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus.<sup>n</sup> Hos quoque ergo experti invenerunt scorpionibus adversari. Sistunt potu menses fœminarum: sanant oris<sup>o</sup> ulcera, et tonsillas,<sup>1</sup> uvam, sanguinis exscreationes, ventris et stomachi solutiones, genitalia, ulcera quacumque in parte manantia. Siccavere etiam,<sup>p</sup> ut sic quoque experirentur,



CAP. LIX. 1 Chiffli. a Græcis.—2 Vet. Dalec. *oculis, in os inditum.* Paulo post, *passurum eo anno* Gronov. *passurus eodem anno* Chiffli.—3 Vet. Dalec. *medentur si mobiles sint, decocto, aut succo;* et sic Diosc.—4 Vet. Dalec. *vascula.*—5 Vet. Dalec. *ad quæ.*

CAP. LX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hulcera, tonsillas* Gronov. et al. vett. *hulcera capitis margo* edd. Dalec. et Gronov. Diosc. ἀχώρας.—

#### NOTÆ

quit Theophr. Adde his, si lubet, ea quæ Rob. Const. habet in Lexico.

<sup>i</sup> *Si quis unum*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. iv. 40. Contractis paulo, neque adeo superstitiose Dioscor. i. 152.

<sup>j</sup> *Idem cytini*] Plinius Valer. loc. cit.

<sup>k</sup> *Gingivis*] Diosc. loc. cit. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, οὐλων πλαδῶντων, καὶ ἰδόντων σειομένων διάκλυσμα.

<sup>l</sup> *Ipsa corpuscula*] Cytini partem in-

feriorem intelligit, quæ in fructum transit ac pomum: dum superior una cum staminibus ipsi medio insidet pomo.

<sup>m</sup> *In hoc ipso cytino*] Plinius Valer. iv. 40. ad verbum.

<sup>n</sup> *Balaustium ... diximus*] Lib. xiii. c. 34.

<sup>o</sup> *Sanant oris*] Hæc totidem verbis Plinius Valer. loc. cit.

<sup>p</sup> *Siccavere etiam*] Marcellus Empir. c. 27. p. 193.



inveneruntque <sup>q</sup> tusorum farina dysentericos a morte revocari, alvum sisti. Quin et nucleos ipsos acinorum experiri non piguit. Tosti tusique <sup>r</sup> stomachum juvant, cibo aut potioni <sup>z</sup> inspersi. Bibuntur <sup>s</sup> ex aqua cœlesti ad sistendum alvum. Radix decocta <sup>t</sup> succum emittit, qui tœnias necat,<sup>3</sup> Victoriati pondere. Eadem discocta <sup>u</sup> in aqua, quas Lycium,<sup>4</sup> præstat utilitates.

LXI. Est et sylvestre Punicum <sup>v</sup> a similitudine appellatum. Ejus radices <sup>w</sup> rubro cortice denarii pondere ex vino potæ somnos faciunt. Semine potō,<sup>x</sup> aqua quæ subierit cutem, siccatur. Mali Punici corticis fumo caulices fugantur.

LXII. (VII.) Pirorum omnium <sup>a</sup> cibus etiam valentibus onerosus, ægris quoque vini modo negatur. Decocta ea-



2 Chiff. *potionibus per se*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tineas necat* Gronov. et al. vett.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hypocistis*.

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Inveneruntque*] Scribonius Largus Compos. Med. c. 21. num. 85. 'Balaustium contunditur, siccatur, sicco mortario teritur . . . Atque ille quidem pastillus bene facit ad dysentericos, id est, torminosos.' Adde et Galen. de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 163.

<sup>r</sup> *Tosti tusique*] Diosc. i. 151.

<sup>s</sup> *Bibuntur*] Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Radix decocta*] Marcellus Empir. cap. 28. p. 199. Diosc. quoque i. 153. τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ριζῶν, ἔλμινθας πλατείας ποθὲν ἐκτινάσσει καὶ ἀποκτείνει.

<sup>u</sup> *Eadem discocta*] Hoc est, ita cocta ut deliquescent. Verbis Columellæ utor, XII. 41.

<sup>v</sup> *Est et sylvestre Punicum*] Diosc. i. 154. 'Ροιὰ ἀγρία. Hanc temere cum erratico papavere, quæ *ροιάς μήκων* Græcis vocatur, Plinium miscuisse, Dalecampius falso calumniatur, eumque secutus, ut solcet, Salmasius in

Præf. pag. 11. et 12.

<sup>w</sup> *Ejus radices*] 'Ροιὰν et *ροιάδα* non esse a Plinio pro uno eodemque accepta, vel hoc unum declarat: quod papaveris erratici *κεφαλῖοις* sive capitibus hanc vim alliciendi somni scriptores asciverint: Plinius ipse inprimis xx. 77. radicibus, nemo unus.

<sup>x</sup> *Semine potō*] Hæc *ροιάς* quoque seu mali granati dos propria. 'Ροιάδος *μήκωνος* semen exinanit alvum: a quam quæ subter cutem subierit, non educit.

<sup>a</sup> *Pirorum omnium*] Schola Salernitana: 'Persica, poma, pira, et lac, casens, et caro salsa, Atra hæc bile nocent, suntque infirmis inimica.' Iterumque: 'Dum coquis, antidotum pira sunt: sed cruda venenum: Cruda gravant stomachum, relevant sed cocta gravatum.' Ac paulo ante: 'Sine vino sunt pira virus.'

dem mire salubria et grata, præcipue Crustumina. Quæcumque vero cum melle decocta, stomachum adjuvant. Fiunt cataplasmata<sup>b</sup> e piris, ad discutienda<sup>c</sup> corporum vitia: et decocto eorum ad duritias utuntur. Ipsa adversantur<sup>c</sup> boletis atque fungis, pelluntque pondere et pugnante succo. Pirum sylvestre<sup>d</sup> tardissime maturescit. Conciditur,<sup>e</sup> suspensumque siccatur ad sistendam alvum: quod et decoctum<sup>f</sup> ejus potu<sup>g</sup> præstat. Decoquantur<sup>g</sup> et folia cum pomo ad eosdem usus. Pirorum ligni<sup>h</sup> cinis contra fungos efficacius proficit. Mala piraque portatu jumentis mire gravia sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut utique ostendantur.

LXIII. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli<sup>i</sup> modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, et in umbra siccatur, ad aperienda<sup>j</sup> ulcera, cienda menstrua appositu<sup>k</sup> cum luteo ovi, aut potu cum amylo.<sup>k</sup> Podagris<sup>l</sup> illinitur cum farina Græci fœni<sup>2</sup> et aceto. Pilos



CAP. LXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. ad repellenda, e Diosc. Mox, et decocta Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. potum Gronov. et al. veti.

CAP. LXIII. 1 Chiffi. appositum. Vet. Dalec. appositus cum l. o. a. potus cum amylo. Margo edd. Dalec. et Gronov. amygdala, e Diosc.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fœni Græci Gronov. et

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Fiunt cataplasmata*] Diosc. I. 168. de piris: εἰς τὰ ἀποκρουστικά καταπλάσματα ἀρμόζουσι. In cataplasmata repellentia convenienter adduntur.

<sup>c</sup> *Ipsa adversantur*] Hanc piris sylvestribus vim asserit Dioscor. Ἐπιπορ. II. 160.

<sup>d</sup> *Pirum sylvestre*] Diosc. I. 168.

<sup>e</sup> *Conciditur*] Diosc. loc. cit.

<sup>f</sup> *Quod et decoctum*] Diosc. loc. cit. et Plinius Valer. IV. 39.

<sup>g</sup> *Decoquantur*] Diosc. et Plinius Valer. locis cit.

<sup>h</sup> *Pirorum ligni*] Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Itaque coaguli*] Colum. VII. 8. pag. 267. 'Nec minus lac cogitur ficulneo lacte, quod emittit arbor, si ejus vi-

rentem saucies corticem.' Diosc. I. 183. 'Ὁ δὲ ὄπιδος τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς πηκτικός ἐστὶ γάλακτος ὡσπερ ἡ πιτύα λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς ὡσπερ τὸ ἕξος. Tam sylvestris quam sativæ fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, coagulatumque aceti modo dissolvit.

<sup>j</sup> *Ad aperienda*] Totidem verbis hæc Dioscor. I. 183.

<sup>k</sup> *Cum amylo*] Ita cap. seq. de caprifici succo: 'Vulvam cum amylo aperit.' Tamen Diosc. loc. cit. μετὰ ἀμυγδάλου scripsit, ni mendosus est codex, non μετὰ ἀμύλου. Dioscoridi favet Saracenus in Notis.

<sup>l</sup> *Podagris*] Diosc. loc. cit.



intelliguntur. Novissimæ salubriores, quam primæ: medicatæ vero<sup>a</sup> nunquam. Juvenum vires<sup>b</sup> augment: senibus meliorem valetudinem faciunt, minusque rugarum.<sup>c</sup> Sitim<sup>d</sup> sedant: calorem refrigerant. Ob id non negandæ in febribus constrictis, quas stegnas<sup>e</sup> vocant.

Siccæ fici<sup>f</sup> stomachum lædunt: gutturi et faucibus magnifice utiles. Natura<sup>g</sup> his exalfaciendi. Sitim<sup>h</sup> afferunt. Alvum<sup>i</sup> molliunt, rheumatismis ejus, et stomacho contrariæ. Vesicæ<sup>j</sup> semper utiles, et anhelatoribus, ac suspiriosis. Item jocinerum,<sup>k</sup> renum, lienum vitiis.<sup>l</sup> Corpus et vires adjuvant: ob id ante athletæ<sup>m</sup> hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit.

## NOTÆ

macho innuit, sed haud longo temporis intervallo. Idem dicendi genus, cap. 66. de prunis: 'Ipsa pruna alvum solvunt: stomacho non utilissima, sed brevi momento.'

<sup>z</sup> Et voci contrariæ] Demetrius Scepsius apud Athen. lib. III. p. 80.

<sup>a</sup> Medicatæ vero] Quæ vis huic voci subsit, diximus XVI. 51. nec Dalecampio assensum sumus.

<sup>b</sup> Juvenum vires] Herodotus Lycius, in opere suo 'De ficibus,' aliique quos Athenæus affert lib. III. pag. 78.

<sup>c</sup> Minusque rugarum] Isidorus Orig. XVII. 7. 'A senibus in alimentum sumtæ sæpius ficus, rugas eorum ferunt distendere.'

<sup>d</sup> Sitim] Diosc. loc. cit. ἄδιψα δὲ, καὶ σβεστικά θερμασίας.

<sup>e</sup> Quas stegnas] Febres hæc fiunt, inquit Dalecampius, astricta cute, præclusis ejus spiraculis, impeditoque humorum et vaporum transpiratu. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. V. p. 129. στεγνὰ vocat ea quæ sensibiles excretiones prohibent. Alii, astricta renum vitia, et quæcumque impedimento sunt, ut urina aut difficulter, aut sæpe nulla, aut saltem per intervalla temporis stillis fluat.

<sup>f</sup> Siccæ fici] Dioscor. I. 183.

<sup>g</sup> Natura] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> Sitim] Diosc. loc. cit. τὰ δὲ ξηρὰ τροφίμᾳ, θερμαντικὰ, διψητικώτερα.

<sup>i</sup> Alvum] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> Vesicæ] Diosc. loc. cit.

<sup>k</sup> Item jocinerum] Diosc. loc. cit. Celsus III. 21. 'Si jecur aut lienem affectum esse, manifestum est, ficum pinguem contusam adjecto melle superponere.' Et cap. 24. 'Arida ficus imposita prodest, si jecur aut lien affectus est.'

<sup>l</sup> Lienum vitiis] Præter Diosc. loc. cit. Q. Serenus cap. 24. de splene curando, pag. 140. 'Arida ficus item fervente domatur aceto Et trita illinitur, vel splen apponitur hædi.'

<sup>m</sup> Ob id ante athletæ] Ad verbum hæc Isidorus XVII. 7. et Plinius Valer. IV. 47. 'Hic victus athleticus, quo corpus firmandum,' apud Celsum IV. 6. De hoc Pythagora porro, qui athleta fuit, vide Laërtium in Pythag. lib. VIII. et Iamblicum de Vita Pythag. I. 4. Cave autem existimes eundem hunc esse cum illo percelebri Mnesarchi filio, qui Pythagoricæ a se cognominatæ disciplinæ auctor ac princeps extitit. Oribasius 'Goram' pro Pythagora mendose vocat.

Recolligenti<sup>9</sup> se<sup>n</sup> a longa valetudine utilissimæ. Item comitialibus,<sup>10</sup> et hydropicis, omnibusque, quæ maturanda aut discutienda sunt, imponuntur: efficacius calce<sup>11</sup> aut nitro admixto. Coctæ cum hyssopo<sup>p</sup> pectus purgant, pituitam,<sup>q</sup> tussim veterem. Cum vino autem<sup>r</sup> ad sedem, et tumores maxillarum. Ad furunculos,<sup>12</sup> panos,<sup>t</sup> parotidas,<sup>u</sup> decoctæ illinuntur. Utile et decocto earum fovere foeminas.<sup>v</sup> Decoctæ quoque<sup>w</sup> eadem cum fœno Græco utiles sunt pleuriticis et<sup>13</sup> peripneumonicis. Cum ruta coctæ<sup>x</sup> torminibus prosunt. Tibiarum<sup>y</sup> ulceribus cum æris flore. Pterygiis<sup>14</sup> cum Punico malo. Ambustis, perionibus,

//////////

*trariæ Dalec.*—9 Ita ex codd. Hardinius et recentt. *Recolligentibus Gronov. et vulgg. Decoloratis margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.*—10 Chiff. *in comitialibus.*—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. *calce, aut iride, e Diosc. Mox, nitro aut si admixto Chiff. nitro, aut sinapi admixto Corn. e Vet.*—12 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et tumorem maxillarum et furunculos Gronov. et al. vett.*—13 Chiff. *ac.*—14 Vet. Dalec. *flore,*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Recolligenti se]* Diosc. loc. cit. *Tois ἐν μακρονοσίαις κακοχροῦσιν, iis qui e longa valetudine decolorati sunt.*

<sup>o</sup> *Item comitialibus]* Diosc. loc. cit.

<sup>p</sup> *Coctæ cum hyssopo]* Plinius Valer. 1. 58. 'Adversus diurnam tussim, ficus aridæ coquuntur cum hyssopo et aqua: et ex ea aqua tussientibus propinatur.' Et iv. 47. de fico: 'Coctæ ex aqua cum hyssopo, dant potionem quæ pectus expurget.' Multo ante Celsus iv. 4. juvare ait ad tussim veterem, 'quam pinguissimæ ficus uncias tres supra prunas incoctas esse.'

<sup>q</sup> *Pituitam]* Pituitosum humorem in pulmones delapsum. Diosc. loc. cit. *Tois περί πνεύμονα χρονίως πάθει.*

<sup>r</sup> *Cum vino autem]* Plinius Valer.

<sup>s</sup> *Ad furunculos]* Diosc. hæc totidem verbis, loc. cit. et Plinius Valer. iii. 32.

<sup>t</sup> *Panos]* Præter Diosc. Plinius Valer. iii. 27. et iv. 47. Item Marcellus Empir. c. 32. p. 225.

<sup>u</sup> *Parotidas]* Plinius Valer. i. 13. 'de parotidum curatione:' 'Ficus sicca, et vino cocta, et trita adjuvat.' Diosc. item loc. cit.

<sup>v</sup> *Utile . . . fovere foeminas]* Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>w</sup> *Decoctæ quoque]* Plinius Valer. iv. 47.

<sup>x</sup> *Cum ruta coctæ]* Diosc. i. pag. 183.

<sup>y</sup> *Tibiarum]* Plinius Valer. loc. cit. ad verbum. Dioscor. loc. cit. *Μετὰ χαλκάνθου δὲ, τὰ ἐν κνήμαις ρευματικά δυσάλθη καὶ κακοθήη ἰᾶται.* Plinius apud scriptorem Græcum unde hæc hausit, non *μετὰ χαλκάνθου*, hoc est, cum atramento sutorio, sed *μετὰ χαλκοῦ ἄνθους, cum æris flore*, legit. Verum ut ut legit, perinde est: nam et apud Galenum, lib. de succedaneis medicamentis, p. 974. *ἀντὶ χαλκάνθης, λεπὶς χαλκοῦ* substituitur: et inter ea quæ exedunt æque florem æris, atque sutorium atramentum Celsus affert v. 7.

cum cera.<sup>a</sup> *Hydropicis*<sup>b</sup> coctæ in vino, et cum absinthio<sup>15</sup> et farina hordeacea, nitro addito. Manducatae, alvum sistunt.<sup>c</sup> *Scorpionum* ictibus cum sale tritæ illinuntur. *Carbunculos*<sup>d</sup> extrahunt in vino coctæ et impositæ. *Carcinomatæ*,<sup>e</sup> si sine ulcere est, quam pinguis simam ficum imponi, pæne singulare remedium est: item phagedænae.

*Cinis* non ex alia<sup>f</sup> arbore acrior: purgat, conglutinat,<sup>16</sup> replet, astringit. Bibitur et ad<sup>g</sup> discutiendum sanguinem concretum. Item percussis, præcipitatis, convulsis, ruptis, cyathis<sup>17</sup> singulis<sup>h</sup> aquæ et olei. Datur tetanicis<sup>i</sup> et spasticis: item potus vel infusus cœliacis, et<sup>18</sup> dysentericis. Et si quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. Idem<sup>19</sup> cum cera et rosaceo subactus, ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque



et parotide, ac pterygiis; alii vett. ap. Dalec. et spasticis; Chiff. flore, et parotide. *Pterygiis*. Mox, *malicorio malo* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—15 Ita Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. et Bipont. in vino, cum absinthio Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. Mox, *hordeacea*. Nitro addito alvum cient margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. 'cient paulo ante hoc capite, id est, molliunt.' *Manducatae alvum solvunt* Chiff. *Alvum sistunt manducatae* Gronov. et vulgg.—16 Chiff. *arbore acrior, ulcera purgat, conglutinat*; Gronov. et al. ante Harduin. *arbore aciem purgat acrior, conglutinat*.—17 Cod. Dalec. *ruptis cinis cyathis*; Chiff. *ruptis, convulsis cineris*. Mox, *et olei exiguo*. Datur, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—18 *Conjunctio et deest* ap. Dalec.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Pterygiis*] Diosc. I. 183. Σὺν σιδίῳ δὲ βραιᾶς, πτερύγια ἀνακαθαίρει. Cum *malicorio pterygia purgant*.

<sup>b</sup> *Pernionibus, cum cera*] Hoc est, cum cerato. Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Hydropicis*] Plinius Valer. III. 12. 'de hydropisi:' 'Ficus sicca coquantur, et ex vino et absinthio, suffunduntur farina hordeacea, addito nitro: omnia in unum conteruntur, et ita imponuntur.

<sup>d</sup> *Alvum sistunt*] Et nitrum hic adhibet Dioscorides loc. cit. Κοιλίαν μάλασει κοπέντα μετὰ νίτρου . . . καὶ ἐσθιόμενα.

<sup>e</sup> *Carbunculos*] Plinius Valer. III. 30. Theod. Priscianus I. 18. 'de car-

bunculis:' 'Ficus sicca et in vino coctæ et contritæ imponuntur, ut ex altitudine evocare possint.'

<sup>f</sup> *Carcinomatæ*] Totidem verbis hæc Plinius Valer. III. 32. et privatim de narium carcinomate, Marcellus Empir. c. 10. p. 86.

<sup>g</sup> *Cinis non ex alia*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>h</sup> *Bibitur et ad*] Diosc. I. 186.

<sup>i</sup> *Cyathis singulis*] Cum aquæ cyatho ad singula ea mala, admixto exiguo olei, inquit Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Datur tetanicis*] Diosc. Καὶ τοῖς νευρικοῖς, καὶ σπασμοῖσι σύγχισμα ἀρμόδιον σὺν ἐλαίῳ, ἰδρωτὰς κινῶσα.

vitia crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum ejus morsu abstulerit, nullo vidente, atque cum aluta <sup>20j</sup> illigatum licio e collo suspende- rit, strumas et parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo, ventris ulcera <sup>21</sup> sanat. Crudæ <sup>22</sup> grossi <sup>k</sup> verrucas et thymos, nitro farinaque additis, tollunt. Spodii vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Bis tostus <sup>23</sup> adjecto psimmythio digeritur in pastillos, ad ulcera oculorum et scabritiam.

LXIV. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minus habet: surculo <sup>1</sup> quoque ejus lac coagulatur <sup>a</sup> in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suavita- tem carnibus asfert. Fricatur <sup>2</sup> diluto ex aceto. Miscetur exulceratoriis medicamentis. Alvum solvit: <sup>b</sup> vulvam cum amylo aperit. Pota <sup>3</sup> menses ciet cum luteo ovi. Podag- ricis cum farina Græci fœni <sup>4</sup> illinitur. Lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat: item venenatorum ictus, et canis morsus. Dentium quoque dolori hic succus apposi- tus in lana prodest, aut in cava eorum additus. <sup>5</sup> Cauliculi <sup>c</sup>

19 *Item Gronov.*—20 *Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in aluta Gronov. et al. vett.*—21 *Chiffi. vulnera.*—22 *Coctæ margo edd. Dalec. et Gronov.*—23 *Bis coctus Chiffi. Mox, adjecto hyoscyamo cod. Dalec.*

CAP. LXIV. 1 *Cod. Dalec. surculis. Mox, ejus lacte Chiffi.*—2 *Dalec. af- fert. Alopecix fricantur, ut supra.*—3 *Pota deest in Chiffi.*—4 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. Podagris cum farina fœnigræci Gronov. et vulgg.*—5 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. aut in cavis, &c. Gronov. et vulgg. aut in cava eorum inditus Vet. Dalec. aut cavis, &c. alii vett. ap. eundem.*

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Atque cum aluta]* *Aluta δερμάτιον, pellis mollior, est, delicatius eleganti- que concinnata. Licium vero, fi- lum appellatur, seu stamen.*

<sup>k</sup> *Crudæ grossi]* *Diosc. i. 185. ὄμιον δὲ μυρμηκίας καὶ θύμους σὺν νίτρῳ κατα- πλασθέντες καὶ ἀλεύρω αἶρουσι. Crudæ cum nitro et farina impositæ, verrucas, thymosque tollunt. Θύμος verrucæ no- men est, seu ulceris, Ægyptiæ fabæ magnitudine, quæ thymi florem re- præsentat.*

<sup>a</sup> *Lac coagulatur]* *Mss. omnes, lacte, antiquo more in nominandi casu. Ca- prificum porro tum ad hunc effectum, tum ad ceteros perinde valere atque ficum auctor est Diosc. i. 184. Fici ramus antem lac cogit, inquit Colum. vii. 8. p. 267.*

<sup>b</sup> *Alvum solvit]* *Q. Serenus c. 29. 'de ventre molliendo,' p. 144. 'Syl- vestris fici lacrymam prodesse lo- quuntur.'*

<sup>c</sup> *Cauliculi]* *Diosc. i. 185.*

et folia, admixto ervo, contra marinorum venena prosunt. Adjicitur<sup>6</sup> et vinum. Bubulas carnes<sup>d</sup> additi caules magno ligni compendio percoquunt. Grossi illitæ<sup>e</sup> strumas, et omnem<sup>7</sup> collectionem emolliunt, et discutunt. Aliquate-nus<sup>f</sup> et folia. Quæ mollissima<sup>g</sup> sunt ex his, cum aceto ulcera manantia, et epinyctidas, et furfures sanant. Cum melle foliis<sup>h</sup> ceria sanant, et canis morsus. Recentēs cum vino, phagedænas. Cum papaveris<sup>i</sup> foliis ossa extra-hunt. Grossi caprifici inflationes<sup>9</sup> discutunt suffitu. Re-sistunt<sup>j</sup> et sanguini taurino poto, et psimmythio, et lacti coagulato potæ. Item in aqua<sup>k</sup> decoctæ atque illitæ pa-rotidas sanant. Cauliculi aut grossi ejus quam minutissi-mæ ad scorpionum ictus e vino bibuntur. Lac quoque<sup>l</sup> instillatur plagæ, et folia imponuntur. Item adversus<sup>m</sup> murem araneum. Cauliculorum<sup>n</sup> cinis uvam faucium sedat.



6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Adji-ciunt* Gronov. et vulgg.—7 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et omnium* Gronov. et al. vett.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cum melle item et foliis* edd. vett. et Gronov. *Cum melle et nigra foliis* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inflammationes* Gronov. et vulgg.

## NOTE

<sup>d</sup> *Bubulas carnes*] Quinetiam et ar-bori ficni suspensæ carnes teneres-cunt, teste Plutarcho Sympos. Quæst. vi. 10. p. 696.

<sup>e</sup> *Grossi illitæ*] Diosc. i. 185. Οἱ δὲ ὄλωνθοι, ὑπὸ δὲ τινῶν ἐρινεῶν καλούμενοι, ἐφθλο καταπλασθέντες, πᾶσαν συστρο-φῆν, καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσοσιν. Gros-si, quæ a nonnullis erinei nominantur, coctæ et illitæ collectionem omnem, stru-masque emolliunt.

<sup>f</sup> *Aliquateenus*] Diosc. i. 185.

<sup>g</sup> *Quæ mollissima*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Cum melle foliis*] Hoc est, im-po-situ foliorum cum melle. Ita Mss. Prins, *cum melle item et foliis*. Hæc quoque Diosc. loc. cit. Ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι, καὶ πρὸς τὰ κηρία.

<sup>i</sup> *Cum papaveris*] Diosc. loc. cit. Ἀνάγουσι δὲ οἱ ὄλωνθοι καὶ ὅστ᾽ αὐτῶν μὴ-κωνος ἀγρίας φύλλοις, κ. τ. λ.

<sup>j</sup> *Resistunt*] Nicander in Alexiph. p. 151.

<sup>k</sup> *Item in aqua*] Ad χοιράδας, 'quæ frequenter in collo, vel sub mento, vel sub ascellis nasci novimus,' inquit Theod. Priscianns i. 9. de furunculis, 'utatur caprificis in aqua decoctis et contritis.' Est autem hoc paroti-dibus affine malum inprimis.

<sup>l</sup> *Lac quoque*] Q. Serenus cap. 47. p. 155.

<sup>m</sup> *Item adversus*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Cauliculorum*] 'Succo ipso, vel lacte caprifici in cochleari posito, uva optime sublevatur,' inquit Marcellus Empir. c. 14. p. 100.



Arboris ipsius cinis ex melle, rhagadia. Radix<sup>o</sup> defervefacta in vino, dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta et trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta rami<sup>10</sup> sine cortice quam minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque medicinæ unius miraculum additur. Corticem ejus impubescentem<sup>11</sup> puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante Solis ortum, prohibere strumas. Caprificus tauros<sup>1</sup> quamlibet feroces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura<sup>12</sup> com-pescit, ut immobiles præstet.

LXV. Herba quoque, quam Græci erineon<sup>1a</sup> vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem.<sup>b</sup> Palmum alta est, cauliculis quinis fere, ocimi<sup>2</sup> similitudine, flos candidus, semen nigrum, parvum: tritum cum melle<sup>c</sup> Attico, oculorum epiphoris medetur: utcumque autem<sup>d</sup> decerpta<sup>3</sup> manat lacte multo et dulci. Herba perquam<sup>e</sup> utilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis.



—10 Vet. Dalec. ramorum.—11 Vet. Dalec. jam pubescentem.—12 Cod. Dalec. taurorum quamlibet ferocium, col. eorum c. in tam rabidam naturam.

CAP. LXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. erinon, e Diosc.—2 Ibid. ex eodem, fere, aut senis foliis ocymi.—3 Cornarius e Vet. medetur duabus drachmis, cum cyathis mellis Attici quatuor. Cumulatim decerpta, &c.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Radix] Plinius Valer. i. 36. et Marcellus Empir. c. 12. p. 93.

<sup>p</sup> Corticem ejus impubescentem] Forte intumescens. Vide Notas et E-mend. num. 23.

<sup>1</sup> Caprificus tauros] Isidorus Orig. xvii. 7. ad ficum hanc dotem trans-tulit: 'Taurus quoque ferocissimos,' inquit, 'ad fici arborem colligatos repente mansescere dicunt.' Plutar-chius item Sympos. Quæst. 11. 7. pag. 641. Ἄγριος δὲ ταῦρος ἀτρεμεῖ καὶ πρᾶν-νεταὶ συκῆ προσδεθείς.

<sup>a</sup> Græci erineon] Dioscoridi iv. 29. ἐρίνος. Sed aliis aliter. Nicander in Theriac. pag. 47. adversus serpentes vim commendat: Κλάθοντος ἐν ἀρπέ-ζαιον ἐρίνου, in madidis qui vallibus exit, erini. Scholiastes in eum locum,

p. 30. τὸν δὲ ἐρίνον, τὸν καὶ ἐρίνεον Διοκλῆς ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ φησὶν εἶναι ὅμοιον ὠκίμῳ· βοηθεῖ δὲ πρὸς τὰ θηρία· φύεται δὲ πρὸς ποταμοὺς καὶ κρήνας, κ. τ. λ. Hausisse a Diocle Plinium ea quæ de erineo retulit, nunc palam est. Ævi nostri herbarii plantam nullam agnoscent, quæ huic descrip-tioni congruat, inquit Anguillara par. xiv. p. 255. Ruellius lib. iii. p. 592. eam esse putat quam rura nostra Lactarium vocant: herbarii, Herbam Lactis: ocimum alii aquatile.

<sup>b</sup> Propter gentilitatem] Propter si-militudinem nominis.

<sup>c</sup> Tritum cum melle] Diosc. iv. 29.

<sup>d</sup> Utcumque autem] Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> Herba perquam] Diosc. loc. cit.

LXVI. Pruni folia<sup>f</sup> decocta<sup>1</sup> tonsillis, gingivis: uvæ prosunt<sup>g</sup> in vino, decocto eo subinde<sup>2</sup> ore colluto. Ipsa pruna<sup>h</sup> alvum molliunt, stomacho non<sup>i</sup> utilissima,<sup>3</sup> sed brevi momento.

LXVII. Utiliora Persica,<sup>j</sup> succusque eorum, etiamnum in vino aut in aceto expressus.<sup>1</sup> Nec est alius eis<sup>2</sup> pomis innocentior cibus. Nusquam minus odoris, succi plus, qui tamen sitim stimulet. Folia ejus trita illita, hæmorrhagiam<sup>k</sup> sistunt. Nuclei Persicorum cum oleo et aceto,<sup>3</sup> capitis doloribus illinuntur.

LXVIII. Sylvestrium quidem<sup>1</sup> prunorum baccæ, vel e radice cortex, in vino austero si decoquantur, ita ut triens ex hemina supersit, alvum et tormina sistunt. Satis est singulos cyathos decocti sumi.

LXIX. Et in iis, et sativis prunis est limus arborum,<sup>m</sup> quem Græci lichena appellant, rhagadiis<sup>1</sup> et condylomatis mire utilis.

//////////

CAP. LXVI. 1 Vox *decocta* deest in cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in *vino decocta, et subinde* Gronov. et vulgg.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *stomacho vero utilissima* Gronov. et al. vett. *vero* deest in cod. Dalec.

CAP. LXVII. 1 Dalec. *eorum etiam expressus cum vino aut aceto*.—2 Chiffi. *ejus*.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum oleo ex aceto* Chiffi. in *aceto et oleo* Gronov. et al. vett.

CAP. LXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quem gummi Græci appellant, lichenibus, rhagadiis, e Diosc.*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Pruni folia*] Marcellus Empir. c. 15. p. 106. ‘Pruni arboris folia ex vino decocta et gargarizata tonsillas molliunt.’ Et c. 11. p. 88. ‘ad gingivas.’ ‘Arboris pruni folia cum vino decoquantur: eorum succus expressus intra os retentus, plurimum prodest.’ Hæc pariter Galenus prodidit de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 192.

<sup>g</sup> *Uvæ prosunt*] Marcellus Empir. cap. 14. pag. 99. et Plinius Valer. I. 43.

<sup>h</sup> *Ipsa pruna*] Plinius Valer. II. 23. Galenus loc. cit. et experientia. Lepide Martialis XIII. 29. cui lem-

ma præfigitur, ‘Pruna Damascena:’ ‘Pruna peregrinæ carie rugosa senelectæ Sumæ: solent duri solvere ventris onus.’

<sup>1</sup> *Stomacho non*] Vide Notas et E-mend. num. 24.

<sup>j</sup> *Utiliora Persica*] Diosc. I. 164. τὰ δὲ Περσικὰ μῆλα εὐστόμαχα.

<sup>k</sup> *Hæmorrhagiam*] Αἰμορραγίαν. Ea vox sanguinis profluvium sonat, sive e naribus, sive ex alvo.

<sup>1</sup> *Sylvestrium quidem*] Ita fere Dioscor. I. 174. At Marcellus Empir. pæne ad verbum, cap. 27. p. 194. et Plinius Valer. II. 27.

<sup>m</sup> *Et in iis... limus arborum*] Mus-

LXX. Mora<sup>1</sup> in Ægypto et Cypro sui generis, ut diximus,<sup>n</sup> largo succo abundant, summo cortice desquamato: ° altiore plaga siccantur,<sup>2</sup> mirabili natura. Succus<sup>p</sup> adversatur venenis serpentium, prodest dysentericis, discutit panos, omnesque collectiones: vulnera<sup>q</sup> conglutinat, capitis dolores<sup>r</sup> sedat, item aurium: splenicis bibitur,<sup>s</sup> atque illinitur: et contra<sup>3t</sup> perfrictiones: celerrime<sup>u</sup> teredinem sentit. Neque apud nos<sup>v</sup> succo usus minor.<sup>4</sup> Adversatur aconito et araneis,<sup>w</sup> in vino potus. Alvum solvit: x pituitas, tæniasque,<sup>5</sup> et similia ventris animalia extrahit. Hoc

\*\*\*\*\*

CAP. LXX. 1 *Sycomori* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Cod. Dalec. *siccæ*.—3 Ita codd. Hardnini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *splenicis bibitur. Illinitur et contra* Gronov. et vulgg.—4 *Nec . . . usus minor* Gronov. et vulgg. *Neque, &c. minor usus* Chiffli.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pituitasque ac tineas* edd.

#### NOTÆ

cus. Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>n</sup> *Mora . . . ut diximus*] Ficum Ægyptiam, sive sycomorum, Cypriamque intelligit, arbores moro similes, de quibus XIII. 14. et 15.

° *Cortice desquamato*] Defracto. Diosc. I. 181. Ὅπισθεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἕαρος πρῶτον, τοῦ φλοιοῦ ἐξεπιπολῆς λίθω θλωμένου· βαθύτερον γὰρ θλασθεῖς, οὐδὲν ἀνίησι. *Liquorem fundit arbor primo vere, priusquam fructum proferat, lapidis ictu summo cortice desquamato: si enim frangatur altius, nihil quicquam emittit.* Hoc ipsum et de moro nostrate Plinius XVI. 72.

<sup>p</sup> *Succus*] Diosc. loc. cit. Πίνεται δὲ καὶ συγχρίεται πρὸς ἕρπετων δῆγματα.

<sup>q</sup> *Discutit . . . vulnera*] Diosc. loc. cit. Δύναμιν ἔχει ὁ ὄπὸς μαλακτικῆν, κολλητικῆν τραυμάτων, διαφορητικῆν τῶν δυσπέπτων.

<sup>r</sup> *Capitis dolores*] Hunc succum, hanc lacrymam, ad inducendum quoque somnum in phrenesi, prodesse

Celsus prodidit III. 18.

<sup>s</sup> *Splenicis bibitur*] Diosc. loc. cit. illini ait contra induratos in scirrhum lienes: συγχρίεται πρὸς ἐσκιδρωμένους σπλήνας.

<sup>t</sup> *Et contra*] Dioscor. loco citato Στομάχον τε ἀλγήματα καὶ φρικίας.

<sup>u</sup> *Celerrime*] Dioscor. loc. cit.

<sup>v</sup> *Neque apud nos*] Neque succo mororum, quæ nascuntur apud nos, minor usus. Est autem hic succus, lacryma quæ cortice desquamato manat. Mororum doses in medicinæ usu, cecinit hand ineleganti carmine Passeratus Kal. Januar. anni MDLXXXIX.

<sup>w</sup> *Et araneis*] Diosc. I. 180. phalangis, quod genus araneorum est, succum foliorum mederi scribit: ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων φαλαγγιοδῆκτοις ἀρήγει, ποθεῖς κνάθου πλήθος. Aconito, radicis decoctum, τοῖς ἀκόνητον πεποκῶσιν, κ. τ. λ.

<sup>x</sup> *Alvum solvit*] Marcellus Empir. cap. 30. pag. 212. 'Aquam ex alvo solam deducit mori lacryma, vel radix incocta potui data.'

idem <sup>y</sup> præstat et cortex tritus. Folia tinguunt <sup>z</sup> capillum cum fici nigræ et vitis corticibus <sup>6</sup> simul coctis in aqua cœlesti. Pomi ipsius <sup>a</sup> succus alvum solvit protinus. Ipsa poma ad præsens <sup>b</sup> stomacho utilia, <sup>7</sup> refrigerant, sitim faciunt. Si non superveniat <sup>c</sup> alius cibus, intumescunt. Ex immaturis <sup>d</sup> succus sistit alvum: veluti animalis <sup>e</sup> alicujus, in hac arbore observandis miraculis, quæ in natura ejus diximus.

LXXI. Fit ex pomo panchrestos <sup>f</sup> stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: sextarii tres succi e pomo, leni <sup>r</sup> vapore <sup>g</sup> ad crassitudinem mellis rediguntur. Post additur omphacii aridi pondus x. duorum, <sup>h</sup> aut myrrhæ x. unius, croci x. unius. Hæc simul <sup>2</sup> trita miscentur de-

//////////

vett. et Gronov.—6 Cod. Dalec. *cortice*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *foliis*, e Diosc.—7 'Sic quoque et nos æstate usu experimur. Nihil ergo mutandum, licet Dioscorides i. 180. *κακοστόμαχα* dixerit. *Ad præsens* autem est breve tempus, quo mora eduntur.' Brotier. Margo edd. Dalec. et Gronov. *inutilia*, e Diosc. l. 1.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *levi* Gronov. et vulgg.—2 *Postea omph. arid. pondus XII.*

#### NOTE

<sup>y</sup> *Hoc idem*] Dioscoridi loc. cit. radicis cortex decoctus in aqua et potus latas ventris tineas expellit: 'Ο δὲ τῆς ῥίζης φλοῖδος συνεψηθὲς ὕδατι καὶ ποθεῖς . . . πλατεῖαν ἔλμυθα ἐκτινάσσει.

<sup>z</sup> *Folia tinguunt*] Dioscor. loc. cit.

<sup>a</sup> *Pomi ipsius*] Maturi videlicet. Plinius Valer. ii. 23. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag. 210.

<sup>b</sup> *Ipsa poma ad præsens*] Ad breve tempus, quo fere esitantur. Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>c</sup> *Si non superveniat*] Contraria Catii doctrina apud Horatium ii. Sat. 4. 21. 'Ille salubres Æstates peraget, qui nigris prandia moris Finiet, ante gravem quæ legerit arbore Solem.'

<sup>d</sup> *Ex immaturis*] Galenus, loc. cit. et Plinius Valer. ii. 27.

<sup>e</sup> *Veluti animalis*] Mira interim fici,

ceu animalis alicujus, sapientia. Ad illud respicit, quod superius animadvertit, xvi. 41. 'Morus novissima arborum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed cum cæpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu.'

<sup>f</sup> *Panchrestos*] Πάγχρηστος, *prorsus utilis compositio*. Nam δόναμις subintelligitur. De stomatice diximus cap. 58. De arteriace xx. 79. Similem arteriacen sneci e moris expressi, aliorumque medicamentorum, ex Ptolemæo Euergete, refert Marcus Empir. cap. 14. pag. 102. quam is ad usum commendat. Alias quinque huic Plinianæ similiores, Plinius Valer. i. 51. Vide et Diosc. i. 182.

<sup>g</sup> *Leni vapore*] Modico calore.

<sup>h</sup> *Pondus X. duorum*] Hoc est, denariorum duorum.

cocto. Neque est aliud oris, arteriæ, uvæ, stomachi, jucundius remedium. Fit et alio modo: succi sextarii duo, mellis Attici sextarius, decoquantur, ut supra diximus.<sup>i</sup>

Mira sunt præterea quæ produntur. Mori germinatione, priusquam folia<sup>3</sup> exeant, sinistra decerpi jubentur futura poma:<sup>j</sup> ricinos<sup>4</sup> Græci<sup>k</sup> vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat, sive ore, sive naribus, sive hæmorrhoidis:<sup>5</sup> ad hoc servantur repositi. Idem præstare et ramus dicitur Luna plena defractus, incipiens fructum habere, si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto, contra abundantiam mensium. Hoc et quocumque tempore ab ipsis decerptum, ita ut terram non attingat, adalligatumque existimant præstare. Folia mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur. Ad idemque potu proficitur. Scorpionibus adversatur e radice corticis succus, ex vino aut posca potus.

Reddenda est et antiquorum compositio. Succum expressum pomi maturi immaturique mixtum, coquebant in vase<sup>6</sup> æreo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adjecta et cupresso<sup>7</sup> præduratum ad Solem torrebant,<sup>8</sup> m permiscentes spatha<sup>n</sup> ter die. Hæc erat stomatice, qua et vulnera ad cicatricem perducebant.<sup>9</sup> Alia ratio: ° suc-



*croci XI. aut murrhæ XI. Hæc simul, &c. Chiff. Mox, et mixta decocto cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cumedd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. priusquam in folia Gronov. et vulgg.—4 Hermolaus Barbarus, cytinus.—5 Dalec. hæmorrhoidibus, vel, hæmorrhoides.—6 Chiff. coquebant vase.—7 Quidam ap. Dalec. et passo.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. præduratum vas Sole torrebant Gronov. et vulgg.—9 Cod. Dalec. quæ et v. ad c. perducebat.*

#### NOTE

<sup>i</sup> Ut supra diximus] Nempæ, leni vapore, ut dictum est proxime.

<sup>j</sup> Futura poma] Erumpentia primum mora.

<sup>k</sup> Ricinos Græci] Ita etiam Mss. Barbarus cytinus reponerat.

<sup>l</sup> Et cupresso] Sive cupressi pilulis, sive succo.

<sup>m</sup> Ad Solem torrebant] Sic Pintianus ex vetusto codice. Alioqui libri, vas Sole torrebant.

<sup>n</sup> Spatha] Σπάθη, rudis sive rudicula est, eademque spatula dicta Celso et Columellæ: instrumentum quo aliquid movetur et agitur a Chirurgis et Pharmacopolis. Une es-

cum siccato exprimebant pomo, multum saporis opsoniorum conferente. In medicina vero contra nomas, et pectoris pituitas, et ubicumque opus esset astringi viscera. Dentes quoque<sup>p</sup> colluebant eo. Tertium genus<sup>q</sup> succi foliis et radice decoctis ad ambusta ex oleo illinenda. Imponuntur et per se folia. Radix per messes<sup>r</sup> incisa succum dat aptissimum dentium dolori, collectionibusque, et suppurationibus. Alvum purgat. Folia mori in urina madefacta, pilum coriis<sup>s</sup> detrahunt.

LXXII. Cerasa<sup>a</sup> alvum molliunt, stomacho inutilia: eadem siccata alvum sistunt, urinam cient. Invenio<sup>b</sup> apud auctores,<sup>1</sup> si quis matutino roscida cum suis nucleis devoret, in tantum levare alvum, ut pedes morbo liberentur.

LXXIII. Mespila, exceptis setaniis, quæ malo propiorem<sup>c</sup> vim habent, reliqua astringunt stomachum, sistuntque alvum. Item sorba<sup>d</sup> sicca: nam recentia stomacho et alvo citæ prosunt.



CAP. LXXII. 1 *Invenio auctorem cod. Dalec.*

#### NOTÆ

*patule.*

<sup>o</sup> *Alia ratio*] Dioscor. i. 180.

<sup>p</sup> *Dentes quoque*] Folium et corticis decocto dentes utilissime collui docet Dioscor. loco citato.

<sup>q</sup> *Tertium genus*] Scilicet compositionis. Affert illud et Plinius Valer. iii. 36. Folia trita cum oleo ambustis mederi Diosc. ait loc. cit.

<sup>r</sup> *Radix per messes*] Hæc totidem verbis Dioscor. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 12. pag. 95.

<sup>s</sup> *Pilum coriis*] Quæ a coriariis aptantur, concinnanturque in officinis.

<sup>a</sup> *Cerasa*] Ad verbum Plinius Valer. iv. 50. Diosc. i. 157. Κεράσια καὶ αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα, εὐκόλῃα τυγχάνει, ξηρὰ δὲ ἴσσησι κοιλίαν. Item Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag. 189. humida cerasa ventrem

subducere, sistere siccata scribit.

<sup>b</sup> *Invenio*] Plinius Valer. loc. cit. 'A non paucis auctoribus traditur, si mane recentia cum suis nucleis devorata sint, alvum tam copiose fluere, ut ex eadem causa pedes morbo implicati liberentur.'

<sup>c</sup> *Quæ malo propiorem*] Et formam quoque malo propiorem: δένδρον γὰρ ἐστὶ μήλω ἐμπερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, inquit Diosc. i. 170. et vim parem: nam mala matura vim astringendi non habent, ipso teste, i. 159. Habent autem reliqua mespila, ut idem tradit, i. 169. Στύφει δὲ βιβρωσκόμενον, . . . καὶ κοιλίας στεγνωτικόν. Sic etiam Plinius Valer. iv. 45. Et scholia Salernitana: 'Multiplicant micium, ventrem dant mespila strictum.'

<sup>d</sup> *Item sorba*] Subintellige, sistunt

LXXIV. (VIII.) Nuces pineæ,<sup>e</sup> quæ resinam habent, contusæ leviter, additis in singulas<sup>1</sup> sextariis aquæ ad dimidium decoctæ, sanguinis exscreationi medentur, ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Corticis e pinu<sup>2f</sup> in vino decoctum contra tormina datur. Nuclei nucis<sup>g</sup> pineæ sitim sedant, et acrimoniam stomachi rosionesque, et contrarios<sup>h</sup> humores consistentes ibi: et infirmitatem<sup>i</sup> virium roborant, renibus, et vesicæ<sup>j</sup> utiles. Fauces videntur exasperare,<sup>3</sup> et tussim.<sup>k</sup> Bilem pellunt poti ex aqua, aut

CAP. LXXIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in singulas singulis* Vet. Dalec. *in singulis* Gronov. et vulgg.—2 Ita Chiffi. *e pino* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Vet. Dalec. *exasperatas lenire*.—

## NOTÆ

alvum. Martialis XIII. 26. 'Sorbasumus molles nimium durantia ventres.' Et Diosc. I. 173. de sorbis: *Ἐπρανθέντα ἐν ἡλίῳ, σταλτικὰ γίνεται κοιλίας ἐσθιόμενα.*

<sup>e</sup> *Nuces pineæ*] Hoc remedium Marcellus Empir. ita digessit cap. 16. pag. 117. 'Nuces pineæ,' inquit, 'inanes contusæ in ollam mittuntur: et quot fuerint nuces, tot hyoscyami uncis, et aquæ sextarii adjiuntur: hæc ad medias decoquuntur: atque inde ad tussis remedium, etiam phthisico bibenda jejuno quotidie potio,' &c. Huc spectat inscriptio vetus, apud Gruterum, pag. 71. ΑΙΜΑ ΑΝΑΦΕΡΟΝΤΙ ΙΟΥΛΙΑΝΩ ΔΦΗΛΠΙΣΜΕΝΩ ΤΠΟ ΠΑΝΤΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΕΡΧΟΜΑΤΙCΕΝ Ο ΘΕΟΣ ΕΛΘΕΙΝ ΚΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΒΩΜΟΥ ΑΡΑΙ ΚΟΚΚΟΥC CΤΡΟΒΙΛΟΥC ΚΑΙ ΦΑΓΕΙΝ ΜΕΤΑ ΜΕΛΙΤΟΥC ΕΠΙ ΤΡΕΙC ΗΜΕΡΑC ΚΑΙ ΕCΩΘΗ ΚΑΙ ΕΛΘΩΝ ΔΗΜΟCΙΑ ΗΤΧΑΡΙCΤΗCΕΝ ΕΜΠΡΟCΘΕΝ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ. *Sanguinem vomenti Juliano, desperato ab omnibus hominibus, ex oraculo respondit Deus, veniret et ex ara nucec pineac acciperet, et ex melle comederet per triduum. Et convaluit, et veniens publice gratias egit, presente*

*populo.* Addit marmorea tabula, sed falsa, id Antonino Pio principe contigisse.

<sup>f</sup> *Corticis e pinu*] Plinius Valer. II. 28. 'Pini arboris corticem,' &c.

<sup>g</sup> *Nuclei nucis*] Plinius Valer. ad verbum IV. 56. Dioscorides pariter I. 88. *Παρηγοροῦσι δὲ καὶ στομάχων δηγμοῦc, κ. τ. λ.*

<sup>h</sup> *Et contrarios*] Dioscor. loc. cit. *corruptos humores, τὰc τῶν ὑγρῶν διαφθοράc.*

<sup>i</sup> *Et infirmitatem*] Dioscor. loc. cit. 'Ἐξερείδουσί τε ἀπονίαν σώματος. Et paulo antea: 'Αμβλυνητικοὶ τῶν περὶ κύcτῳ καὶ νεφροῦc δριμυτήτων. *Humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam et renes infestant.*

<sup>j</sup> *Renibus, et vesicæ*] Scribonius Largus Compos. 143. 'Ad renium tumorem et exulcerationem, etiamsi sanguinolentam urinam faciant: rosæ aridæ foliorum, papaveris nigri seminis, nucleorum pineorum paria pondera, conduntur seorsum,' &c.

<sup>k</sup> *Et tussim*] Tamen ad tussim vetustam et phthisin conducere plurimum, auctor est Diosc. loc. cit. 'Ἀρμόζουσι παλαιαὶ βηξὶ καὶ φθίσει.

vino, aut passo, aut balanorum<sup>4</sup> decocto.<sup>1</sup> Miscetur his<sup>m</sup> contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen, et succus porcilacæ.<sup>5</sup> Item ad vesicæ ulcera et renes,<sup>6</sup> quoniam et urinam cient.<sup>n</sup>

LXXV. Amygdalæ<sup>o</sup> amaræ radicum decoctum cutem in facie corrigit,<sup>1</sup> coloremque hilariorem facit. Nuces ipsæ<sup>p</sup> somnum faciunt, et aviditatem. Urinam<sup>q</sup> et menses cient. Capitis dolori illinuntur, maximeque in feбри: si ab ebrietate,<sup>r</sup> ex aceto et rosaceo et aquæ sextario. Et sanguinem sistunt,<sup>s</sup> cum amylo et menta. Lethargicis, et comitialibus prosunt.<sup>2</sup> Capite peruncto epinyctidas<sup>t</sup> sanant: e vino vetere<sup>3</sup> ulcera putrescentia. Canum morsus<sup>u</sup> cum melle. Et furfures ex facie,<sup>4</sup> ante fotu præparata.

4 Vet. Dalec. *Phenicobalanorum*.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *portulacæ* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *renum* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXV. 1 Vet. Dalec. *erugat*.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et aquæ sextario, et sanguinem sistunt. Cum amylo et menta lethargicis comitialibusque, &c.* Gronov. et vulgg. *sistunt cum amylo et menta. Lethargicis com. prosunt capite peruncto. Epinyctidas* Vet. Dalec. *lethargis et comitialibus* Chiffi.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vetera* Chiffi. *veteri* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *in facie*.—5 Vet. Dalec. *et sumta in*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Balanorum decocto*] Hoc est, palmarum, quas vulgo dactylos vocamus, et balanos. Vide XIII. 9.

<sup>m</sup> *Miscetur his*] Diosc. I. 88. Παρηγοροῦσι δὲ καὶ στομάχων δηγμοὺς, μετ' ἀνδράχνης χυλοῦ λαμβανόμενοι. Et Marcellus Empir. cap. 30. pag. 214. 'Cucumeris, quo vescimur, seminis cyathus tritus,' &c.

<sup>n</sup> *Item . . . urinam cient*] Diosc. loc. cit. Σπρόβιλοι δὲ καθαροὶ ἐσθιόμενοι, ἢ μετὰ γλυκέως καὶ σικίου σπέρματος πινόμενοι, οὖρητικοί, ἀμβλυνητικοὶ τῶν περὶ κόστιν καὶ νεφροῦς δριμυτήτων. Nuclei pinei, si repurgati edantur, aut cum passo et cucumeris semine bibantur, urinas cient, et humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam et renes infestant. Sic

et Celsus IV. 10.

<sup>o</sup> *Amygdalæ*] Diosc. I. 176. et Plutararch. Sympos. Quæst. I. 6. pag. 624.

<sup>p</sup> *Nuces ipsæ*] Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Urinam*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Si ab ebrietate*] Si ex ebrietate capitis dolor obortus est.

<sup>s</sup> *Et sanguinem sistunt*] Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>t</sup> *Epinyctidas*] Diosc. loc. cit. epinyctidas e vino: putrescentia ulcera ex melle sanari jubet.

<sup>u</sup> *Canum morsus*] Plinius Valer. III. 51. et Diosc. loc. cit. Item Habbardrahmanus Ægyptius cap. 2. de amygdalis.



Item jocineris et renum<sup>v</sup> dolores ex aqua potæ: et sæpe<sup>w</sup> ex ecligmate<sup>5</sup> cum resina terebinthina. Calculosis<sup>x</sup> et difficili urinæ in passo: et ad purgandam cutem in aqua mulsa tritæ, sunt efficaces. Prosunt ecligmate<sup>y</sup> jocineri, tussi, et colo, cum elelisphaco modice addito. In melle sumitur nucis<sup>6</sup> avellanæ magnitudo. Aiunt, quinis<sup>7z</sup> fere præsumtis ebrietatem non sentire potores: vulpesque,<sup>a</sup> si ederint eas, nec contingat e vicino aquam lambere, mori. Minus valent<sup>b</sup> in remediis dulces, et hæ tamen purgant, et urinam cient. Recentēs stomachum implent.<sup>c</sup>

LXXVI. Nucibus Græcis<sup>d</sup> cum absinthii semine ex

*ecligmate.*—6 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, cum melle aut passo modice addito. Sumitur nucis. Margo edd. Dalec. et Gronov. cum melle et lacte, e Diosc.—7 Ibid. ex eodem, septenisve.

## NOTÆ

<sup>v</sup> *Item jocineris et renum*] Diosc. i. 176. Καὶ ἡπατικοῖς, κ. τ. λ. Q. Sere-nus cap. 26. 'de lumbis, et renibus sanandis,' pag. 142. 'Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibendus: Pinsitur, ac tepidis sorbebitur addita lymphis.'

<sup>w</sup> *Et sæpe*] Diosc. loc. cit. ἡ ἐκλει-χόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ.

<sup>x</sup> *Calculosis*] Diosc. loc. cit. Δυσου-ριῶσι δὲ καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ.

<sup>y</sup> *Prosunt ecligmate*] Diosc. loc. cit. Καὶ ἡπατικοῖς, καὶ βηξί, καὶ κώλου ἐμ-πνευματώσεσι σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι ἐκλειχόμενα, καρβύου Ποντικοῦ τὸ μέγε-θος. *Item ecligmate cum melle et lacte, jocineri, tussi, et coli inflationibus, nucis avellanæ magnitudine.* Elelispha-cum is neglexit: ut et Galenus de Fac. Simp. Medic. pag. 155.

<sup>z</sup> *Aiunt, quinis*] Diosc. loc. cit. ὅσον ε' ἢ ζ'. quinis, senisve. Hunc mo-rem cum diligenter servaret Drusus, Tiberii Cæsariis F. palmam bibendi præripiebat ceteris, ut auctor est Plutarchus Sympos. Quæst. i. 6. pag. 624. et ex eo Athenæus lib. ii. pag. 52. Tradit hoc et Simeon Sethi, tit. de amygdalis: et Plinius Valer. iv.

51. Causam afferunt hujus ævi scrip-tores, qui Miscellanea Medico-phy-sica, sive Germanicas Ephemeridas nuper edidere in lucem, anno scilicet octavo, pag. 185. 'quod amygdalæ constringentes superius ventriculi orificium, vaporibus temulentiam al-laturis viam præcludant,' &c.

<sup>a</sup> *Vulpesque*] Diosc. et Plinius Val-ler. locis citatis. Item Plutarchus Sympos. Quæst. i. 6. pag. 624. Nec vulpes solum, sed et feles, et sciuros, esu earum necari, referunt anctores proxime appellati: gallinis pariter exitiosum hunc cibum esse, plurimis experimentis comprobant.

<sup>b</sup> *Minus valent*] Diosc. loc. cit. 'Ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ ἐδώδιμος ἀμυγδαλή κατὰ πολὺν ἡσσων ἐστὶν ὡς πρὸς ἐνέρ-γειαν τῆς πικρᾶς' καὶ αὐτὴ δὲ λεπυρτυ-κῆ, οὐρητικῆ.

<sup>c</sup> *Recentes stomachum implent*] Vide Notas et Emend. num. 28.

<sup>d</sup> *Nucibus Græcis*] Plinius Valer. ii. 59. 'Nuces Græcæ cum absin-thii semine teruntur: deinde pilulæ ex aceto eduntur.' Prævit utrique Celsus iii. 24.

aceto sumtis, morbus regius sanari dicitur: item illitis per se vitia sedis, et privatim condylomata. Item tussis, et sanguinis rejectio.<sup>1</sup>

LXXVII. Nuces juglandes<sup>e</sup> Græci a capitis gravedine appellavere. Etenim arborum ipsarum foliorumque vires<sup>f</sup> in cerebrum penetrant: hoc minore tormento,<sup>g</sup> et in cibis,<sup>1</sup> nuclei faciunt. Sunt autem recentes<sup>h</sup> jucundiores, siccae unguinosiores,<sup>i</sup> et stomacho inutiles, difficiles concoctu,<sup>j</sup> dolorem<sup>2</sup> capitis inferentes, tussientibus inimicæ, et vomituris<sup>k</sup> jejunis: aptæ in tenesmo solo:<sup>3</sup> trahunt enim pituitam. Eædem præsumtæ<sup>1</sup> venena hebetant: item anginam<sup>m</sup> cum ruta et oleo.<sup>4</sup> Adversantur cepis,<sup>5n</sup> leniuntque earum saporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis



CAP. LXXVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *rejectioni prodest* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXVII. 1 Vet. Dalec. *virus in cer. penetrat, hocque min. tormento. Idem in cibis.* Chiff. etiam *virus.* Gronov. et al. vett. ante Harduin. *hocque minore momento sed, &c.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *concoctu, biliosæ, dol. e Diosc.*—3 Vet. Dalec. *jejunis aptæ, ut et in tenesmo solo.*—4 Hæc ultima clausula deest in cod. Dalec.—5 ‘Ita cod. Reg. et Editio princeps.’ Brotier. *Item adversantur cepis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *allis*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Nuces juglandes*] Κάρυα Græcis: quæ de voce vide quæ diximus xv. 24.

<sup>f</sup> *Foliorumque vires*] Alii *virus... penetrat,* legi malunt, cum Reg. cod. 2. et Chiff.

<sup>g</sup> *Hoc minore tormento*] Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>h</sup> *Sunt autem recentes*] Diosc. i. 178. Τὰ δὲ χλωρὰ ἤπτον κακοστόμαχα, γλυκύτερα ὄντα. Et paulo ante, δύσπεπτα, κακοστόμαχα, χολοποιὰ, κεφαλαγῆ, βήσσουσιν ἐναντία.

<sup>i</sup> *Siccae unguinosiores*] Ita Reg. 1. cod. At Reg. 2. et Pintiani codex, *unginosiores* tantum. Quid sit unguinosum diximus xiii. 2.

<sup>j</sup> *Difficiles concoctu*] Idcirco fortassis schola Salernitana: ‘Unica mix prodest, nocet altera, tertia mors est.’

<sup>k</sup> *Et vomituris*] E diverso Diosc. i. 178. utiles ait in cibo jejunis ad vomitiones concitandas: Χρήσιμα δὲ βιβρωσκόμενα πρὸς ἐμέτους νήσται.

<sup>1</sup> *Eædem præsumtæ*] Q. Serenus cap. 62. ‘de venenis prohibendis,’ pag. 162. ‘Ante cibos igitur juglandis fœtus edatur.’ Diosc. loc. cit. Καὶ θανασίμων φαρμάκων ἐστὶν ἀντιφάρμακα, προβρωθέντα, καὶ ἐπιβρωθέντα σὺν ἰσχάσι καὶ πηγάνω. *Venena hebetant, et præsumtæ, et post venena hausta comestæ cum ficibus et ruta.*

<sup>m</sup> *Item anginam*] Huc pertinet quod Marcellus Empiricus habet cap. 15. pag. 106. ‘Nucis juglandis nuclei triti, cum ruta et oleo impositi, faucibus prosunt.’

<sup>n</sup> *Item... cepis*] Dioscorides *al-  
lis* dixit, τοῖς σκορδοῖς.

exiguo; et cum ruta<sup>6o</sup> mammis, et luxatis: cum cepa<sup>P</sup> autem et sale et melle, canis hominisque morsui. Putamine nucis juglandis, dens cavus inuritur. Putamen combustum<sup>q</sup> tritumque in oleo aut vino, infantium capite peruncto, nutrit capillum: et ad alopecias<sup>r</sup> eo sic utuntur. Quo plures<sup>s</sup> nuces quis ederit, hoc facilius tineas<sup>7</sup> pellit. Quæ perveteres<sup>t</sup> sunt nuces, gangrænis et carbunculis medentur: item sugillatis:<sup>u</sup> cortex juglandium,<sup>v</sup> lichenum vitio, et dysentericis.<sup>8</sup> Folia trita<sup>w</sup> cum aceto, aurium dolori. In sanctuariis<sup>x</sup> Mithridatis maximi regis devicti, Cn. Pompeius invenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti,<sup>y</sup> e duabus nucibus siccis, item

//////////

margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *exiguo. Item cum ruta* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt.—7 Vet. Dalec. *tánias*.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et dysente-*

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Et cum ruta*] Dioscor. i. 178.

<sup>P</sup> *Cum cepa*] Ad verbum hæc Plinius Valer. iii. 51. et Diosc. i. 178.

<sup>q</sup> *Putamen combustum*] Marcellus Empir. cap. 6. pag. 45. et Dioscor. locis citatis.

<sup>r</sup> *Et ad alopecias*] Diosc. et Marcellus locis citatis.

<sup>s</sup> *Quo plures*] Dioscor. loc. cit. Πλείονα δὲ βρωθέντα, πλατείαν ἔλμινθα ἐκτινάσσει.

<sup>t</sup> *Quæ perveteres*] Plinius Valer. iii. 22. vulneribus sic mederi ait. Ulceribus Marcellus Empir. cap. 4. pag. 42. commanducatas, impositasque. Theod. Priscianus i. 18. 'de carbunculis: 'Nuces vetustæ contritæ imponuntur: hæc adhibita bene novimus operata.' Ad gangrænas et carbunculos nucum vetustarum nucleos commanducari pariter jubet Diosc. et imponi.

<sup>u</sup> *Item sugillatis*] Ad sugillata et liventia emendata, nuces recentes imponit Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Cortex juglandium*] 'Culiolum' Delph. et Var. Clas.

hunc, et 'gulliolam,' Latini propria appellatione nuncupavere. Festus: 'Culiola, cortices nucum viridium, dicta a similitudine culeorum, quibus vinum, sive oleum, continetur.' Iterum, 'Gulliolæ, nucum juglandium summa et viridia putamina.'

<sup>w</sup> *Folia trita*] Marcellus Empiricus cap. 9. pag. 80. 'Nucis juglandis foliorum succus tepidus instillatus, dolenti auriculæ mire proderit.'

<sup>x</sup> *In sanctuariis*] Hæc Plinius Valer. iii. 53. plane totidem verbis.

<sup>y</sup> *Compositionem antidoti*] Mithridatis antidoti plures formulæ, eæque diversæ, apud Galenum leguntur de Antidotis ii. cap. 1. 2. et 9. a quibus etiam discrepant eæ, quæ apud Celsum extant, v. 23. extremo, et apud Scribonium Largum Compos. 170. Plinio vero in descriptione antidoti concinit Q. Serenus Sammonicus cap. 2. 'de venenis prohibendis,' pag. 162. 'Antidotos vero multis Mithridatica fertur Consociata modis: sed Magnus scriuia regis Cum caperet 10 L

Plinius.

ficis totidem, et rutæ foliis viginti simul tritis, addito salis grano: et qui hoc jejunosumat nullum venenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis morsum,<sup>9</sup> nuclei a jejuno homine commanducati illitique præsentî remedio esse dicuntur.

LXXVIII. Nuces avellanæ<sup>a</sup> capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi: et pinguitudini<sup>1</sup> corporis conferunt, plus quam sit verisimile. Tostæ<sup>b</sup> et destillationi medentur. Tussi quoque<sup>c</sup> veteri tritæ, et in aqua mulsa potæ. Quidam<sup>d</sup> adjiciunt grana piperis, alii e passo bibunt. Pistacia<sup>e</sup> eosdem usus et effectus habent quos pinci nuclei, præterque ad serpentium ictus, sive edantur, sive bibantur.

Castaneæ<sup>f</sup> vehementer sistunt stomachi et ventris fluxiones, alvum cient,<sup>g</sup> sanguinem<sup>2h</sup> exscreantibus prosunt, carnes alunt.<sup>1</sup>

*ricis prodest Gronov. et vulgg.—9 Ita cod. Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. morsus edd. vett. et Gronov.*

*CAP. LXXVIII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et pinguetudine Chiffi. et pinguedini Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalce. alvo citæ et sanguinem.*

#### NOTÆ

victor, vilem deprehendit in illis Synthesin, et vulgata satis medicamina risit. Bis denas rutæ frondes, salis et breve granum, Juglandesque duas, totidem cum corpore ficus. Hæc oriente die parco conspersa Lyæo Sumebat, metuens dederat quæ pocala matri. At non vilem modo, ut apparet, sed et plane fallacem esse hanc compositionem scribit Joan. Rhodius, in Notis ad Scribonium Largum, observasse se, cum Patavinam urbem lues vestaret.

<sup>a</sup> *Nuces avellanæ]* Ad verbum hæc refert et Plinius Valer. iv. 52. Nuces omnes, præter pineas, inflare, testis etiam Celsus est, 11. 26.

<sup>b</sup> *Tostæ]* Diosc. 1. 179. Φρυκτὰ δὲ ἐσθίμενα σὺν πεπέρι ὀλίγη, κατὰ βῆρρον πεπαίει. *Tostæ vero, si cum piperis*

*exiguo comedantur, distillationem concoquunt.* Plinius quoque Valer. loc. cit. ad verbum.

<sup>c</sup> *Tussi quoque]* Plinius Valer. et Dioscor. locis citatis.

<sup>d</sup> *Quidam]* Plinius Valer. et Diosc. locis citatis.

<sup>e</sup> *Pistacia]* Diosc. 1. 177. hæc totidem verbis, ut et Plinius Valer. iv. 53.

<sup>f</sup> *Castaneæ]* Vim illis astringentem Dioscorides attribuit, 1. 145. Στόφουσαι καὶ ἀνταί.

<sup>g</sup> *Alvum cient]* Nempe si largius esitentur.

<sup>h</sup> *Sanguinem]* 'Rejectionem sanguinis,' inquit Marcellus Empiricus cap. 16. pag. 121. 'reprimunt castaneæ, si coctæ quamplurimæ manducantur.'

LXXIX. Siliquæ recentes,<sup>j</sup> stomacho inutiles, alvum solvunt. Eædem siccatae<sup>k</sup> sistunt, stomachoque utiliores fiunt. Urinam<sup>l</sup> cient. Syriacâs<sup>m</sup> in dolore stomachi ternas in aquæ sextariis decoquant quidam ad dimidium, eumque succum bibunt. Sudor virgæ<sup>n</sup> corni arboris lamina<sup>r</sup> ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo,<sup>o</sup> incipientes lichenas sanat. Arbutus<sup>p</sup> sive unedo fructum fert difficilem concoctioni, et stomacho inutilem.

LXXX. Laurus<sup>a</sup> excalfactoriam naturam habet, et foliis, et cortice, et baccis: itaque<sup>r</sup> decoctum<sup>b</sup> ex his, maxime e foliis, prodesse vulvis et vesicis convenit. Illita vero<sup>c</sup> vesparum, crabronumque, et apium, item serpentium venenis resistunt, maxime sepis, dipsadis, et viperæ. Prosunt et mensibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta<sup>d</sup> autem, quæ tenera sunt trita, ad inflammationes oculorum: cum<sup>2</sup> ruta, testium: cum rosacco, capitis dolores, aut cum irino.<sup>e</sup> Quin et commanducata<sup>3</sup> atque devorata per tri-

CAP. LXXIX. 1 Chiffi. *lamna*.

CAP. LXXX. 1 Chiffi. *itemque*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *inflam-*

## NOTÆ

<sup>l</sup> *Carnes alunt*] 'Fortissimum quidem cibum corpori præstant,' inquit Plinius Valer. IV. 54. 'sed qui difficile concoquatur.'

<sup>j</sup> *Siliquæ recentes*] Hæc Plinius Valer. ad verbum, IV. 49. et Diosc. I. 158. De hoc genere siliquarum diximus XV. 26.

<sup>k</sup> *Eædem siccatae*] Diosc. et Plinius Valer. locis citatis.

<sup>l</sup> *Urinam*] Diosc. et Plinius Valer. locis citatis.

<sup>m</sup> *Syriacas*] De quibus XIII. 16. Hæc quoque Plinius Valer. loc. cit.

<sup>n</sup> *Sudor virgæ*] Brevius Diosc. I. 172. *de cornu arbore, περι κρανίας*. Sannes, inquit, sive sudor, quem riventia ligna dum uruntur, exsulant, lichenibus convenienter illinitur. 'Ο δὲ τῶν χλωρῶν ξύλων ἰχώρ καιομένων, ἀρμόζει πρὸς λειχήνας καταχρίομενος.

<sup>o</sup> *Ferrugo*] Ferri rubigo.

<sup>p</sup> *Arbutus*] Dioscor. I. 175. fructum ait esse *κακοστόμαχον καὶ κεφαλᾶλγῆ*. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 193.

<sup>a</sup> *Laurus*] Dioscor. totidem verbis, I. 106. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 169.

<sup>b</sup> *Itaque decoctum*] Diosc. loc. cit.

<sup>c</sup> *Illita vero*] Diosc. loc. cit. 'Ἐφελεῖ δὲ λεία καταπλασθέντα σφηκῶν καὶ μελιττῶν πληγὰς. Theod. Priscianus I. 22. 'Arum percussus . . . lauri folia molliora trita cum vino, potui data, sæpe curaverunt.'

<sup>d</sup> *Cum polenta*] Diosc. loc. cit. *Δύναται δὲ καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν παύειν σὺν ἀλφίτῳ καὶ ἄρτῳ καταπλασθέντα. Folia lauri adhibita cum polenta et pane ad inflammationem quamlibet leniendam valent.*

duum terna, liberant tussi: eadem suspiriis<sup>4</sup> trita cum melle. Cortex radice cavendus<sup>f</sup> gravidis. Ipsa radix<sup>g</sup> calculos rumpit, jocineri prodest tribus obolis in vino odorato pota. Folia pota<sup>h</sup> vomitiones movent. Baccæ menses trahunt appositæ tritæ, vel potæ. Tussim veterem et orthopnoeam<sup>i</sup> sanant binæ, detracto cortice in vino potæ. Si et febris sit, ex aqua, aut ecligmate ex aqua mulsa, aut ex passo decoctæ. Prosunt et phthisicis eodem modo, et omnibus thoracis rheumatismis. Nam et coquunt<sup>5</sup> pituitam et extrahunt. Adversus scorpiones<sup>j</sup> quaternæ ex vino bibuntur. Epinyctidas ex oleo<sup>6</sup> illitæ, et lentigines,<sup>k</sup> et ulcera manantia, et ulcera oris, et furfures. Cutis pruriginem<sup>7</sup> succus baccarum emendat, et phthiriasin. Aurium dolori<sup>l</sup> et gravitati instillatur, cum vino vetere et rosaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia. Prodest contra ictus et potus, maxime autem ejus laurus, quæ tenuiora<sup>m</sup> habet folia. Baccæ cum vino serpentibus, et scorpionibus, et araneis resistunt. Ex oleo et aceto illinuntur et lieni, et jocineri: gangrænis cum melle. Et in fatigatione etiam aut perfrictione succo eo perungi, nitro adjecto, pro-

//////////

*mationes omnes, cum, &c.* e Diosc. *inflationes* cod. Dalec. Mox, *ad capitis dolores* Vet. ejusd.—3 *Quin manducata* Dalec.—4 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. *liberant a tussi. Eadem prosunt suspiriis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. pont. et Franz.—5 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. *Nam et concoquunt* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Vet. Dalec. *sanant ex oleo.* Paulo post, *et ulcera oris* desunt in Chiffi.—7 Chiffi. *porriginem.*—8 Ita codd.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Aut cum irino]* Subintellige, oleo. Marcellus Empir. cap. 1. pag. 34. ‘Ad capitis dolorem, folia lauri, vel baccas, vel florem terere oportet cum aceto, et irinum oleum illis admiscere: atque ita caput naresque perungere.’

<sup>f</sup> *Cortex radice cavendus]* Quia partus necat, inquit Dioscor. loc. cit. ‘Ο δὲ φλοιὸς τῆς βίξης . . . ἐμβρυα κτείνει.’

<sup>g</sup> *Ipsa radix]* Hæc pariter Diosc. et Galenus, locis cit.

<sup>h</sup> *Folia pota]* Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Et orthopnoam]* Minus enucleate hæc Diosc. loc. cit. Ποιοῦσιν οὖν ἐκλειχόμεναι λεία σὺν μέλιτι ἢ γλυκεῖ, πρὸς φθίσι, καὶ ὀρθόπνοιαν, καὶ τοὺς περὶ θώρακα βενυματισμοὺς.

<sup>j</sup> *Adversus scorpiones]* Diosc. loc. cit. Πίνονται δὲ σὺν οἴνῳ πρὸς σκορπιόπληκτους.

<sup>k</sup> *Et lentigines]* Diosc. ἀλφούς, vitiligines.

<sup>l</sup> *Aurium dolori]* Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Ejus laurus, quæ tenuiora]* Qualis est Cypria, de qua xv. 39.

dest. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radicem, acetabuli mensura in aqua potam: efficacius recentem, quam aridam. Quidam adversus scorpionum ictus decem baccas dari jubent potui. Item et in remedio uvæ jacentis,<sup>n</sup> quadrantem pondo baccarum, foliorumve,<sup>8</sup> decoqui in aquæ sextariis tribus ad tertias, eamque calidam gargarizare: et in capitis dolore,<sup>o</sup> impari numero baccas cum oleo conterere, et calfacere.<sup>9</sup>

Laurus Delphicæ folia trita olfactaque subinde, pestilentia contagia prohibent: tanto magis si et urantur.<sup>10</sup> Oleum ex Delphica, ad cerata, acopumque,<sup>11</sup> ad perfrictiones discutiendas, nervos laxandos,<sup>p</sup> lateris dolores, febres frigidas<sup>12</sup> utile est. Item ad aurium dolorem, in mali Punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ, uvam cohibent gargarizatione: potu alvi dolores,<sup>q</sup> intestinorumque. Tenerrima ex his trita in vino, papulas, pruritusque, illita noctibus.

Proxime valent cetera laurorum genera.<sup>13</sup> Laurus Alexandrina,<sup>r</sup> sive Idæa, partus celeres facit, radice pota trium

Hardnini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *foliorumque* Gronov. et vulgg.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et calfacere* Gronov. et vulgg. *et calido illinere* Vet. Dalec.—10 Harduin. 1. operarum lapsu, *ulantur*.—11 Vet. Dalec. *acopa*.—12 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *febresque frigidas* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier.

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Uvæ jacentis*] 'Si quando afflictam languor dejecerit uvam,' inquit Q. Serenus Sammonicus. Morbus is est, cum uva, (Græci γαργαραῖνα vocant, nomine a genere soni indito, *la Luette*) hoc est, caruncula ea, quam gutturi pro tegumento natura addidit, ex imbecillitate et languore deicitur, laxiorque fit.

<sup>o</sup> *Et in capitis dolore*] Marcellus Empir. cap. 1. pag. 35. 'Etiam in febribus baccæ lauri impari numero in oleo contritæ, et capiti illitæ, sedant dolorem.' Et paulo post: 'Bac-

cæ lauri impari numero contritæ, et adjecto oleo calido fronti impositæ prosunt.' Sic etiam Plinius Valer. 1. 1.

<sup>p</sup> *Nervos laxandos*] In opisthotono, tetanove: de quibus morborum generibus dictum est, cap. 24.

<sup>q</sup> *Potu alvi dolores*] Ad verbum, Marcellus Empir. cap. 27. pag. 194.

<sup>r</sup> *Laurus Alexandrina*] Hæc Diosc. pariter iv. 147. de radice laurus Alexandrinæ: sed drachmarum sex, senumve denarium pondus adhibet.

denariorum<sup>14</sup> pondere, in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, mensesque.<sup>5</sup> Eodem modo<sup>1</sup> pota Daphnoides, (sive his<sup>15</sup> nominibus quæ diximus,) sylvestris laurus, prodest: <sup>16</sup> alvum solvit, vel recenti folio, vel arido, drachmis tribus cum sale in hydromelite manducata. Pituitas<sup>17</sup> extrahit: <sup>v</sup> folium et vomitus, stomacho <sup>w</sup> inutile. Sic et baccae quinae denæ<sup>18</sup> purgationis causa sumuntur.

LXXXI. (IX.) Myrtus sativa<sup>a</sup> candida, minus utilis est medicinæ, quam nigra. Semen<sup>1</sup> ejus<sup>b</sup> medetur sanguinem exscreantibus. Item contra fungos in vino potum. Odorem oris<sup>c</sup> commendat vel pridie commanducatum. Item<sup>2</sup> apud Menandrum Synaristosæ<sup>d</sup> hoc edunt. Datur



*cetera lauri genera* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sex drachmurum*, e Diosc. *tritum denariorum* Franz.—15 Vet. Dalec. *sive, omissis iis*.—16 Margo edd. Dalec. et Gronov. *laurus ad eadem prodest*.—17 Vet. Dalec. *hydromelite. Manducata pituitas*.—18 Gronov. et al. vett. ante Harduin. *quinae, denæve*.

CAP. LXXXI. 1 *Fructus margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 *Item* deest in cod. Dalec. Mox, *Synaristosæ* Gronov. et al. ante Harduin.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Mensesque*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. pag. 169.

<sup>1</sup> *Eodem modo*] Pari scilicet drachmarum pondere radice pota, daphnoides prodest ad secundas pellendas, mensesque educendos. Vide Notas et Emend. num. 30.

<sup>u</sup> *Sive his*] Sive his lubet appellare nominibus, quæ diximus xv. 39.

<sup>v</sup> *Pituitas extrahit*] Diosc. iv. 148. Idem *Εὐπορ.* i. 5. eos qui diuturno capitis dolore infestantur, commanducare inprimis jubet daphnoidis semen ad extrahendam pituitam: διαμασσωμένου δαφνοειδοῦς σπέρματος, εἰς ἀποφλεγματισμόν. Apuleius cap. 58. phlegmata intercidi illius esu scripsit.

<sup>w</sup> *Stomacho*] Apuleius cap. 58. 'Si cymas ejus post cœnam ederis, digestionem stomachi tollit.'

<sup>x</sup> *Sic et baccae quinae denæ*] Sic Mss.

Reg. Colb. &c. non *quinae denæve*. Sic etiam Diosc. i. 148. ὄσον κόκκοι εἰ' πιωόμενοι.

<sup>a</sup> *Myrtus sativa*] Hæc totidem verbis Diosc. i. 155.

<sup>b</sup> *Semen ejus*] Diosc. loc. cit. Simeon Sethi de Alimentis, tit. Μυρσινόκοκκα: et Plinius Valer. i. 64. Seminis nomine, ut sæpe nominimus, *fructum* Plinius seu καρπὸν intellegit.

<sup>c</sup> *Odorem oris*] Q. Serenus cap. 1. 15. pag. 134. 'Lentiscus, myrtusque, emendant oris odorem.'

<sup>d</sup> *Synaristosæ*] Edidit etiam Synaristosas Crates, teste Athenæo lib. vi. pag. 248. et Julio Polluce vi. 17. et inter Latinos poëtas Cæcilii, teste A. Gellio xv. 15. Συναριστώσαι, *Fæminæ simul prudentes*, ejus fabulæ titulus fuit. Risum Ortelius movet, qui loci id vel oppidi nomen esse putat, in Thesauro Geographico.



et dysentericis<sup>e</sup> denarii<sup>3</sup> pondere in vino. Ulcera<sup>f</sup> difficilia in extremitatibus corporis sanat, cum vino suffervectum. Imponitur<sup>g</sup> lippitudini cum polenta, et cardiacis<sup>h</sup> in mamma sinistra: et contra scorpionis ictus<sup>4</sup> in mero: et ad vesicæ vitia, capitis dolores, et ægilopas,<sup>i</sup> antequam suppurent: item tumoribus: exemptisque nucleis in vino vetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus seminis<sup>5j</sup> alvum sistit, urinam ciet. Ad eruptiones pusularum,<sup>6</sup> pituitæque, cum cerato illinitur: et contra phalangia.<sup>k</sup> Capillum<sup>l</sup> denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto: lenius et vinum, quo nunquam inebriatur.<sup>7</sup> Inveteratum sistit<sup>m</sup> alvum et stomachum: tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum<sup>n</sup> arentium farina sudores cohibet inspersa, vel in feбри. Utilis<sup>o</sup> et cœliacis, et procidentia vulvarum, sedis vitiis, ulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: item aliis<sup>8p</sup> eruptionibus, ambustis. Additur quoque<sup>q</sup> in medicamento, quod liparas<sup>9</sup> vocant, eadem de causa qua oleum ex his,<sup>r</sup> efficacissi-



3 *Idem denarii* Chiff. — 4 Chiff. *ictum*. — 5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fructus*, e Diosc. — 6 Gronov. et al. vett. *pustularum*. — 7 Vet. Dalec. et Chiff. *inebriantur*; margo edd. Dalec. et Gronov. *quod nunquam inebriat*. — 8 Vet.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Datur et dysentericis*] Simeon Sethi loc. cit. Inter ea quæ alvum astringunt, myrta Celsus annumerat, II. 30.

<sup>f</sup> *Ulcera*] Diosc. loc. cit.

<sup>g</sup> *Imponitur*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Et cardiacis*] Plinius Valer. IV. 11. et Diosc. loc. cit.

<sup>i</sup> *Et ægilopas*] Diosc. loc. cit.

<sup>j</sup> *Succus seminis*] Succus e semine, seu e virentibus baccis expressus: nam e hunc οὐρητικὸν Diosc. ait esse.

<sup>k</sup> *Et contra phalangia*] Diosc. loc. cit.

<sup>l</sup> *Capillum*] Dioscor. loc. cit. *Seminis decoctum capillos tingit*: Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τοῦ καρποῦ βάπτει τρίχας.

<sup>m</sup> *Inveteratum sistit*] Cato de Re

Rust. cap. 125. pag. 66. ex cuius verbis myrteum vinum descripsimus, xv. 37. 'Id est,' inquit, 'ad alvum crudam, et ad lateris dolorem, et ad cœliacum.' Vide et Diosc. v. 36.

<sup>n</sup> *Foliorum*] Plinius Valer. III. 11. et ante alios Celsus III. 19. totidem verbis.

<sup>o</sup> *Utilis*] Dioscor. I. 155.

<sup>p</sup> *Item aliis*] Diosc. popularum eruptiones dixit, ἐξανθήματα.

<sup>q</sup> *Additur quoque*] Diosc. loc. cit. *Μίγνυται δὲ καὶ λιπαραῖς, κ. τ. λ.* 'Lenia quædam emplastra,' inquit Celsus v. 19. 'quas λιπαρὰς fere Græci nominant:' sic dicta videlicet, quod adipum, pinguedinum, oleorumque mixtura constant.

num ad ea quæ in humore sunt, tanquam in ore et vulva. Folia ipsa fungis adversantur trita ex vino, cum cera vero articulariis morbis et collectionibus. Eadem in vino<sup>a</sup> decocta dysentericis et hydropicis potui dantur. Siccantur in farinam, quæ inspergitur ulceribus, aut hæmorrhagiæ. Purgant<sup>10</sup> et lentigines,<sup>t</sup> pterygia, et paronychias,<sup>11</sup> et epinyctidas, condylomata, testes, tetra ulcera: item ambusta<sup>u</sup> cum cerato. Ad aures<sup>v</sup> purulentas et foliis crematis utuntur, et succo, et decocto. Comburentur et in antidota. Item cauliculi flore decerpti,<sup>12</sup> in novo fictili operto cremati in furno, dein triti ex vino. Et ambustis<sup>w</sup> foliorum cinis medetur. Inguen<sup>x</sup> ne intumescat ex ulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum, non ferro nec terra contactum.

LXXXII. Myrtidanum diximus<sup>a</sup> quomodo fieret. Vulvæ prodest, appositu, fotu,<sup>1</sup> et illitu. Multo efficacius<sup>b</sup> et cortice, et folio, et semine. Exprimitur<sup>c</sup> et foliis succus<sup>2</sup> mollissimis in pila<sup>d</sup> tuis, affuso paulatim vino austero,



Dalec. *papularum*.—9 Vet. Dalec. *in medicamenta quæ liparas*; Chiff. etiam, *in medicamenta*. Mox, cod. Dalec. *eademque et causa oleum*.—10 Vet. Dalec. *Purgat*.—11 Ita codd. Harduini, item Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *paronychia Gronov.* et al. vett.—12 Vet. Dalec. *florentes decerpti*. Mox, et in novo Chiff. Paulo post, *cremantur in fur. dein teruntur alii ap. Dalec.*

CAP. LXXXII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *appositum fotu Gronov.* et vulgg.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et succus ex foliis*.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Qua oleum ex his*] Subintellige, qua oleum ex foliis arentibus in eadem medicamenta additur. Celsus loco citato, olei cicini myrteique heminas lenibus emplastris admiscet, quæ liparas vocant.

<sup>a</sup> *Eadem in vino*] Plinius Valer. II. 28. et III. 12.

<sup>t</sup> *Purgant et lentigines*] Hæc totidem verbis Diosc. I. 155. Sed *lentigines* Plinius, ἀλφὸς, *vitilignes*, Græcus auctor nominat. De paronychiis idem testatur et Theod. Priscianus I. 30. De lentiginibus, seu maculis albis ac nigris, idem cap. 32.

<sup>u</sup> *Item ambusta*] Dioscor. loc. cit.

<sup>v</sup> *Ad aures*] Diosc. loc. cit.

<sup>w</sup> *Et ambustis*] Diosc. loc. cit.

<sup>x</sup> *Inguen*] Plinius Valer. lib. II. 43. et Marcellus Empir. cap. 32. pag. 225. ad verbum.

<sup>a</sup> *Myrtidanum diximus*] Lib. XIV. cap. 19.

<sup>b</sup> *Multo efficacius*] Efficacius ait myrtidanum esse, quam sit vel cortex, vel folium, fructusve myrti per se. Ita de suo pariter myrtidano Dioscorides prodidit, I. 156.

<sup>c</sup> *Exprimitur*] Diosc. I. 155.

<sup>d</sup> *In pila*] In mortario.

alias aqua cœlesti: atque ita expresso utuntur ad oris sedisque ulcera, vulvæ, et ventris: capillorum nigritiam, malarum<sup>e</sup> perfusiones, purgationes lentiginum, et ubi constringendum aliquid est.

LXXXIII. Myrtus sylvestris,<sup>f</sup> sive oxymyrsine, sive chamæmyrsine, baccis rubentibus et brevitate a sativa distat. Radix ejus<sup>g</sup> in honore est, decocta vino, ad rœnum dolores pota, et difficili urinæ, præcipueque crassæ, et graveolenti:<sup>1</sup> morbo regio, et vulvarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumti, et in cinere cocti. Semen cum vino<sup>h</sup> potum, aut oleo, aut aceto, calculos frangit. Item<sup>2</sup> in aceto et rosaceo tritum, capitis dolores sedat: et potum, morbum regium. Castor oxymyrsinen myrti<sup>3</sup> foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopæ, ruscum vocavit,<sup>i</sup> ad eosdem usus.<sup>4</sup> Et hactenus habent se<sup>5</sup> medicinæ urbanarum arborum. Transcamus ad sylvestres.

CAP. LXXXIII. 1 Vet. Dalec. graviter olenti.—2 Idem Dalec.—3 Dalec. hanc myrti.—4 Dalec. usus commendans: vel, et ad eosdem usus commendavit.—5 Dalec. ita se.

## NOTÆ

<sup>e</sup> Malarum] Alarum alii, alii mamillarum malunt.

<sup>f</sup> Myrtus sylvestris] Ruscum inteligit, non veram myrtum. Κεντρομυρσίνη a Theophr. dicitur, Hist. III. 17. Aliis δξύμυρσίνη, quod foliis sit spinosis, alioqui myrto proximis. A Diosc. IV. 146. μυρσίνη ἀγρία, ἢ δξύμυρδίνη. Et in Nothis: οἱ δὲ ἱερόμυρτον, οἱ δὲ δξύμυρσίνη. . . οἱ δὲ χαμαιμύρτη. . . Πωμαῖοι βούσκουμ. Officinis Brusens. Pingitur a Dodonæo, pag. 732. Gallis, du Brus.

<sup>g</sup> Radix ejus Iisdem fere verbis, sed minus accurate paulo, medicinæ eæ omnes e sylvestri myrto petitæ, a Dioscoride traduntur, loc. cit.

<sup>h</sup> Semen cum vino] Q. Serenus cap. 33. 'de vesica et calculo purgando,' p. 146. 'Præterea semen myrti sylvestris Iaccho Atque oleo mixtum bibitur: nec desit acetum.'

<sup>i</sup> Castor . . . ruscum vocavit] Et recte is quidem, ut diximus. Neque enim oxymyrsine Græcorum quicquam a rusco distat.

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XXIII.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. II. *Nec curvo laboranda, sed sese porrigentia ultro*] In libris ad hunc diem vulgatis, *Nec curvo adoranda aratro, nec cura laboranda, sed sese, &c.* Quo in contextu verborum, quid interpolatorum conjectura præstiterit, liquet: adjectis nempe vocibus iis, *nec cura laboranda*, quæ priorum vicem supplerent, plane affinium, *nec curvo adoranda*: et *aratro* præterea addito: quarum vocum in exemplaribus vetustis nec vola, ut aiunt, nec vestigium. In Reg. 1. *nec curvo adoranda, sed sese, &c.* Reg. 2. *nec cura laboranda*: hoc tantum.

2. CAP. IV. *Cicatricibus marcidis, ossibus purulente limosis*] Quid sint ossa purulente limosa, fateor me nondum intelligere: nec de mendo tamen, quod hic lateat, admonet codices Mss. Verum cum apud Diosc. v. 6. ubi pares de omphacio medicinæ traduntur, legere me meminerim, post cicatrices, vel gingivas potius, ut dixi, marcidas, statim aures purulentas subjici, ὄλα πλαδαρά, ὅτα πορροῦντα, nullus fere dubito, quin *auribus purulente limosis* scripsisse Plinium existimandum sit.

3. CAP. V. *Ideo et oris ulceribus, et verendis, ac sedi, cum melle et croco. Alvum sistit*] Sic locus hic interpungendus est, non, uti prius: *verendis, ac sedi. Cum melle et croco alvum sistit.* Nam per se potam ænanthen alvum sistere, cum melle et croco verendis, similibusque ulceribus imponi pro cataplasmate, auctor est Diosc. v. 5. Πινομένη . . . κοιλίαν ἐφιστάωσα . . . Κατάπλασμά τε ἐναίμων, καὶ τῶν ἐν στόματι οὐλῶν, καὶ νομῶν τῶν ἐν αἰδοίοις, σὺν μέλιτι, καὶ κρόκῳ, καὶ ῥοδίῳ, καὶ σμύρῃ λεανθείσα.

4. CAP. VI. *Recentes stomachum, et spiritum inflant, alvumque turbant*] In Mss. Reg. Colb. Cliffl. &c. *spiritum inflatione* legitur. Libentius inde agnoverim, *stomachum spiritum inflatione, alvumque turbant.* Diosc. v. 3. Ἡ δὲ πρόσφατος πᾶσα ἐκταρῶσει κοιλίαν, καὶ ἐμπνευματοῖ στόμαχον.

5. CAP. XII. *Sanant epinyctidas, et ceria: et dysenteriam cum suis nucleis*] Voculam hanc, *et ceria*, hoc est, favos, de quibus xx. 6. addidimus admonitu codicum Reg. Colb. &c. in quibus et *ceteria*, et *teria* legitur: tum vero maxime Dioscoride ipso suffragante,

cujus hæc verba Plinianis plane paria sunt, v. 4. Ἐπιουκτίδας δὲ, καὶ ἀνθρακας, καὶ κηρία . . . χωρὶς γιγάρτων ἰᾶται λεία σὺν πηγάφῳ ἐπιτιθεμένη. Quibus ille verbis monet sine nucleis uvam passam his morborum generibus adhibendam: uti dysenteriae contra paulo antea cum nucleis jussit edi: Καὶ δυσεντερίαν σὺν τοῖς γιγάρτοις ἐσθιομένη καθ' ἑαυτήν. Quæ omnia nostram emendationem egregie constabunt.

6. CAP. XIV. *Et varos: coxendicum et lumborum vitiiis . . . prosunt*] Secuti sumus fidem exemplarium Mss. Reg. Colb. &c. neglecta librorum, qui sunt hactenus editi, scriptura, quæ erat ejuscemodi, *Et variis coxendicum et lumborum vitiiis*. Diosc. iv. 183. Ἀποκαθαίρουσι καὶ πάντα σπῖλον, omnem maculam in facie expurgat. Est autem varus, ut alibi diximus, macula in facie.

7. CAP. XVI. *Et ipsa autem largior aliquanto sensus purgat*] Ni codicum manu exaratorum consensus obstaret, qui hanc lectionem pertinaciter tuentur, scriberem intrepide, *sensus turbat*: tum ita, ut quidem videtur, postulante sententia: ut cum prius opitulari mente commotis, et vertigine laborantibus dixerit, nunc largiorem usum ejus cavendum admoneat, ne sensum perturbet: tum vero Dioscoride iv. 184. de bryonia similiter tradente, ὑποταράττει δ' ἐνλίστε τὴν διάνοιαν. Et auctor libelli, qui Kiranidum Kirani falso inscribitur, pag. 13. 'Turbat autem ventrem, et sensum, et apposita quoque secundinam educit,' &c.

8. CAP. XVII. *Flemina, aut sanguinem, qui se ad talos dejecerit*] Decurtatum hunc locum Barbarus, et conclamatum putavit. In libris vulgatis, *phlegma, aut sanguinem qui se ad talos dejecerit*. Ubi Dalecampius, 'in podagra,' inquit, 'et articulari morbo.' Egregium vero medicum. *Flemina*, non *phlegma*, legi oportuit, ex Mss.

Reg. Colb. aliisque: et quid essent *flemina*, tum ex Plinio, tum ex Festo, Caproque, tum ex Plauto discere. Festus enim: '*Flemina*,' inquit, 'dicuntur, cum ex labore viæ sanguis defluit circa talos.' Et Caper Grammaticiens de Orthogr. '*Flemina* est, ubi abundant crura sanguine. *Plemina*, cum in manibus vel in pedibus callosi sunt sulci.' Plautus Epid. v. 2. 5. 'Dico ego tibi jam, ut scias, Alium tibi te comitem melius quærere: ita, dum te sequor, Lassitudine invaserunt misero in genua *flemina*.' Rursumque in Pseud. iv. 7. 92. et Pæn. iii. 1. 67. Quinetiam vel si *phlegma* hoc loco Plinius, non *flemina*, diceret, de alio morbo, quam de podagra, accipi hoc a Dalecampio oportuit: nempe pro eo quem alio nomine Latini boam vocavere, auctore Festo: '*Boa*,' inquit, '*crurum tumor viæ labore collectus appellatur*,' unde hæc ipsa ei qui eo morbo tenetur, hæsit appellatio: Glossarium vetus, Βόα, ὁ τοῦς πόδας φλεγμάλων.

9. CAP. XXII. *Jam et patresfamilias ætatem addi his, quæ per se cariem traxere*] Hoc est, sine fimo. Ita legi oportere, non modo codices Reg. Colb. et Chiffi. suadent, sed et ipsa loci sententia, cujus acumen Dalecampium fugit. Contrario plane sensu in libris vulgatis hactenus legebatur, *ætatem ademere his*.

10. CAP. XXIII. *Vinum jejunos bibere, novitio invento, inutilissimum est curis, vigoremque animi ad procinctum tendentibus*] Hunc locum summa fide repræsentamus totidem apicibus ac syllabis, quot in codd. Reg. et Colb. vidimus: serie ipsa orationis ita legi postulante. Corruperant mirum in modum interpolatores, hoc modo: *inutilissimum est. Curas vigoremque animi impedit ad procinctum, &c.* Ceterum hunc morem carpit Auctor, inventumque novitium, quod superius attigit, xiv. 28. 'Tiberio Clau-

dio Principe ante hos annos XL. institutum, ut jejuni biberent, potusque vini antecederet cibos, &c. Extremo Tiberii anno id excogitatum indicat. De hoc Tiberiani ævi, consequentiumque temporum more, Plutarchus Sympos. Quæst. VIII. 9. p. 734. Μέγα δὲ καὶ τὸ τῶν καλουμένων προπομάτων οὐδὲ γὰρ ὕδωρ οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐντραγεῖν ἐπιπνόν' οἱ δὲ νῦν ἕσιτοι προμεθυσθέντες ἀπτονται τῆς τροφῆς, διαβρόχῃ τῷ σώματι καὶ ζέουσι, λεπτὰ καὶ τομὰ καὶ δέξια προσφέροντες, ὑπέκκαυμα τῆς ὀρέξεως, κ. τ. λ. *Magnum etiam illud de præbitionibus, quas vocant propomata. Nam antiqui ne aquam quidem biberunt antequam edissent: nunc ante, cibum vino opplati, humectato ac fervescente corpore, cibum aggrediuntur, tenuia et acuta et vi incidendi prædita ad appetitum excitandum ingerentes, &c. Et hanc consuetudinem Juvenalis attigit, Sat. vi. 423. 'Tandem illa venit rubicundula, totum Cœnophorum sitiens, plena quod tenditur urna, Admotum pedibus: de quo sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturns orexim.'* Quandoque pro vino mulsum ante cibos pariter præsumebant, teste Horatio II. Sat. 4. 25. 'Vacuis committere venis Nil nisi lene, decet: leni præcordia mulso Prolueris melius.'

11. Ibid. *Itemque jugi superbibere. Ebrietatem quidem frigida potus exemplo discutit*] Ita libri omnes Mss. Reg. Colb. Chiff. non, uti correctorum vitio vulgati præ se ferunt libri, obscura planè sententia: *Itemque jugi superbibere ebrietati: quam quidem, &c.* Vini perpotationi aquam superbibere utilissimum pariter censet Diosc. v. 11. Δεῖ μέντοι γε μετὰ τὴν ὄνωσιν ὕδωρ πίνειν, quoniam temulentiam discutit. Ne caput vina tentent, aquam superbibere et Galenus jubet Comm. III. de victus ratione in morbis acutis.

12. CAP. XXVI. *Palmeum, capitum noxium, ventriculo tantum molliendo, et*

*sanguinem exscreantibus non inutile*] Sic libri omnes, etiam manu exarati. Nihilominus Dioscoride, v. 40. sic prodente, vino palmeo vini astringendi competere, stomachicis idcirco, cæliacisque, et sanguinem exscreantibus esse peraccommodatum: διὰ τὸ στέφειν, στομαχικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς, αἰμποτοικοῖς ἀρμόζει. Num potius legi in contextu Pliniano oporteat, *ventriculo tantum molliori, vel ventriculo tantum morando*, hoc est, sistendo, amplius considerandum est.

13. CAP. XXVII. *Oculis quoque illo modo saluberrimum fotu. Medetur potæ hirudini*] Nos hunc locum ex animi conjectura sanavimus, secuti vestigia veterum exemplarium, et eorum secuti qui sic interpolant: *Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fotu medetur post uredines.* Nam vox ea certe a Mss. abest, Reg. Colb. Chiff. ceterisque, nec *uredines* ii, sed *hirudines* præ se ferunt. Et quod est sane momenti haud levioris, Diosc. lib. v. c. 21. de aceto disputans ita scribit: Βδέλλας τε ποθείσας καταρροφούμενον ἀποβάλλει. *Haustu rotatas hirudines, si sorbentur, ejicit.* Quo quidem loco nihil afferri opportunius potest, quod in rem nostram sit.

14. CAP. XXIX. *Salis marini pondo libram et quadrantem*] Prius legebatur, *Salis marini pondo, thymbræ quadrantem.* Verum in oxymelitos compositione, neque apud Diosc. v. 22. neque apud Plinium XIV. 21. neque hoc ipso loco in codicibus ullis Mss. *thymbræ* ulla mentio est: sed *libram* omnes exhibent. Et est alioqui bonis scriptoribus familiaris ea locutio, ut Columellæ inprimis, XII. 33. 'Scillæ,' inquit, 'aridæ pondo libram et quadrantem adjici oportere.' Et cap. 35. 'Pontici absinthii pondo libram.' Festo quoque: 'Grave æs,' inquit, 'dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum.' Ubi *libras* in casu gignendi est, ut alii

ante nos viderunt.

15. CAP. XLV. *Ex Cnidio grano factum, eandem vim habet, quam cicinum]* Hic *cnecinum* Pintianus iterum inculcat pro *cicinum*, quod et aggredi ausus est, initio cap. 41. Retunditur ea conjectura non modo codicum omnium conspirante consensu, sed et Galeni calculo, eadem ac plane gemina cum Plinio afferentis de oleo cicino, de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 172. Τὸ δὲ κίκινον ἔλαιον ὑπάγει γαστέρα τούτους δ' ἔτι μᾶλλον τὸ ἐκ τοῦ Κνιδίου κόκκου· καὶ τοσοῦτω γε μᾶλλον, ὅσῳ ὁ καὶ κόκκος αὐτοῦ τοῦ κίκου καθαρικώτερος ὑπάρχει. *Oleum porro cicinum alvum subducit: multo vero magis quod fit ex Cnidio grano: cum granum vehementiorem purgandi vim obtineat quam cici.*

16. Ibid. *Balanium oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingivas]* Et nunc tertium *gingivas* vertisse perperam Plinius videtur, pro *cicatricibus*, ut jam ante cap. 4. ac 13. monuimus. Nam Diosc. qui ex eodem fonte hausit, i. 40. περὶ βαλανίου ἔλαιον Δύναμιν δὲ, inquit, ἔχει καθαρικὴν σπύλων, φακῶν, ἰδύων, οἰλῶν μελανίας. *Vim habet repurgandi maculas, lentigines, varos, cicatricumque nigritias.* Sic idem Dioscor. iv. 154. οὐλὰς μελαίνας dixit, *cicatrices nigras.* Οὐλῶν itaque neutro genere, et in priore syllaba servato accentu, quo *gingivas* significet, Plinius legit: recte enim secus, medicorum filii dijudicent.

17. CAP. LI. *Pissino oleo usus et passim ad quadrupedum scabiem est]* Sic libri editi, cum Regio cod. 1. At in Reg. 2. et Chiffi. *Pissino oleo usus ad tussim et quadrupedum scabiem est.* Forte sincerius: Dioscorides enim i. 95. de picini olei viribus disserens, uno verbo extulit, facere illud ad eadem omnia, ad quæ liquida pix adhiberetur. At capite superiore de ea ipsa agens, valere ad tussini, suspiria, purulentasque excreationes

dixit: ut ad tussim idcirco huic loco accommodatius, quam et passim, videatur.

18. CAP. LIV. *Lanugo eorum carbunculos sanat. Cocta in vino, et illita cum cera, alopeciis capillum reddunt]* Vitiosa interpunctione laborabat hic locus: *Lanugo eorum carbunculos sanat, cocta in vino et illita cum cera. Alopeciis capillum reddunt.* Quamobrem Dalecampius reddit arbitrator commodius quam reddunt hoc loco legi: ut ad lanuginem sententia ea spectet, non ad ipsa mala. Verum præter codicum Reg. Colb. ceterorumque auctoritatem, conjecturam eam pessumdant auctores duo, qui e Plinianis fontibus areolas suas rigarunt. Marcellus Empir. cap. 6. pag. 46. 'Cydonia mala,' inquit, 'discoccta cum vino, debinc trita, ceræque liquefactæ addita, et capiti imposita, capillum nutriunt.' Et Plinius Valer. i. 6. 'Cydonia cocta ex vino, et cum cera trita et illita, capillos restitunt.'

19. CAP. LVII. *Expeditur gravidarum malaciæ, quoniam gustatu moveat infantem]* Sic omnes vulgati manique exarati codices, conspirante consensu. Joan. Jac. Chiffi. Dædalm. ii. 5. pag. 37. ait avunculi sui fuisse conjecturam, scribi oportere, *quoniam gustatu moveat famem.* Qua conjectura ipse damnata legendum monet, *quoniam gustatu moveat infantem.* Ut hæc sit loci sententia: Licet ob gulæ fastidium gravidis expetatur, ut et alia absurdiora, hoc tamen inde sequi periculum; quod malicorium si sumant, movetur infans, hoc est, sequitur abortus. Theodorum deinde Priscianum laudat, de Passionibus Mulierum iii. 6. de abortivis: ubi succo mali granati vim parem ait excludendi fœtus, ac dictamno, tribui. At neque quicquam ejusmodi Theodorus habet: nec moveri infantem in contextu Pliniano, expelli abortu sonat: sed excitari

leniter, ne torpescat.

20. CAP. LVIII. *Punicum in olla nova, cooperculo illito*] Prins operculo indito legebatur. Nos exemplaria maxime probata secuti sumus, Reg. 1. 2. Colb. Chiffi. auctoresque idoneos: Marcellum Empir. cap. 27. pag. 196. 'Malum Punicum,' inquit, 'in olla gypsata clausum, in furno combures, et postea diligenter teres, atque in pulverem tenuissimum rediges, quem repones et paratum habebis: et cum opus fuerit, ad subitas tortiones cum vini potionis detur.' Plinium Valer. iv. 40. 'Alvum fluentem miro modo sistit Punicum in olla nova cooperculo illito in furno exustum, et in pulverem redactum, et in vini potionem perductum.'

21. CAP. LXIII. *Utile et decocto earum foere fœminas*] Quærit Gronovius, annon foere femina sit legi satius. Dioscoridem si legisset, non quæreret. Is enim r. 183. de ficis agens, *Ipsarum decoctum*, inquit, *catuplusmatis ex hordeacea farina miscetur, itemque in muliebres fetus, cum fœno Græco aut ptisana*. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν . . . καὶ εἰς τὰς ἀμηλόσεις μίγνυται, καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισσάνης.

22. *Ibid. Cinis non ex alia arbore acrior: purgat, conglutinatur, replet, &c.*] Ita locum hunc restitimus admonitu cod. Reg. 2. Pintianus vidit: cum sic vulgati præ se ferant, *Cinis ex alia arbore aciem purgat acrior*, &c. inculcata temere vocula *aciem*, quæ commodum efficere hoc loco sensum nullum potest. Nam de cute purganda in ulcerum medicina, de conglutinanda, replendaque agitur. Dioscor. i. 186. ubi de cinere crematorum cauliculorum ficus: 'Ἀρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰ καυστικά, καὶ γαγγραινομένα' ἀνακαθαίρει γὰρ καὶ ἀναλύσει τὰ περισσά. Et infra: Καθαίρει γὰρ καὶ κολλᾶ, καὶ σαρκῶς, καὶ συμφύει εὐκότως τοῖς ἐναίμοις. *Utilis est ad medicamenta caustica, et prodest cuti gangræna tentata: nam*

*expurgat et consumit quæ excrescunt. . . Etenim purgat, conglutinatur, carne replet, et oras committit.*

23. CAP. LXIV. *Corticem ejus impubescentem*] Ita vulgati libri pariter, et manu exarati. Quid si *intumescens* legas? Nam *impubescentem* illud, occasione vocis proxime subsequenti *puer impubis*, natum temere confictumque ab amanuensis videtur. Et sane Plinius Valer. qui hunc locum expressit, iii. 29. 'Caprifici corticem intumescens,' inquit, 'puer impubis si defracto ramo tollat dentibus, et medulla ipsa alligetur ante Solis ortum, prohibere strumas constat.' Intumescere porro corticem credimus in germinatione, quoniam tum prægnantium arborum rumpitur cortex, ut dictum est, xvi. 41.

24. CAP. LXVI. *Ipsa pruna . . . stomacho non utilissima, sed brevi momento*] Hanc lectionem, quæ sane sincera est, Frobenius interpolavit, scribens, *stomacho vero utilissima*: reclamantibus licet editionibus vetustis, Parmensi, ceterisque, nec Mss. ullis codicibus secundis: nam omnes ii quos videre licet, Reg. et Colb. *non utilissima* præ se ferunt: itaque postulat loci sententia, quæ nocere stomacho, sed ad breve tempus, pruna dicuntur. Sic paulo ante Plinius ipse de ficis: 'Nec stomacho utiles, sed ad breve tempus.' Atque eam ob rem Dioscor. i. 174. pruna ait male habere stomachum, alvum mollire: Κοκκυμηλέα δένδρον ἐστὶ γνῶριμον, οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, κοιλίας μαλακτικός.

25. CAP. LXIX. *Et in iis, et sativis prunis est limus arborum, quem Græci lichena appellant, rhagudiis . . . utilis*] Qui sunt animo in Plinium minus æquo, deceptum scriptoris Græci verbis, quæ Dioscorides retulit i. 174. nec quid legeret intellexisse, arbitrantur: Τὸ δὲ κόμμι τῆς κοκκυμηλέας . . . σὺν ὕξει ἐπιχρίμενον, λειχίνας τοὺς ἐπὶ παιδίων θεραπεύει. *Gummi prunosum ex*



*aceto illitum lichenas infantium sanat.* Quo vero ejusmodi homines calumniandi libido, aut verius furor, abripit, ut tam parum cohærentia proférant? Gummi prunorum lichenas sanari Græcis scriptor prodidit: et idoneum id argumentum putant, quo probent, lichenis nomen temere derivatum a Plinio in muscum limunive, qui prunis adhæret. Quid vero vetat id ei musco nomen inditum fuisse, ut musco alteri, qui petris adhærescit, quo lichenes ipsi sanantur, hanc ipsam lichenis nomenclationem attributam esse, Dioscorides ipse asseverat IV. 53. An si quid Plinius affert in medium, quod Dioscoridi latuit, cadere debet in eum erroris alicujus justa suspicio? In Indice hujus loci, *De limo, sive lichene arborum*, plane legitur.

26. CAP. LXX. *Ipsa poma ad præsens utilia stomacho*] Sincerius forsàn videatur, *inutilia*. Nam et Diosc. I. 180. *κακαστόμαχα* mora vocat: et vox ea *ad præsens* eandem sententiam præ se fert, atque hæc de prunis ficisque oratio, superioribus sectionibus: 'Nec stomacho utiles fici, sed ad breve tempus.' 'Ipsa pruna stomacho non utilissima, sed brevi momento.'

27. CAP. LXXV. *Et sanguinem sistunt, cum amylo et menta. Lethargicis, &c.*] Præpostera interpunctione in libris ad hunc diem vulgatis laborabat hic locus, eo modo: *et sanguinem sistunt. Cum amylo et menta lethargicis, &c.* Retexit errorem Dioscorides primum, I. 176. *καὶ πρὸς αἷματος ἀναγωγὴν μετὰ ἀμύλου καὶ ἡδυσμόν λαμβανόμενα. Prosunt et ad sanguinis rejectionem, si cum amylo et menta sumantur.* Tum

vero etiam ii qui e Plinianis sententiis suum opus consarcinarunt: Marcellus Empir. cap. 16. pag. 120. 'Nuclei amygdalarum,' inquit, 'triticum, amylo, et menta, trita, in qualibet potione utiliter ab hæmoptoicis vel empyicis hauriuntur.' Et Plinius Valer. I. 64. cui titulus est, 'Sanguinem rejicientium curatio:' 'Nuclei,' inquit, 'amygdalarum cum amylo et mentastro devorantur.'

28. Ibid. *Recentes stomachum implent*] Etsi sua his verbis constat sententia, nihilominus an *stomachum deplent* legi sit satius, considerandum amplius videtur. Nam Diosc. I. 176. amygdalas ait, quæ virides cum sno putamine deglutiuntur, humida stomachi vitia emendare: *Βρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ, στομάχου πλάδον καθίστησι.*

29. CAP. LXXVII. *Hoc minore tormento, et in cibis nuclei faciunt*] Perspicua admodum, planaue sententia, quam librorum ad hunc diem editorum lectio impeditam reddebat, cum sic scriberetur, *hocque minore momento, sed in cibis.* Emendationem Regio codici 2. debemus.

30. CAP. LXXX. *Secundas etiam pellit, mensesque. Eodem modo pota Daphnoides . . . prodest*] Prims legebatur, interpunctione præpostera, *mensesque eodem modo pota. Daphnoides, &c.* Emendationis auctor Diosc. IV. 148. Ἄγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ (de daphnoide loquitur) *ξηρὸν ἢ νεαρὸν ποθὲν κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη κινεῖ δὲ ἐμέτους καὶ ἐμμηνα, καὶ πταρμικόν. Καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὅσον κόκκοι ἐπιπνόμενοι, κ. τ. λ.* Quæ sunt Pliniani omnino gemina ac paria.



# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XXIV.

---

---

#### *Medicinæ ex arboribus sylvestribus.*

1. (1.) **N**E sylvæ quidem, horridiorque naturæ facies, medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini, ut medicina fieret<sup>1</sup> etiam solitudo ipsa: sed ad singula illius discordiæ atque concordiæ miraculis occursantibus. Quercus et olea<sup>a</sup> tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depactæ moriantur: <sup>2</sup> quercus vero et juxta nucem juglandem. Pernicialia<sup>b</sup> et brassicæ cum vite odia: ipsum olus,<sup>3</sup> quo vitis fugatur, adversum cyclamino et origano arescit. Quin et annosas jam, et quæ sternantur<sup>4</sup> arbores, difficilius cædi, ac celerius inarescere<sup>5</sup> tradunt, si prius manu, quam ferro, attingantur. Pomorum onera<sup>c</sup> a jumentis statim sentiri:

~~~~~

CAP. 1. 1 Vet. Dalec. *opponente . . . medicinæ vireret.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *depacta moriatur.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ipsumque olus* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sternuntur* Gronov. et vulgg.—5 Chiffi. *marcescere.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Har-

#### NOTÆ

- <sup>a</sup> *Quercus et olea*] Vide quæ in eam brassicæque odio, xx. 36.  
senter. tiam diximus xvii. 30.                      <sup>c</sup> *Pomorum onera*] Superiore lib.  
<sup>b</sup> *Pernicialia*] Eginus de hoc vitis cap. 62. 'Mala piraque portatu ju-  
*Delph. et Var. Clas.*                      *Plinius.*                      10 M

ac nisi prius ostendantur his, quamvis pauca portent, sudare illico. Ferulae asinis gratissimo<sup>6</sup> sunt in pabulo, ceteris vero jumentis praesentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui et ferula.<sup>7</sup> Surdis<sup>d</sup> etiam rerum sua cuique sunt venena, ac minimis quoque. Philyra<sup>e</sup> coci et polline nimium salem cibi eximunt. Praedulcium fastidium sal temperat. Nitrosae aut amarae aquae polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi possint. Qua de causa in saccos<sup>8</sup> vinarios<sup>f</sup> additur polenta. Similis vis<sup>g</sup> Rhodiae cretae, et argillae nostrati. Concordia valent,<sup>9</sup><sup>h</sup> cum pix oleo extrahitur, quando utrumque pinguis naturae est. Oleum solum calci miscetur, quando utrumque aquas odit. Gummi<sup>10</sup> aceto facilius eluitur, atramentum aqua. Innumera praeterea alia, quae suis locis dicentur assidue.

Hinc nata medicina. Haec sola naturae placuerat esse remedia parata vulgo, inventu facilia, ac sine impendio, et quibus<sup>11</sup> vivimus.<sup>i</sup> Postea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas invenere istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India



duin. 1. 2. 3. et recentt. *gratissima* Gronov. et al. vett.—7 Vet. Dalec. *assignant, cui et ferulam*.—8 'Ita codd. Regg. 2. 5. et Editio princeps.' Brotier. *Qua de causa et in succos* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 Vet. Dalec. *valet*.—10 *Commis* Chiffi. *Gummi* edd. ante Brotier.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex quibus*

#### NOTÆ

mentis mire gravia sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut utique ostendantur.<sup>2</sup>

<sup>d</sup> *Surdis*] Sensus omnis expertibus.

<sup>e</sup> *Philyra*] Hoc est, tilia, quam Græci philuram vocant. Etiamnum multis in locis rura nostra tiliae foliis carnes salitas involvunt, ut salsuram diluant.

<sup>f</sup> *In saccos vinarios*] Quibus vinum saccatur, sive colatur, ut diximus  
xiv. 28.

<sup>g</sup> *Similis vis*] Ad aquas et vina mitiganda.

<sup>h</sup> *Concordia valent*] Concordia contra rerum intelligitur, ut cum pix oleo avellitur, quoniam utrumque pinguis naturae est.

<sup>i</sup> *Et quibus vivimus*] Eadem sententia mox: 'Cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet.' Nulus hic pecuniæ locus, uti visum est Pintiano: sed hortensibus tantum oleribus, fruticibusque obviis.

in remedia <sup>12j</sup> æstimantur: ulcerique parvo medicina a Rubro mari imputatur: <sup>a</sup> <sup>13</sup> cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto petantur, aut herba <sup>14</sup> vel frutex quæretur, nulla artium <sup>k</sup> vilior fiat. Ita est profecto, magnitudo populi Romani perdidit ritus, <sup>l</sup> vincendoque victi sumus. Paremus externis, et una artium imperatoribus quoque imperaverunt. <sup>15m</sup> Verum de his alias plura. <sup>n</sup>

11. (11.) Loton herbam, itemque Ægyptiam eodem nomine, alias et Syrticam arborem, diximus suis locis. <sup>o</sup> Hæc lotos, <sup>p</sup> quæ faba Græca appellatur a nostris, alvum baccis <sup>q</sup> sistit. Ramenta ligni decocta in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. Cohibent <sup>r</sup> et capillum. Mirum, his ramentis nihil esse amarius, fructuque dulcius. Fit et e scobe <sup>s</sup> ejus medicamentum, ex aqua myrti decocta, subacta, et divisa in pastillos, dysentericis utilissimum, pondere Victoriati cum aquæ cyathis tribus.

<sup>a</sup> Assignatur.



Gronov. et vulgg.—12 Ita tacite Brotier. et sic conj. Harduin. in *medendo* Vet. Dalec. in *Media* Chiff. in *medio* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 Vet. Dalec. *imponitur*; alii vett. ap. Dalec. *impeditur*.—14 Vet. Dalec. *aut petatur herba*.—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. *vincendo victi . . . quoque imperat* edd. vett. et Gronov.

CAP. II. 1 *Ruffant margo* edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Arabia . . . in remedia*] Vide Notas et Emend. nom. 1.

<sup>k</sup> *Nulla artium*] Nulla magis vilescat ars, quam medicina.

<sup>l</sup> *Perdidit ritus*] Mores: xxix. 8. 'Illa perdidere imperii mores,' &c.

<sup>m</sup> *Imperaverunt*] Arte una sua externi medici Imperatoribus etiam nostris imperaverunt.

<sup>n</sup> *Verum . . . alias plura*] Lib. xxix. a c. 1. ad 9.

<sup>o</sup> *Loton . . . diximus suis locis*] Lib. xiii. c. 32.

<sup>p</sup> *Hæc lotos*] Nostras, inquit, lotos, sive Italica. In Indice hujus loci, *De loto Italica*, VI. Egimus de ea,

xiii. 32. Videtur esse λωτὸς Dioscoridis, 1. 171.

<sup>q</sup> *Alvum baccis*] Fructu. Diosc. loc. cit. Καρπὸν δὲ φέρει . . . γλυκὺν, βρώσιμον, εὐστόμαχον, κοιλίας στεγνωτικόν. Τῶν δὲ πρισμάτων τοῦ ξύλου ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον βοηθεῖ δυσεντερικοῖς καὶ γυναιξὶ ῥοϊκαῖς. Ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας, καὶ ἐπέχει ρεούσας. Quibus sunt plane paria ac gemina quæ Plinius de sua lotó affert, et quæ Galenus de Facult. Simp. Med. lib. vii. pag. 205.

<sup>r</sup> *Cohibent*] Defluentem continent. Diosc. et Galenus loc. cit.

<sup>s</sup> *Fit et e scobe*] Ita fere Marcellus

III. (III.) Glans intrita<sup>a</sup> duritias, quas cacoëthes vocant, cum salsa axungia sanat. Vehementiora<sup>b</sup> sunt ligna, et in omnibus<sup>c</sup> cortex ipse, corticique tunica subjecta. Hæc decocta<sup>c</sup> juvat cœliacos. Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Eademque<sup>d</sup> resistit serpentium ictibus, rheumatismis, suppurationibus. Folia, et baccæ, vel cortex, vel succus decocti prosunt contra toxica.<sup>e</sup> Cortex<sup>f</sup> illinitur decoctus lacte vaccino serpentis plagæ. Datur et ex vino dysentericis.

IV. (IV.) Eadem et ilici vis.<sup>g</sup> Coccum ilicis<sup>h</sup> vulneribus recentibus ex aceto imponitur. Epiphoris ex aqua, et oculis suffusis sanguine, instillatur. Est autem genus ex eo in Attica fere et Asia nascens, celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant,<sup>i</sup> improbantque. Principalia ejus genera diximus.<sup>j</sup>



CAP. III. 1 Vet. Dalec. *cacoëthes, &c. sanat, vehementioresque lichenas. In omnibus.*

CAP. IV. 1 'Ita distinguunt codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. Hæc verba, *Eadem et ilici vis* præcedenti cap. annectuntur in edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTE

Empir. c. 27. p. 195.

<sup>a</sup> *Glans intrita*] Diosc. I. 143. περιβαλάνων, de glandibus: Σὺν στέατι δὲ χοιρέω ταριχηρῶ πρὸς κακοήθεις σκληρίας καὶ πονηρυνόμενα ἔλκη ἀρμόζουσιν. Marcellus Empir. cap. 4. pag. 42. 'Glandes de robore tritæ cum axungia, et impositæ, duritias, quas cacoëthes Medici vocant, emendant, et reprimunt.' Et Plinius Valer. III. 22. 'Glans roborea trita cum axungia duritias, quas κακοήθειας vocant, et evocat, et emendat.

<sup>b</sup> *Vehementiora*] Hoc est, magis astringentia. Dioscor. I. 142. hæc totidem verbis habet.

<sup>c</sup> *Hæc decocta*] Dioscor. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 27. pag. 188. 'Glandes quercinæ tres aut quatuor, vel ejusdem folia, vel liber ejus, coctus ex aqua: quæ vel sola, vel cum

vino, torminosis potui data plurimum prodest.' Torminosos sæpe dysentericos vocat.

<sup>d</sup> *Eademque*] Glans videlicet, quam Dioscorides quoque, I. 143. esitatam ait resistere venenatorum ictibus: crudam et intritam inflammationibus, ex quibus suppurationes fieri solent, illitu mederi.

<sup>e</sup> *Contra toxica*] Et baccarum, seu glandium, et corticis pariter decoctum valere adversus toxica, scribit Diosc. loc. cit. et quidem bibitum ex lacte vaccino.

<sup>f</sup> *Cortex*] Illini per se sine lacte Dioscor. loc. cit. suadet.

<sup>g</sup> *Eadem et ilici vis*] Ad omnia supradicta. Diosc. I. 144.

<sup>h</sup> *Coccum ilicis*] Hanc quoque in eo medendi vim Dioscorides agnoscit, IV. 48. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν,

v. Nec pauciora gallæ genera fecimus,<sup>k</sup> solidam, perforatam: item albam, nigram, majorem, minorem. Vis omnium similis. Optima Commagena. Excreſcentia<sup>l</sup> in corpore tollunt.<sup>1</sup> Prosunt<sup>m</sup> gingivis, uvæ, oris exulcerationi. Crematæ,<sup>n</sup> et vino extinctæ,<sup>2</sup> cœliacis, dysentericis illinuntur. Paronychiis<sup>o</sup> ex melle, et unguibus scabris, pterygiis, ulceribus manantibus, condylomatis, vulneribus<sup>3</sup> quæ phagedænica vocantur. In vino autem<sup>p</sup> decoctæ auribus instillantur, oculis illinuntur:<sup>q</sup> adversus eruptiones,<sup>r</sup> et panos cum aceto. Nucleus<sup>s</sup> commanducatus dentium dolorem sedat: item intertrigines,<sup>t</sup> et ambusta. Immaturæ

CAP. v. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *omphactis. Tritæ excreſcentia tollunt*; edd. ante Harduin. *tollit*.—2 'Ita codd. Regg. 2. et Editio princeps.' Brotier. et in vino extinctæ edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. —3 Cod. Dalec. *ulceribus*.—4 Vet. Dalec. *adversus pituitæ eruptiones*.—5 Vet.

## NOTE

ἀρμόζουσαν τραύμασι, καὶ νεύρων τρώσει, λεία μετὰ ὕδρου καταπλασσομένη.

<sup>l</sup> *Scolecion vocant*] Σκωλήκιον, quæ vox Græcæ vermiculum sonat.

<sup>j</sup> *Principalia... diximus*] Lib. xvi. cap. 12.

<sup>k</sup> *Nec pauciora... fecimus*] Lib. xvi. cap. 9.

<sup>l</sup> *Excreſcentia*] Dioscor. i. 146. Στέλλουσι λείαι τὰς ὑπερσαρκώσεις. *Excreſcentia in carne tritæ cohibent*.

<sup>m</sup> *Prosunt*] Dioscor. loc. cit. Marcellus Empir. c. 14. pag. 99. 'Gallæ tritæ pulvere uia contacta eodem die resilit, si ter ei interjectis horis medicamentum fuerit appositum.'

<sup>n</sup> *Crematæ*] Diosc. loc. cit. Et Marcellus Empir. cap. 27. pag. 193. 'Galla Commagena comburitur, et cinis ejus extinguitur vino, contritusque ventri cœliaci illinitur: statim subvenit.' Iisdem verbis et Plinius Valer. ii. 28.

<sup>o</sup> *Paronychiis*] Theod. Priscianus i. 30. 'Paronychiis thuris masculi pulvis cum melle mixtus medebitur. Sic etiam gallarum.'

<sup>p</sup> *In vino autem*] Marcellus Empir. cap. 9. pag. 80. 'Gallæ ex vino decoctæ humor instillatus auriculæ, ex qua sanies fluit, etiam quæ fuerint purulenta purgabit.'

<sup>q</sup> *Oculis illinuntur*] Marcellus Empiricus cap. 8. pag. 57. 'Gallæ contritæ, thurisque pari modo pulvis, vino permixtus, et fronti illitus, tumorem oculorum, doloremque sedat.'

<sup>r</sup> *Adversus eruptiones*] Ἐξανθήματα, eruptiones, pusulas, papulas, papularum et pituitæ eruptiones, Plinius promiscue vocat. Et Theod. Priscianus i. 16. de papulis minntis ubique nascentibus: 'Quibus in facie quam maxime veluti levissimus tumor repente innascitur, humorem aliquando pinguem, aliquando aquatiorē mittens,' &c. Et mox: 'Si vero veluti exanthemata, quas scabies dicimus, in facie vel genis, ex humorum acredine, vel plenitudine, apparuerint,' &c.

<sup>s</sup> *Nucleus*] Rotundus nimirum et interior gallæ globus. Diosc. i. 146. Τὸ δὲ μέσον αὐτῶν. Marcellus Empir.

ex his ex aceto potæ lienem consumunt. Eædem crematæ,<sup>u</sup> et aceto salso extinctæ, menses sistunt, vulvasque proidentes fotu.<sup>5</sup> Omnis<sup>v</sup> capillos denigrat.<sup>6</sup>

VI. Viscum e robore præcipuum diximus<sup>a</sup> haberi, et quo conficeretur<sup>1 b</sup> modo. Quidam contusum<sup>c</sup> in aqua decoquunt, donec innatet.<sup>2 d</sup> Quidam, commanducantes<sup>e</sup> acinos, exspuunt cortices. Optimum est,<sup>f</sup> quod sine cortice est, quodque levissimum, extra fulvum, intus porraceum, quo nihil est glutinosius. Emollit,<sup>g</sup> discutit tumores, siccatur strumas.<sup>h</sup> Cum resina<sup>i</sup> et cera panos mitigat omnis generis. Quidam et galbanum adjiciunt, pari pondere singulorum: eoque modo et ad vulnera utuntur. Unguium scabritias expolit,<sup>3</sup> si septenis diebus solvantur, nitroque colluantur. Quidam id religione<sup>j</sup> efficacius fieri putant,



Dalec. et aceto, aut vino, aut oxaline extinctæ men. sist. vulv. proc. decoctum earum fotu, e Diosc.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Omnes capillos denigrant* edd. vett. et Gronov. *Omnes capillum denigrant* Chiffi.

CAP. VI. 1 Cod. Dalec. consecetur.—2 Chiffi. donec nihil innatet.—3 Vet.

#### NOTÆ

cap. 12. pag. 95. 'Nucleus gallæ commanducatus medetur dolori humorique dentium.'

<sup>c</sup> *Item intertrigines*] Marcellus idem cap. 32. pag. 225. 'Gallæ contusæ et in vino coctæ, atque impositæ, intertrigini plurimum prosunt.'

<sup>u</sup> *Eadem crematæ*] Hæc Dioscor. totidem verbis I. 146.

<sup>v</sup> *Omnis*] Diosc. loc. cit. Μελαίνουσι δὲ καὶ τρίχας ἀποβραχεῖσαι ἐν ὄξει ἢ ὕδατι.

<sup>a</sup> *Viscum . . . diximus*] Lib. XVI. 11. et 93.

<sup>b</sup> *Et quo conficeretur*] Lib. XVI. cap. 94.

<sup>c</sup> *Quidam contusum*] Diosc. III. 103.

<sup>d</sup> *Donec innatet*] Ita Reg. 1. At Reg. 2. et Chiffi. *donec nihil innatet.*

<sup>e</sup> *Quidam, commanducantes*] Dioscor. loc. cit. Ἐνιοὶ δὲ μασσόμενοι αὐτὸν

ἐργάζονται.

<sup>f</sup> *Optimum est*] Optimum censet Diosc. loc. cit. quod recens est, intus coloris porracei, extra fulvi: vel, ut Oribasii interpres ait, flavescantis, (Græce ὑπὸξανθον dicitur,) quodque nihil asperi habet, aut furfuracei.

<sup>g</sup> *Emollit*] Dioscor. loc. cit. et Plinius Valer. III. 35.

<sup>h</sup> *Siccatur strumas*] Q. Serenus cap. 41. 'de struma depellenda,' pag. 151. 'Proderit et mansum quod traxeris arbore viscum.'

<sup>i</sup> *Cum resina*] Dioscor. loco citato.

<sup>j</sup> *Quidam id religione*] Sexta Luna Gallorum Druides religiosius colligi putarunt, teste Plinio, lib. XVI. extremo, fecunditatem facere tum omni animali existimantes, scilicet potu, non amuleto, ut nunc gestari præcipitur.



prima Luna collectum <sup>4</sup> e robore sine ferro. Si terram non attigit, <sup>5</sup> comitialibus mederi. Conceptum foeminarum adjuvare, si omnino secum habeant. Ulcera <sup>k</sup> commanducato impositoque efficacissime sanari.

VII. Roboris pilulæ <sup>l</sup> ex adipe ursino <sup>1</sup> alopecias capillo replent. Cerri folia, et cortex, et glans, siccata collectiones suppurationesque: fluxiones sistit. Torpentes membrorum partes corroborat decoctum ejus fotu: cui et insidere expedit, siccandis astringendisve partibus. Radix cerri adversatur scorpionibus.

VIII. Suberis cortex <sup>m</sup> tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex utralibet parte <sup>1 n</sup> sistit. Ejusdem cinis <sup>o</sup> ex vino calido sanguinem exscreantibus magnopere laudatur.

IX. (v.) Fagi folia <sup>p</sup> manducantur in gingivarum labiorumque vitiis. Calculis <sup>1 q</sup> glandis fagineæ cinis illinitur: item cum melle <sup>r</sup> alopeciiis.



Dalec. expellit; et mox in eodem, non solvantur.—4 Idem Vet. collecto.—5 Chiffi. attingat.

CAP. VII. 1 Chiffi. adipe vero ursino.

CAP. VIII. 1 Chiffi. ex utralibus ex parte.

CAP. IX. 1 Oculis cod. Dalec. Callis Guill.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Ulceras*] *Ulceras vetera malignosque abscessus cum thure mollit*, inquit Diosc. loc. cit. *Σὺν λιβανωτῶ δὲ ἔλκη παλαιὰ καὶ κακῆθεις ἀποστάσεις μαλάσσει.*

<sup>1</sup> *Roboris pilulæ*] Iisdem verbis Marcellus Empir. cap. 6. p. 46. Q. Serenus cap. 9. 'de fluore capillorum,' pag. 130. 'Roboreasve pilas ursino jungito sevo,' &c.

<sup>m</sup> *Suberis cortex*] Q. Serenus cap. 35. p. 148. 'Sed quacumque fluit vis immoderata cruoris, Subereus cortex calidis potatur in undis, Ante minutatim, studio vincente, terendus.'

<sup>n</sup> *Ex utralibet parte*] Hoc est, sive e vulva profluat, sive e naribus.

<sup>o</sup> *Ejusdem cinis*] Q. Serenus cap.

22. 'de rejectione sanguinis restringenda,' pag. 139. 'Uritur interdum raptus de subere cortex, Et cinis ex calido prodest epota Lyæo.' Sic enim legi hunc locum oportere ex Plinio liquet: non 'de robore cortex: Et cinis Italico.'

<sup>p</sup> *Fagi folia*] Plinius Valer. 1. 29. et Marcellus Empir. cap. 9. p. 88.

<sup>q</sup> *Calculis*] Ita Reg. 2. codex, alique. In Reg. 2. *Cauculis*: unde quidam *oculis* legi malunt, cum Hieron. Mercuriali: *callis* alii, cum Guilandino. Alii *calyculis*: nos *calculis* malumus.

<sup>r</sup> *Item cum melle*] Marcellus Empir. cap. 6. pag. 46. et Plinius Valer. 1. 6.

x. Cupressi folia trita serpentium ictibus imponuntur: <sup>a</sup> et capiti cum polenta, si a Sole doleat: item ramici: <sup>b</sup> qua de causa et bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum <sup>c</sup> denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis, <sup>d</sup> et e vino amineo <sup>e</sup> subacta, pedum ac nervorum dolores sedant. Pilulæ adversus <sup>f</sup> serpentum ictus bibuntur, aut si ejiciatur <sup>g</sup> sanguis: collectionibus illinuntur. Ramici quoque <sup>h</sup> teneræ tusæ cum axungia et lomento prosunt. Bibuntur <sup>i</sup> ex eadem causa. Parotidi et strumæ cum farina imponuntur. Ex-

CAP. X. 1 Chiffi. serpentibus imponuntur.—2 Idem codex, aminen.—3 Cod.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Et capiti*] Marcellus Empir. c. 1. p. 35. 'Si de Sole capnt doleat, cupressi folia contrita, cum polenta de hordeo, vel amygdalis, et succo portulacæ, fronti illinuntur.'

<sup>b</sup> *Item ramici*] Q. Sereus c. 37. p. 149. 'Ramicis immensum fertur cohibere tumorem Far madidum lymphæ, et ferali fronde cupressi: Unde etiam potu frons hæc memoratur amica.' Adde Diosc. I. 102. *στέλλει δὲ τὰ σφαιρία καὶ ἐντεροκῆλας καταπλασθέντα.* Et sic imponi hydropticis ex axungia jubet Theod. Priscianus II. 2. 19.

<sup>c</sup> *Capillum*] Diosc. I. 102. Marcellus Empir. c. 7. p. 48. et Plinius Valer. I. 7. Q. Serenus carmine satis eleganti, c. 5. p. 127. 'Quos pudet ætatis longæ, quos longa senectus Offendit, cupiunt properos abscondere canos, Et nigrum crinem fuco simulare doloso, His prodest acri contrita cpressus aceto, Vel frons lentisci, vel tristia poma sabuci.'

<sup>d</sup> *Eadem trita . . . panis mollis*] Teneri, et adhuc calentis. Q. Serenus cap. 43. 'de podagra depellenda,' p. 153. 'Aut si corruptus persederit altius humor, Trita cpressus ibi Baccho jungetur acerbo, Panibus et te-

neris.' Et c. 55. p. 159. 'Si vero occultus nervos dolor urit inertes, Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupressi, Quo poteris fotu recreare rigentia membra.' Non, ut Pithæi codex, 'Quo poteris potu.'

<sup>e</sup> *Vino amineo*] Pro vino axungiam Marcellus Empiricus adhibet c. 36. p. 246. 'Folia cupressi contrita,' inquit, 'cum panis mollis partibus duabus, et axungia vetere subacta, medentur doloribus podagræ.'

<sup>f</sup> *Pilulæ adversus*] Nicander in Theriac. p. 43.

<sup>g</sup> *Aut si ejiciatur*] Si sanguis ore rejiciatur, ἀρμόζει πρὸς αἵματος ἀναγωγήν, inquit Dioscor. I. 103.

<sup>h</sup> *Ramici quoque*] Dioscor. I. 102. *Στέλλει δὲ καὶ ἐντεροκῆλας καταπλασθέντα.* Galenus de Facult. Medic. lib. VII. pag. 200. Plinius Valer. II. 42. et Marcellus Empir. cap. 33. pag. 229.

<sup>i</sup> *Bibuntur*] Marcellus Empiricus c. 33. p. 228. 'Pilulas cpressi virides ex vino vetere ad tertias decoque, et cyathos binos quotidie jejuno herioso potui dato: tum folia ejusdem trita testiculis imposito: mire proderis.'

primitur succus tisis cum semine, qui mixtus<sup>3</sup> oleo caliginem oculorum aufert. Item Victoriati pondere in vino potus illitusque cum fico sicca pingui, exemtis granis, vitia testium sanat, tumores discutit: et cum fermento strumas. Radix cum foliis<sup>j</sup> trita potaque vesicæ et stranguriæ medetur: et contra phalangia.<sup>k</sup> Ramenta pota menses cient, scorpionum ictibus adversantur.

XI. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur,<sup>l</sup> dentium doloribus<sup>m</sup> utilissimam. Frangit enim<sup>n</sup> eos et extrahit: dolores sedat. Cedri succus ex ea<sup>o</sup> quomodo fieret, diximus, magni ad lumina<sup>p</sup> usus, ni capiti<sup>q</sup> dolorem inferret. Defuncta<sup>q</sup> corpora in-

Dalec. miste.

CAP. XI. I Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

<sup>j</sup> Radix cum foliis] Marcellus Empir. c. 26. p. 180. et Q. Serenus c. 33. p. 146. Diosc. loc. cit. Τὰ φύλλα ποθέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης ὀλίγης κύστει βευματιζομένη καὶ δυσουρίας βοηθεῖ.

<sup>k</sup> Contra phalangia] Marcellus Empir. c. 17. p. 124.

<sup>l</sup> Quæ cedria vocatur] Diosc. I. 105. Κέδρος, δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται. Cedriam alii gummi alii lacrymam, et unguentum vocant. Matthæus Silvaticus: 'Cedria, id est, gummi cedri.' Joan. de Janua: 'Cedria a cedrus, hæc cedria: unguentum factum, quo asseres liniti non putrescunt, vel tempore, vel verme.' Et verbo 'Cedrus: 'Hujus arboris gummi, sive lacryma, dicitur cedria, quæ ad conservationem librorum summe est necessaria. Nam libri ex hac lacryma liniti nec a tineis corroduntur, nec tempore senescunt.' Picem hoc loco Plinius pro resina dixit, quam cedrus fundit crassiorem, ut idem admonuit, XIV. 25.

<sup>m</sup> Dentium doloribus] Scribonius

Largus Compos. 58. 'Item proderit motis dentibus hoc medicamentum: aceti acerrimi sextarius unus semis, cedriæ veræ, ne habeat picis aliquam mixturam, henina . . . Hoc medicamento si quis ter in mense dentes fricuerit, dolorem eorum non experietur.'

<sup>n</sup> Frangit enim] Diosc. I. 105.

<sup>o</sup> Cedri succus ex ea] Cedri succus cedrium est, quod ex cedro prinium fluit, dum ad conficiendam picem comburitur, ut dictum est, XVI. 21.

<sup>p</sup> Magni ad lumina] Ad candelas videlicet unguendas, quæ e scirpis fiebant: 'Nam e scirpis detracto cortice, candelæ luminibus serviebant,' inquit Plinius XVI. 70. Sic lib. XVI. 19. 'tæda lumini sacrorum grata' dicitur, hoc est, ad lustrales faeces. Nec Pintianum audio, qui lumina hoc loco de oculis accipit: quoniam oculis inunctam cedriam Dioscor. loc. cit. ait conciliare claritatem.

<sup>q</sup> Defuncta] Hæc totidem verbis Diosc. I. 105. Vide quæ diximus, XVI. 21.

corrupta ævis servat, viventia corrumpit: mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctisque<sup>2</sup> pro vita sit. Vestes quoque<sup>r</sup> corrumpit, et animalia<sup>s</sup> necat. Ob hæc<sup>3</sup> non censeam<sup>t</sup> in anginis hoc remedio utendum: neque in cruditatibus, quod suasere aliqui, gustu.<sup>4</sup> Dentes quoque colluere ex aceto in dolore timuerim,<sup>u</sup> vel gravitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est, quod tradunt, abortivum fieri in Venere, ante perfusa<sup>v</sup> virilitate. Phthiriasis<sup>5 w</sup> perungere eo non dubitaverim, item<sup>6</sup> porrigines.<sup>x</sup> Suadent<sup>y</sup> et contra venenum leporis marini bibere in passo. Facilius<sup>z</sup> in elephantiasi illinunt.<sup>7</sup> Et ulcera sordida et ex-

~~~~~

recentt. *capitis* edd. vett. et Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *defunctis* Gronov. et vulgg.—3 ‘Ita codd. Regg. 1. 2.’ Brotier. *Ob hoc* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt.—4 Vet. Dalec. *gustandum*.—5 ‘In Mss. Reg. 1. 2. 5. et Editione principe, *ptiriasis*. Inde forte legendum, *pityriasis*. Nam pityriasis et porrigo morbus est capitis furfuraceus, in parte capillata vulgaris. Huic morbo sanando utilis cedria. Utilis quoque est adversus phthiriasis, seu pediculares morbos.’ Brotier.—6 *Itemque* Gronov. et al. ante Harduin.—7 ‘Sic fuit emendandum e cod. Reg. 1. licet corrupte habeat, *si illinant*.’ Brotier. *illinant* codd. Dalec. et Chiffi. *illinatur* edd. vett. et Gronov. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Vestes quoque*] Dioscor. loc. cit. Καὶ ἱμάτια δὲ καὶ δερμάτια φθείρει, διὰ τὸ θερμαίνειν ἐπιτεταμένως, καὶ ξηραίνειν. *Vestes quoque pellesque corrumpit: eo quod vehementius calfaciat, et exsiccat.*

<sup>s</sup> *Et animalia*] Lentes, pediculos, lumbricos, tineas. Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Ob hæc non censeam*] At censet intrepide Diosc. loc. cit. Συναγκικῶν δὲ περιχριστός ἐστι, καὶ παρισθμίων φλεγμοναῖς βοηθεῖ. *Anginosi quoque ea perunguntur: et tonsillarum inflammationibus auxilio est.*

<sup>u</sup> *Dentes quoque . . . timuerim*] Non timet Diosc. loc. cit. aut dentibus, aut auribus instillare. Σὺν ὄξει διακλυζομένη σκώληκας τοὺς ἐν ὠσὶ κτείνει ἤχους τε καὶ συριγμοὺς παύει, κ. τ. λ. Dioscoridem, ut fere solet, sequitur Galeenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag.

187. Nec dentibus timet Marcellus Empir. c. 12. p. 91. Scribonium secutus antea laudatum.

<sup>v</sup> *Ante perfusa*] Si cedri succo antea virilia perfundantur. Dioscor. loc. cit. Περιχρισθεῖσα δὲ αἰδοῖα πρὸ τῆς συνουσίας, ἀτόκιόν ἐστι. *Genitali ante coitum circumlita conceptionem impedit.* Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vii. p. 187.

<sup>w</sup> *Phthiriasis*] Dioscor. loc. cit. Φθείρας δὲ καὶ κονίδας φθείρει περιχρισθεῖσα. *Pediculos ac lentes illitu enecat.* Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>x</sup> *Item porrigines*] Q. Serenus cap. 4. 127. inter remedia porrigini depellendæ: ‘Et prodest cedro demissus ab arbore succus.’

<sup>y</sup> *Suadent*] Diosc. totidem verbis loc. cit. Πρὸς τε λαγῶου θαλασσίου πόσιν σὺν γλυκεῖ λαμβανομένη βοηθεῖ.

<sup>z</sup> *Facilius*] Diosc. loc. cit. Ὠφέλει

crescentia in iis auctores quidam, et oculorum albugines<sup>a</sup> caliginesque, inunxere eo: et contra pulmonis ulcera cyathum ejus sorbere<sup>8</sup> jusserunt: <sup>b</sup> item adversus tænias.<sup>9</sup> Fit ex eo<sup>10c</sup> et oleum, quod pisselæon<sup>d</sup> vocant, vehementioris ad omnia eadem usus. Cedri scobe<sup>e</sup> serpentes fugari certum est: item baccis<sup>f</sup> tritis cum oleo, si qui perungantur.

XII. Cedrides,<sup>g</sup> hoc est, fructus cedri<sup>1</sup> tussim<sup>h</sup> sanant, urinam cient, alvum sistunt: utiles ruptis, convulsis, spasticis, stranguriæ, vulvis, admoti:<sup>2i</sup> contra lepores marinos,



—8 Chiff. sorberi.—9 Gronov. *tineas*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *lumbricas et ascaridas*, e Diosc.—10 Vet. Dalec. *ex ea*, sub. 'cedria.' Mox, pro *pisselæon*, Vet. Dalec. *cedrelæon*. Alii vett. ap. Dalec. *oleum ut et quod pisselæon*.

CAP. XII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *oxycedri*.—2 Cod. Dalec. *poti*.

#### NOTÆ

καὶ ἐλεφαντιῶνας. Q. Serenus c. 11. 'de elephantiasi propellenda,' p. 130. 'Huic erit adversus cedri de cortice succus, Mustelæque cinis, vel sanguis fusus ab illa.' Adde et Marcelum Empir. c. 19. p. 130.

<sup>a</sup> *Et oculorum albugines*] Dioscor. loc. cit. Εὐθετεῖ δὲ εἰς τε ὀφθαλμικὰ ὀξυδορκῆς οὖσα ἐγχοριόμηνη, καὶ λευκάματα, καὶ οὐλὰς σμήχει.

<sup>b</sup> *Et contra pulmonis . . . jusserunt*] Jubet Dioscor. totidem verbis loc. cit. et contra pulmonis ulcera, et adversus tænias, sive tineas, hoc est, teretes ventris lumbricos.

<sup>c</sup> *Fit ex eo*] E cedri succo, sive e cedria. Diosc. 1. 105. Γίνεται καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς (κεδρίας) χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας . . . ὡς ἐπὶ τῆς πίσης. *Fit et e cedria oleum, quod ab ea separatur . . . ut de pice dictum est.* Id nempe quod pinguisimum, et apprime oleosum, suspensus supra cedriam, dum coquitur, lanis excipitur, colligiturque, ut ait Galenus loc. cit.

<sup>d</sup> *Quod pisselæon*] Sic appellatur iterum xv. 7. et xxv. 22. Nempe initio hujus cap. docuit cedrum dare pi-

cem quæ cedria vocaretur: quam obrem quod ex ea extraheretur oleum, recte voce ex utroque conflata *πισσέλαιον* nuncupavit. Frustra sunt, qui Mss. invitis, *cedrelæon* substituunt. Sic *πισσέλαιον* picis florem appellat Scribonius Largus Compos. 40. 'id nempe quod excipitur, dum ea coquitur, Iana superposita ejus vaporibus.'

<sup>e</sup> *Cedri scobe*] Nicander in Theriac. p. 4. et 7.

<sup>f</sup> *Item baccis*] Cedri fructu: quo si perungitur corpus cum cervi adipe seu medulla, fugari serpentes eo et Diosc. fatetur, loc. cit. Διώκουσι καὶ θηρία χοριόμενου τοῦ σώματος σὺν ἐλαφείῳ στέατι ἢ μυελῷ.

<sup>g</sup> *Cedrides*] Diosc. 1. 105. Κεδρίδες δὲ καλοῦνται οἱ ἐξ αὐτῆς (κεδρου) καρποί. Galenus quoque de Fac. Simp. Med. 1. vii. p. 187. Αἱ δὲ κεδρίδες, οὕτω γὰρ ὀνομάζουσιν τὸν καρπὸν τῆς κέδρου, κ. τ. λ.

<sup>h</sup> *Tussim*] Dioscor. loc. cit. Βοηθοῦσι δὲ βηξί, σπάσμασι, ῥήγμασι, στραγγουρίαις.

<sup>i</sup> *Admoti*] Appositu. Vide Notas et Emend. num. 3.

eademque quæ supra:<sup>j</sup> collectionibus, inflammationibusque.<sup>3</sup>

XIII. De galbano<sup>k</sup> diximus. Neque humidum<sup>l</sup> neque aridum probatur, sed quale docuimus. Per se bibitur<sup>m</sup> ad tussim veterem, suspiria, rupta, convulsa. Imponitur<sup>n</sup> ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori ab ossibus recedenti,<sup>1</sup> strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. Illinitur et cum melle capitis ulceribus. Purulentis<sup>o</sup> infunditur auribus cum rosaceo aut nardo. Odore comitialibus<sup>p</sup> subvenit, et vulva strangulante, et in stomachi<sup>2</sup> defectu. Abortus<sup>q</sup> non exeuntes trahit appositu vel suffitu: item ramis<sup>3</sup> hellebori circumlitum atque subjectum. Serpentes nidore urentium<sup>4</sup> fugari diximus.<sup>r</sup> Fugiunt<sup>s</sup> et perunctos galbano. Medetur et a scorpione percussis. Bibitur et in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho: vulvasque conversas corrigit. Cum myrrha<sup>t</sup> autem et in vino mortuos partus extrahit. Adversatur<sup>u</sup> et venenis, maxime toxicis, cum myrrha, et in vino.<sup>5</sup> Serpentes<sup>v</sup> oleo et spondylio mixto tactu necat. Nocere<sup>w</sup> urinæ existimatur.



—3 Vet. Dalec. *inflammationibusque admoti.*

CAP. XIII. 1 Cod. Dalec. *et ossibus recedentibus.*—2 Idem codex, *vel stomachi*; alter codex ap. eund. *vel in stomachi.*—3 Cod. Dalec. *item ramo.*—4 Vet. Dalec. *usti.*—5 Margo edd. Dalec. *et Gronov. et acetæ*, e Diosc.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Eademque quæ supra*] Hoc est, ad eadem quibus utilem esse cedriæ succum sup. cap. dictum est.

<sup>k</sup> *De galbano*] Lib. XII. c. 57.

<sup>l</sup> *Neque humidum*] Totidem verbis Dioscor. III. 97.

<sup>m</sup> *Per se bibitur*] Diosc. Καταπλεται δὲ πρὸς παλαιὰν βήχα, δύσπνοιαν ἕσθματα, βήγματα, σπῆσματα.

<sup>n</sup> *Imponitur*] Diosc. loc. cit. de laterum dentiumque doloribus, et de furunculis. De panis, Marcellus Empir. c. 32. p. 224. et Plinius Valer. III. 27. De strumis, idem Marcellus cap. 15. pag. 107. et Plinius Valer. I. 13.

<sup>o</sup> *Purulentis*] Marcellus Empir. c. 9. p. 75. et 81. Item Theod. Priscianus I. 8. 'de aurium cansatione.'

<sup>p</sup> *Odore comitialibus*] Conitiales enim odore excitat, uti et lethargicos: quod et Celsus testatur, III. 20. De comitialibus, fæminisque, quas vulva strangulat, subscribit Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Abortus*] Dioscor. loc. cit.

<sup>r</sup> *Serpentes . . . diximus*] Lib. XII. c. 57.

<sup>s</sup> *Fugiunt*] Dioscor. loco citato.

<sup>t</sup> *Cum myrrha*] Dioscor. loco cit.

<sup>u</sup> *Adversatur*] Diosc. loc. cit. ex

XIV. (VI.) Similis<sup>a</sup> Hammoniacy natura atque lacrymæ, probandæ, ut diximus: <sup>1</sup> mollit,<sup>b</sup> calfacit, discutit, dissolvit. Claritati visus in collyriis convenit. Pruritus, cicatrices, albugines<sup>c</sup> oculorum tollit. Dentium dolores sedat, efficacius accensum. Prodest dyspnoicis,<sup>d</sup> pleuriticis, pulmonibus, vesicis, urinæ cruentæ, lieni, ischiadicis potum. Sic et alvum solvit. Articulis et podagræ cum pari pondere picis aut ceræ et rosaceo coctum. Maturat panos, extrahit clavos cum melle. Sic et duritias emollit. Lienium cum aceto et cera Cypria, vel rosaceo, efficacissime imponitur. Lassitudines perungi cum aceto et oleo,<sup>e</sup> exiguoque nitro, utile.<sup>2</sup>

XV. Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposuimus.<sup>f</sup> Placet, præter illa quæ diximus, maxime pinguis, purus, albicantibus fragmentis.<sup>g</sup> Medetur tussi,<sup>h</sup> faucibus, pectoris vitiiis, vulvæ præclusæ, duritie<sup>i</sup> laboranti. Ciet menses<sup>i</sup> potu, apposituve, alvum mollit. In-

CAP. XIV. 1 Vet. Dalec. *probandæ ratio ut diximus.*—2 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. *utile est* edd. ante Brotier. *nitro et cyprino oleo utile est* margo edd. Dalec. et Gronov.

## NOTE

aceto: *σὺν ὄξει καὶ σμύρῃ ποθεῖσα ἀντιπάσχει καὶ τοξικῶ.*

<sup>v</sup> *Serpentes*] Dioscor. ad verbum loc. cit.

<sup>w</sup> *Nocere*] Immo prodesse, si Dioscoridi fides. *Δοκεῖ δὲ καὶ δυσουρίαν ποιεῖν.* Sed ibi legendum *δυσουρίαν ποιεῖν*, contraria plane sententia, ex Serapione, alii ante nos viderunt.

<sup>a</sup> *Similis*] Similis, inquit, Hammoniacy natura est galbano, similisque natura lacrymæ, cujus probatio fieri debet eo pacto quo dictum est XII. 49.

<sup>b</sup> *Mollit*] Hæc quoque Diosc. I. 98.

<sup>c</sup> *Albugines*] Diosc. loc. cit. *Σμύχει δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς λευκώματα.* Theod. Priscianus I. 10. 'de oculorum causis: 'Nam et lactenti suo mater guttam Hammoniacy mastican-

do, et exhalando, albos oculi... sæpius permundavit.'

<sup>d</sup> *Prodest dyspnoicis*] Reliquæ deinceps Hammoniacy medicinæ totidem fere verbis extant apud Diosc. loc. cit.

<sup>e</sup> *Lassitudines... cum aceto et oleo*] Oleum cyprinum Dioscorides desiderat loc. cit.

<sup>f</sup> *Et styracis... exposuimus*] Lib. XII. c. 55.

<sup>g</sup> *Albicantibus fragmentis*] Micis grumise. Diosc. I. 79. *Θρόμβους ἔχων ὑπολείκους.*

<sup>h</sup> *Medetur tussi*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. I. VIII. p. 232.

<sup>i</sup> *Ciet menses*] Ad verbum Diosc. et Galenus locis cit.

venio potu modico tristitiam animi resolvi, largiore contrahi. Sonitus aurium emendat infusum: strumas illitum,<sup>j</sup> nervorumque nodos. Adversatur venenis, quæ frigore nocent: ideo et cicutæ.<sup>j</sup>

XVI. Spondylion<sup>k</sup> una demonstratum, infunditur<sup>l</sup> capitibus phreneticorum, et lethargicorum: item capitis doloribus longis. Cum oleo<sup>m</sup> vetere bibitur, et in jocinerum vitiiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vulvarum strangulatione: quibus et suffitu prodest. Alvum<sup>n</sup> mollit. Illinitur<sup>o</sup> ulceribus quæ serpunt<sup>r</sup> cum ruta. Flos<sup>p</sup> auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed succus cum exprimitur, integendus est, quoniam mire appetitur a muscis et similibus. Radix derasa,<sup>q</sup> et in fistulas conjecta, calium earum erodit. Auribus<sup>r</sup> quoque instillatur cum succo. Datur et ipsa<sup>s</sup> contra morbum regium, et in jocineris vitio, et vulvarum. Capillo scripsos facit peruncto capite.

XVII. Sphagnos,<sup>t</sup> sive sphacos, sive bryon, et in Gallia,

//////////

CAP. XV. 1 Chiff. *duritiave*.—2 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Miller. *infusus: strumas illitu* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *infusus: strumas illitus* Vet. Dalec.

CAP. XVI. 1 'Ita codd. Regg. 2. 5. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiff. *ulceribus serpentibus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recent.

CAP. XVII. 1 *Splachnos margo* edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Ita

#### NOTE

<sup>j</sup> *Ideo et cicutæ*] Hausto cicutæ veneno resistere styracem e vino potum scribit Diosc. *Εὐπορ.* II. 142.

<sup>k</sup> *Spondylion*] Lib. XII. cap. 58.

<sup>l</sup> *Infunditur*] Plinius Valer. III. 7. et 9. Dioscor. quoque totidem plane verbis, III. 90.

<sup>m</sup> *Cum oleo*] Diosc. locis cit. ad verbum, et Galenus loc. cit. p. 233.

<sup>n</sup> *Alvum*] Diosc. loc. cit.

<sup>o</sup> *Illinitur*] Plinius Valer. III. 22. et Dioscor. ad verbum, loc. cit.

<sup>p</sup> *Flos*] Hoc est, flos tritus, seu floris succus. Diosc. loc. cit. Τοῦ δὲ ἀνθους χλωροῦ ὁ χυλὸς πρὸς εἰλκωμένα ἄτα

καὶ πνοῦρόντα ἀρμόζει. Exscripsit hæc quoque Galenus, loc. cit.

<sup>q</sup> *Radix derasa*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Auribus*] Diosc. loc. cit.

<sup>s</sup> *Datur et ipsa*] Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> *Sphagnos . . . ut indicavimus*] Lib. XII. c. 50.

<sup>u</sup> *Vulvis decocto*] Diosc. I. 20. Ποιοῦν πρὸς τὰ περιμήτραν ἐν ἀφεψήματι εἰς ἐγκάθισμα. *Facit decoctus insessu ad vulvæ affectiones.*

<sup>v</sup> *Et contra difficultatem*] Diosc. I. 91. et Galenus de Fac. Simp. Med. I. VIII. p. 234.



ut indicavimus,<sup>t</sup> nascitur, vulvis decocto<sup>u</sup> insidentium utilis: item genibus et feminum tumoribus, mixtus nasturtio, et aqua salsa tritus. Cum vino autem ac resina<sup>2</sup> sicca potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cum vino et juniperis tritus ac potus.<sup>3</sup>

XVIII. Terebinthi folia et radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino, et contra difficultatem<sup>a</sup> urinæ. Ventrem leniter emollit. Venerem<sup>b</sup> excitat.

XIX. Piceæ, et laricis<sup>c</sup> folia<sup>t</sup> trita, et in aceto decocta, dentium dolori prosunt. Cinis corticum<sup>2d</sup> intertrigini et ambustis. Potus<sup>o</sup> alvum sistit, urinam movet. Suffitu<sup>f</sup> vulvas corrigit. Piceæ<sup>3</sup> folia<sup>g</sup> privatim jocineri utilia sunt, drachmæ pondere in aqua mulsa<sup>4</sup> pota. Sylvas eas<sup>h</sup> duntaxat, quæ picis resinæque gratia radantur,<sup>5</sup> utilissimas esse phthisicis, aut qui longa ægitudine non recolligant<sup>6</sup> vires, satis constat: et illum cœli aëra plus ita, quam navigationem<sup>i</sup> Ægyptiam, proficere, plus quam lactis herbidos<sup>j</sup> per montium<sup>7</sup> æstiva potus.

codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cum vino ac resina* Gronov. et vulgg.—3 *Ita Chiff. cum vino et juniperis tritus et potus* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum vino et junipero tritus et potus* edd. vett. et Gronov.

CAP. XIX. 1 *Pini et piceæ folia* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 *Cortex tritus et inspersus* ibid. ex eodem.—3 *Pini* ibid. ex eodem.—4 *Ibid.* ex eodem, *aqua vel mulsa*.—5 Dalec. *raduntur*.—6 *Idem, recolligunt*.—7 *Vet. Dalec. lactis per herbidorum montium.*

## NOTE

<sup>b</sup> *Venerem*] Dioscor. loc. cit. Ἔστι δὲ ἕριστος πρὸς ἀφροδίσια.

<sup>c</sup> *Piceæ, et laricis*] Πίτυος et πεύκης, quas pinum et laricem Plinius fere reddit, easdem esse dotes Dioscorides asseverat, 1. 86. Sunt nempe pinus, picea, pinaster, congeneres arbores, quibus et cognatæ vires: quin et ea nomina sæpe promiscue a bonis auctoribus permutantur. Vide Saracenum in Notis ad Dioscor. 1. 87. p. 15.

<sup>d</sup> *Cinis corticum*] Ramenta corticum. Dioscor. 1. 86. Ἀρμόζων (φλοιὸς) πρὸς τε παρατρίμματα λείως καταπλασ-

όμενος, καὶ πρὸς τὰ κεκαυμένα. *Cortex tritus et inspersus ad intertrigines et ambusta confert.*

<sup>e</sup> *Polus*] Diosc. loc. cit. Κοιλίαν τε ποθὲς ἐφίστησι, καὶ οὖρα κινεῖ.

<sup>f</sup> *Suffitu*] Vulvas conversas emendat. Suffitu partus et secundas ejicere Diosc. ait, loc. cit.

<sup>g</sup> *Piceæ folia*] Hoc Diosc. loc. cit. de foliis πεύκης ac πίτυος.

<sup>h</sup> *Sylvas eas*] Fere ad verbum hæc Marcellus Empir. c. 16. p. 119. et Plinius Valer. 1. 61.

<sup>i</sup> *Navigationem*] De ea dicemus

XX. Chamæpitys<sup>k</sup> Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ: cubitalibus ramis, flore pinus et odore.<sup>1</sup> Altera brevior,<sup>2</sup> et incurvæ similis. Tertia eodem odore,<sup>m</sup> et ideo nomine quoque, parvula, cauliculo digitali,<sup>3</sup> foliis scabris, exilibus, albis, in petris nascens. Omnes herbæ, sed propter cognationem<sup>n</sup> nominis non differendæ. Prosunt adversus scorpionum ictus. Item jocineri<sup>o</sup> illitæ cum palmis, aut cotoneis. Renibus<sup>p</sup> et vesicæ decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoque<sup>q</sup> regio, et urinæ difficultatibus, ex aqua decoctæ bibuntur. Novissima contra serpentes valet cum melle. Sic et apposita vulvas purgat. Sanguinem densatum<sup>r</sup> ex-

~~~~~

CAP. XX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flore tenui, candido, vel luteo, et pinus odore*, e Diosc.—2 Vet. Dalec. *levior*.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. In recentioribus, *cauliculo crassitudine digitali*.' Brotier. *parvula, cauliculo crassitudine digitali* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *parvula, coliculo digi-*

#### NOTÆ

xxx1. 33.

<sup>1</sup> *Lactis herbidos*] Lactis ex herbis virentibus et vegetis geniti.

<sup>k</sup> *Chamæpitys*] Apuleius cap. 26. 'Græci chamæpityn, Itali abigam, alii cupressum nigram,' &c. Hæc prima Chamæpitys Lobelii est, in Observ. pag. 208. eademque Matthioli Chamæpitys altera, pag. 941. Dodonæi tertia, pag. 46. Pro *abiga* libri quidam *ajuga* perperam exhibent.

<sup>1</sup> *Altera brevior*] Chamæpitys altera Lobelii, pag. 209. et Dodonæi, pag. 46. Hanc quoque Diosc. III. 176. ait esse ramis cubitalibus in speciem ancoræ incurvatis, ἀγκυροειδείς.

<sup>m</sup> *Tertia eodem odore*] Nempæ odore pinus. Sic Diosc. loc. cit. Καὶ τρίτη τίς ἐστὶν ἄρβην καλουμένη . . . ὕξει δὲ καὶ τοῦτο πίτυος. Pingitur a Lobelio in Observ. pag. 207. sub *Ajugæ* nomine. A Dodonæo pag. 46. a quo chamæpitys prima appellatur. *Juam Galli* vocant, cognomento *Arteticam*.

Subscribit Anguillara par. XIII. pag. 244. Chamæpitys officinarum et a Dioscoridis Pliniique delineatione abest, et indigna prorsus quæ iis generibus annumeretur, cum nullo sit pinus odore, ut Ruellius animadvertit III. 75. pag. 576.

<sup>n</sup> *Sed propter cognationem*] Propter affinitatem nominis cum picea, de qua cap. proximo dictum est: est enim Theophrasto, quem fere Plinius sequitur, picea *πίτυς*, ut diximus: quare de chamæpity ex occasione disserit.

<sup>o</sup> *Item jocineri*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 241.

<sup>p</sup> *Renibus*] Diosc. III. 175. Marcellus Empiricus c. 26. p. 178.

<sup>q</sup> *Morbo quoque*] Diosc. et Galenus locis cit.

<sup>r</sup> *Sanguinem densatum*] Sive conglobatum, ut dictum cap. 27. et 28. quod in præcipitatis potissimum evenit.

trahit pota. Sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus utilis. Fiunt ex ea<sup>s</sup> et hydropicis pilulæ, cum fico<sup>4</sup> alvum trahentes. Lumborum<sup>t</sup> dolorem<sup>s</sup> Victoriati<sup>u</sup> pondere in vino finit, et tussim recentem. Mortuos partus, ex aceto cocta, et pota,<sup>6</sup> ejicere protinus dicitur.

XXI. Cum honore et pityusa simili de causa<sup>a</sup> dicitur, quam quidam in tithymali genere numerant. Frutex est<sup>b</sup> similis piceæ,<sup>1</sup> flore parvo purpureo.<sup>2</sup> Bilem<sup>c</sup> et pituitam per alvum detrahit radix, decocti hemina: aut seminis ligula<sup>3</sup> in balanis.<sup>d</sup> Folia in aceto decocta furfures cutis<sup>4</sup>

*tali* Chiff. *parvulo cauliculo, crassitudine digitali* edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ficu* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. *Lumborum quoque dolorem* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *potaque* Gronov. et vulgg.

CAP. XXI. 1 *Foliis piceæ* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 *Ibid.* ex eodem, *veluti purpureo.*—3 Gronov. Harduin. et al. *ligula.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *drachma.* *Succi farina excepti cochleor in catapotio datur e Diosc. in balneis* Vet. Dalec. *cum phænicobalanis* alii vett. ap. Dalec.—4 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *capitis,* e Diosc.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Fiunt ex ea*] Diosc. loc. cit. *Λεανθείσα δὲ σὺν σύκοις, καὶ ἀντὶ καταποτίου διδομένη, μαλάσσει κοιλίαν. Contrita vero cum ficibus, et pilularum instar exhibitā,* (Plinius addit *hydropicis,*) *alvum emollit.*

<sup>1</sup> *Lumborum*] Diosc. et Galenus locis cit. et Marcellus Empir. cap. 25. p. 173.

<sup>u</sup> *Victoriati*] Hoc est, argentei quinarii, dimidiive denarii, vel drachmæ dimidiæ, pondere. Victoriati pondus obolorum trium esse recte Marcellus Empir. statuit cap. 9. p. 78. Nam drachma seu denarius sex obolos efficit, ut diximus lib. XXI. cap. ult. Nota in medicis ponderibus ejusmodi est, Denarius I. Δ. s.

<sup>a</sup> *Cum honore et pityusa simili de causa*] Propter cognitionem nominis cum *piceæ,* quæ *πίτυς,* ut diximus, Theophrasto fuit. Diosc. IV. 166.

*Delph. et Var. Clas.*

*Πιτύουσα . . . εἴδει δοκεῖ διαφέρειν τοῦ κυπαρισσίου τιθυμάλου ὅθεν καὶ εἶδος ἐν αὐτοῖς καταριθμεῖται. Pityusa a cyprissia tithymalo specie differre sola creditur: ideoque in tithymali genere connumeratur. Nunc omnibus herbariis, officinisque, ac recentioribus Medicis Esula nominatur, teste Rællio lib. III. pag. 653. A Dodonæo pingitur, pag. 370.*

<sup>b</sup> *Frutex est*] *Foliis piceæ,* τῆς πίτυος, exiguo flore, ac pæne purpureo, inquit Diosc. locis cit.

<sup>c</sup> *Bilem*] Diosc. loc. cit. *Καθαίρει δὲ κάτω ἢ μὲν ῥίζα < β' ὀλέκη δοθεῖσα σὺν μελικράτῳ τῶν δὲ καρπῶν δ. Purgat per inferna radix, drachmis duabus data in aqua mulsa: semen vero, drachma una. Ita fere et Galenus loc. cit.*

<sup>d</sup> *In balanis*] *Balani* hoc loco non palmulæ videntur esse, ut libro sup. cap. 74. sed glandes quæ in podi-

*Plinius.*

10 N

emendant: mammas quoque mixto rutæ decocto, et tormina, et serpentium ictus, et in totum collectiones incipientes.

XXII. Resinam e supra dictis arboribus gigni docuimus, et genera ejus et nationes in ratione vini,<sup>e</sup> ac postea<sup>f</sup> in arboribus. Summæ species duæ: sicca, et liquida. Sicca e pinu<sup>g</sup> et picea fit: liquida e terebintho, larice, lentisco, cupresso. Nam et eæ ferunt<sup>h</sup> in Asia et Syria.<sup>1</sup> Falluntur qui eandem putant esse e picea atque larice.<sup>i</sup> Picea enim pinguem, et thuris modo<sup>2</sup> succosam fundit: larix gracilem, ac mellei<sup>j</sup> liquoris,<sup>3</sup> virus redolentem. Medici liquida raro utuntur, et in ovo fere: e larice propter<sup>4</sup> tussim ulceraque viscerum: nec pinea magnopere in usu: ceteris non nisi coctis. Et coquendi<sup>k</sup> genera satis demonstravimus.

In arborum<sup>l</sup> differentia placet<sup>5</sup> terebinthina, odoratissima atque levissima: nationum, Cypria et Syriaca: utraque



CAP. XXII. 1 Vet. Dalec. *larice*. Nam *lentiscus et cupressus in Asia ferunt ac Syria*; Gronov. et al. ante Harduin. Nam *eæ, &c.* Chiffi. Nam et hæ. Lectionem nostram ex codd. recepit Harduin.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *odore*, e Diosc.—3 Ibid. ex eodem, *coloris*.—4 Dalec. *ovo, fere e larice, propter*.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *demonstravimus in urb. differen-*

#### NOTÆ

cem induntur manu ad subducendam alvum. Medici 'Suppositoria' nuncupant.

<sup>e</sup> *Resinam . . . docuimus . . . in ratione vini*] Lib. xiv. 25.

<sup>f</sup> *Ac postea*] Lib. xvi. 16. et seqq.

<sup>g</sup> *Sicca e pinu*] Sic auctor libri de Simp. ad Paterno. tom. XIII. operum Galeni, pag. 998. 'Resina sicca,' inquit, 'invenitur circa nuclipinum et pityn,' quæ Theophrasto picea est, ut monuimus: 'alia liquida circa terebintlum, et peucen,' (quæ semper a Plinio larix appellatur,) 'et cupressum, et quæ circa lentiscum, quam aliqui mastichinam esse dicunt, in Chio insula,' &c. Negant tamen alii liquidam e lentisco fundi. Vide Da-

lecampinm Hist. Plant. i. 20. p. 69. Resinam a larice, *λάρικος*, manare liquidam, scribit et Diosc. i. 92.

<sup>h</sup> *Nam et eæ ferunt*] Lentiscus videlicet, et cupressus: illa in insula Asiæ Chio, ista in Syria. Larix enim Italiæ est et Galliarum peculiaris arbos.

<sup>i</sup> *E picea atque larice*] Hoc est, ut cum Theophrasto loquamur, *ἐκ τῆς πίτυος καὶ ἐκ τῆς πεύκης*.

<sup>j</sup> *Ac mellei*] Plinius Valer. xvi. 19. de larice: 'Plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore, atque lentiore, nunquam durescentis.'

<sup>k</sup> *Et coquendi*] Lib. xvi. 22.

<sup>l</sup> *In arborum*] Diosc. i. 91.

mellis Attici colore : sed Cypria carnosior, sicciorque. In sicco genere quærent ut sit candida, pura, perlucida. In omni autem,<sup>m</sup> ut montana potius, quam campestris : item Aquilonia<sup>n</sup> potius, quam ab alio vento. Resolvitur resina ad vulnere usus et malagmata oleo : in potiones,<sup>o</sup> amygdalis amaris. Natura in medendo<sup>p</sup> contrahere vulnera, purgare, discutere collectiones : item pectoris<sup>q</sup> vitia, terebinthina. Illinitur eadem calida membrorum doloribus, spasticisque in Sole. Illinitur et totis<sup>r</sup> corporibus,<sup>6</sup> mangonum maxime cura, ad gracilitatem emendandam, spatiis<sup>s</sup> ita laxantium cutem per singula membra, capacioraque ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinet e lentisco. Inest ei<sup>t</sup> vis et astringendi. Movet<sup>u</sup> et ante ceteras urinam. Reliquæ<sup>v</sup> ventrem molliunt, cruda conco-



tia. *Placet, &c. e Diosc. In resinarum differentia, &c. Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. item pectoris vitia. Terebinthina illinitur : et eadem calida membrorum doloribus, spasticisque illinitur in Sole, totisque corporibus Gronov. et vulgg. contra pect. vitia terebinthina illinitur Vet. Dalec. spasticisque in sole. Evellitur et totis corporibus cod. Dalec. et Chiff. nisi quod habet, Avellitur.*

## NOTÆ

<sup>m</sup> *In omni autem]* Hæc petita a Theophr. Hist. IX. 2.

<sup>n</sup> *Item Aquilonia]* Theophr. loc. cit.

<sup>o</sup> *In potiones]* Si in potiones sumi resina debet, resolvit prius necesse est oleo ex amygdalis amaris confecto.

<sup>p</sup> *Natura in medendo]* Diosc. I. 91. Vide et Theod. Priscianum I. 19.

<sup>q</sup> *Item pectoris]* Diosc. loc. cit. de omni resinarum genere : Βηξιν, inquit, ἀρμόζουσα, καὶ φθίσειν, ἐν ἐκλεκτοῖς καθ' ἐαυτὴν ἢ μετὰ μέλιτος, ἀνακαθαίρουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος. Tussi ac tabi conveniunt in ecligmate per se, aut ex melle : quæque ex pectore educi oportet, expurgant. Alludere huc Plantus videtur in Mercat. I. 2. 27. 'Ac. Tna causa rupi ramices, jamdndum sputo sanguinem. CH. Resinam ex melle Ægyptiam vorato, saluum feceris.' De terebinthina speciatim Marcellus

Empir. cap. 17. p. 123. 'Resina terebinthina devoratur ad magnitudinem fabæ Ægyptiacæ ab eo qui suspirio laborat, vini cyatho supersumto, quæ res magno remedio est.' Item Theod. Priscianus II. 2. 10. 'de empyicis.' Prævit utrique Celsus IV. 4. 'de difficultate spirandi.'

<sup>r</sup> *Illinitur et totis]* Laudat inprimis hoc picationis genus ad gracilitatem corporis emendandam Galenus de Sanitate Tuenda lib. VI. toto cap. 8. p. 174. tom. VI.

<sup>s</sup> *Spatiis]* Laxiores sic faciunt cutis meatus per artus singulos.

<sup>t</sup> *Inest ei]* Dioscor. I. 91.

<sup>u</sup> *Movet]* Dioscor. loc. cit.

<sup>v</sup> *Reliquæ]* Diosc. loc. cit. 'Ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὴ, καὶ πεπτικὴ, κοιλίαν τὲ μαλάσσει . . . βηξιν ἀρμόζουσα, καὶ φθίσειν, κ. τ. λ.'

quunt, tussim veterem sedant, vulvæ onera extrahunt etiam suffitæ. Privatim adversantur visco.<sup>w</sup> Panos, et similia, cum sevo taurino et melle sanant. Palpebras lentiscina commodissime replicat.<sup>x</sup> Fractis quoque<sup>y</sup> utilissima, et auribus purulentis:<sup>z</sup> item in pruritu genitalium. Pineæ capitis vulneribus optime medetur.

XXIII. (VII.) Pix quoque unde et quibus conficeretur modis, indicavimus:<sup>a</sup> et ejus duo genera, spissum, liquidumque. Spissarum utilissima medicinæ Brutia, quoniam pinguissima et resinosissima utrasque præbet utilitates:<sup>b</sup> ob id<sup>c</sup> magis<sup>t</sup> rutila, quam ceteræ. Id enim quod in hoc adjiciunt, e mascula arbore meliorem esse, non arbitror<sup>d</sup> posse intelligi. Picis natura<sup>e</sup> excalfacit, explet.<sup>f</sup> Adversatur<sup>g</sup> privatim cerastæ morsibus cum polenta: item anginæ cum melle,<sup>h</sup> distillationibus et sternutamentis e pituita. Auribus<sup>i</sup> infunditur cum rosaceo: illinitur cum

CAP. XXIII. 1 Vet. Dalec. ob idque magis.—2 Ita ex codd. Harduinus et recent. et sternutamentis. Purulentis auribus Gronov. et al. vett. et st. Pi-

## NOTÆ

<sup>w</sup> Privatim . . . visco] De visco eo diximus, xx. 51.

<sup>x</sup> Palpebras . . . replicat] Hoc est, replet, et pilis ornat. Sic infra cap. 28. 'Mastiche lentisci replicandis palpebris.' Diosc. i. 91. de quavis resina: et cap. 90. de lentiscina: ἔν τε ἀνακολλησεί τριχῶν ἀρμόζει τῶν ἐν βλεφάροις. Ad agglutinandos palpebrarum pilos confert.

<sup>y</sup> Fractis quoque] Auribus scilicet.

<sup>z</sup> Et auribus purulentis] Dioscor. i. 91. Πρὸς τε τὰ ἰχθυορρόοντα ὕδα σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ, καὶ πρὸς κνησμὸν αἰδοίου.

<sup>a</sup> Pix quoque . . . indicavimus] Lib. xiv. c. 25.

<sup>b</sup> Utrasque . . . utilitates] Et picis videlicet et resinæ. Diosc. i. 97. de pice Brutia, δύο φύσεων ἐχομένη, πίσσης ἅμα καὶ δητίνης.

<sup>c</sup> Ob id] Et ad id rutila magis accommodata, quam ceteræ. Diosc.

i. 97.

<sup>d</sup> Non arbitror] Quoniam, etsi in resiniferis arboribus, ipsaque tæda, unde pix coquitur, mas et fœmina secerantur, ut dictum est xvi. 19. in pice tamen notæ discrimen ullum agnoscere hand proclive est.

<sup>e</sup> Picis natura] Diosc. i. 97. et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. viii. p. 220.

<sup>f</sup> Explet] Replet ulcera. Δύναμις δὲ ἔχει πληρωτικὴν ἐλκῶν, Dioscor. loco citato.

<sup>g</sup> Adversatur] Dioscor. i. 94. Πρὸς ἐρπετῶν δῆγματα σὺν ἄλοις λείλοι καταπλασσομένη. Valet ad serpentium morsus cum trito sale adhibita.

<sup>h</sup> Item anginæ cum melle] Plinius Valer. i. 52.

<sup>i</sup> Auribus] Ad aures purulentas cum rosaceo pariter Dioscor. adhibet, loco citato.

cera. Sanat lichenas,<sup>j</sup> alvum solvit, exscreationes<sup>k</sup> pectoris adjuvat ecligmate, aut illita<sup>l</sup> tonsillis cum melle. Sic et ulcera<sup>m</sup> purgat, explet. Cum uva passa, et axungia, carbunculos<sup>n</sup> purgat, et putrescentia ulcera: quæ vero serpunt,<sup>o</sup> cum pineo cortice, aut sulfure.<sup>4o</sup> Phthisicis<sup>o</sup> cyathi mensura<sup>s</sup> quidam dederunt, et contra veterem tussim. Rhagadas<sup>p</sup> sedis et pedum, panosque, et ungues scabros emendat: vulvæ<sup>q</sup> duritias et conversiones odore: item lethargicos.<sup>r</sup> Strumas<sup>s</sup> item cum farina hordeacea et pueri impubis urina decocta ad suppurationem perducit. Et ad alopecias sicca pice<sup>t</sup> utuntur. Ad mulierum mammas Brutia, ex vino suffervefacta cum polline farraceo, quam calidissimis impositis.

XXIV. Liquida pix,<sup>a</sup> oleumque quod pisselæon vocant, quemadmodum fieret, diximus. Quidam iterum<sup>b</sup> decoquunt, et vocant palimpissam. Liquida anginæ perunguntur intus, et uva. Ad aurium dolores,<sup>c</sup> claritatem oculo-

//////////

*tuitis aurium* Vet. Dalec. et *sternutamentis a pituita auribus* Cliff. — 3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recent. *purgat: explet cum uva passa et axungia. Carbunculos* Gronov. et vulgg. *purgat et explet. Cum uva pas. et axungia (melle Diosc.) carbunc. margo* edd. Dalec. et Gronov. — 4 *Ibid. e Diosc. furfure illita.* — 5 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *P. etiam c. mensura* edd. vett. Gronov. Harduin. et recent.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Sanat lichenas*] Dioscor. et Galenus locis citatis.

<sup>k</sup> *Exscreationes*] Dioscor. I. 94. *Δυσανάγωγα τῶν ἐν θώρακι ὑγρῶν, ἐκλειχομένη κυάθου πλήθος μετὰ μέλιτος. Valet ad humores intra pectus contentos, agre exscreabiles, si cyathi mensura cum melle delingatur.*

<sup>l</sup> *Aut illita*] Dioscor. loco citato.

<sup>m</sup> *Sic et ulcera*] Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>n</sup> *Quæ vero serpunt*] Dioscor. I. 94. totidem verbis.

<sup>o</sup> *Phthisicis*] Diosc. loc. cit. et Marcellus Empir. cap. 16. p. 119.

<sup>p</sup> *Rhagadas*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 31. pag. 222. et

Theod. Priscianus I. 29

<sup>q</sup> *Vulvæ*] Diosc. loc. cit.

<sup>r</sup> *Lethargicos*] Celsus III. 20. inter ea quæ lethargicos odore fædo movent picem crudam recenset.

<sup>s</sup> *Strumas*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. et Marcellus Empiricus cap. 15. p. 107.

<sup>t</sup> *Sicca pice*] Liquidam Dioscorides adhibet, I. 95.

<sup>a</sup> *Liquida pix*] De liquida pice XVI. 21. De pisselæo XV. 7.

<sup>b</sup> *Quidam iterum*] Uti dictum est XVI. 22. Diosc. I. 97. *Καλεῖται δὲ ἀτῆ ὑπ' ἐνὶον παλμπισσα*, quasi *pix iterum cocta*.

<sup>c</sup> *Ad aurium dolores*] Picis florem,

rum, oris circumlitiones, suspiriosos, vulvas,<sup>1</sup> tussim veterem, et crebras exscreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralyses, nervorum dolores. Præstantissimum<sup>d</sup> ad canum et jumentorum<sup>2</sup> scabiem.

XXV. Est et pissasphaltos,<sup>1e</sup> mixta bitumini pice naturaliter ex Apolloniatarum<sup>2</sup> agro. Quidam<sup>f</sup> ipsi miscent, præcipuum ad scabiem pecorum remedium, aut si fœtus mammas læserit. Maturum optimum<sup>g</sup> ex eo, quod cum fervet,<sup>3</sup> innatat.

XXVI. Zopissam eradi navibus diximus<sup>h</sup> cera marino sale macerata. Optima hæc a tirocinio<sup>i</sup> navium. Additur<sup>j</sup> autem in malagmata ad discutiendas<sup>1</sup> collectiones.

XXVII. Tæda decocta<sup>1k</sup> in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt.



CAP. XXIV. 1 Chiffli. *suspiriosas vulvas*.—2 Vet. Dalec. *dolores præstantissima, et ad canum jumentorumque*.

CAP. XXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pissasphaltum*, e Diosc.—2 *Apolloniatarum* Chiffli.—3 Vet. Dalec. *aquæ ferventi*.

CAP. XXVI. 1 Vet. Dalec. *et ad discutiendas*.

CAP. XXVII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tædæ decoctæ* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

seu pisselæon, Marcellus Empir. cap. 9. p. 76. auribus purulentis instillat. Scribonius Largus multo ante, cap. 5. 'ad aurium dolorem,' Compos. 40. 'Sed præcipue picis flos, quod *πισσέλαιον* appellant... dolores sedat, et fere non patitur suppurationem fieri... Florem picis autem appello, quod excipitur, dum ea coquitur, lana superposita ejus vapor.'

<sup>d</sup> *Præstantissimum*] Dioscor. 1. 95. et Auctor Geopon. xvii. 24. p. 446.

<sup>e</sup> *Est et pissasphaltos*] Ea vox conflata ex bitumine ac pice naturam significat: sive naturaliter sic ex utroque constet, quod affirmat Brasavolus, in examine terrarum pag. 455. (Plinium ille quidem, ut auctorem libri de Mirab. Auscult. Plinius est secutus;) sive id nomen ei modo inditum, quod picem bitumenque resi-

piat; sive quod cum bitumen sit, crassitie picem æmuletur, ut Dalecampius existimat, post Agricolum de Natura Fossil. lib. iv. pag. 215. Illud quod in Apolloniatarum agro manat, Vitruvius viii. 3. picem appellat: bitumen Ælianus Var. Histor. xiii. 16. *Πισσάσφαλτον* Dioscor. 1. 100.

<sup>f</sup> *Quidam*] Bitumen picis admiscet.

<sup>g</sup> *Maturum optimum*] Mature coctum. Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>h</sup> *Zopissam... diximus*] Lib. xvi. cap. 23.

<sup>i</sup> *A tirocinio*] A nave primum fluctus experta.

<sup>j</sup> *Additur*] Discutiendi, diffundendi, dissipandi viam Dioscorides eidem ascribit: *διαχτυκῆν*, 1. 98.

<sup>k</sup> *Tædæ decoctæ*] Plinius Valer. 1.



XXVIII. Lentisci<sup>1</sup> ex arbore,<sup>1</sup> et semen, et cortex, et lacryma urinam cient, alvum sistunt. Decoctum<sup>m</sup> eorum ulcera quæ serpunt, fotu. Illinitur in humidis,<sup>n</sup> et igni sacro: gingivas colluit.<sup>2</sup> Folia dentibus in dolore atteruntur: mobiles decocto<sup>o</sup> colluuntur. Capillum tinguunt.<sup>3</sup><sup>p</sup> Lacryma<sup>q</sup> sedis vitiis prodest, cum quid sicari exalferive opus sit. Decoctum et e lacryma stomacho utile, ructum et urinam movens: quod et capitis doloribus cum polenta illinitur.<sup>4</sup> Folia tenera<sup>r</sup> oculis inflammatis illinuntur. Item mastiche<sup>s</sup> lentisci replicandis<sup>t</sup> palpebris, et ad



CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Lentisci et arbores* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. sacro. *Et gingivas colluunt.*—3 *Capillum tinguunt*] Non male recentiores editiones. Fronde enim lentisci canos capillos nigrum colorem induere docet Q. Serenus in Carmine. Mss. Reg. et Editio princeps, *capillum tinguunt lacryma.* Brotier. *Capillum tingit lacryma.* Sedis, &c. cod. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduin. et

## NOTÆ

36. 'Ad dentium dolorem:' 'Tædas pingues in assulas concides, et in aceto decoques, idque acetum in ore continebis.'

<sup>1</sup> *Lentisci*] Dioscor. i. 89. exprimi succum ait ex cortice, radice, foliis, qui ad sanguinis rejectionem, ad alvi profluvia, ad urinam ciendam prosit. Sic et Galenus de Fac. Simp. Med. lib. viii. p. 233.

<sup>m</sup> *Decoctum*] Dioscor. loc. cit. de lentisci foliis: Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταπλούμενον τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ. *Decoctum eorum fotu cata replet.* Plinius Valer. iii. 22. 'Aqua, in qua lentiscus decoctus est, ulcera quæ serpunt utiliter foventur.' Totidem verbis Marcellus Empir. cap. 4. p. 42.

<sup>n</sup> *Illinitur in humidis*] Ulceribus, quæ sunt in humido, ut diximus xxii. 19.

<sup>o</sup> *Mobiles decocto*] Plinius Valer. i. 36. Dioscor. i. 89. Ἰσθησι δὲ τὸ ἀφέψημα καὶ σειομένους ὀδόντας διακλυζόμενος. *Decoctum dentes mobiles collutione firmat.* Sed et lentisci surculi

dentiscalpiorum purgandis dentibus vicem præbuere: in usu a Martiale commendantur, xiv. 22. cujus lemma, 'Dentiscalpium:' 'Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest.'

<sup>p</sup> *Capillum tinguunt*] Nempe folia. Ita Q. Serenus carmine a nobis recitato, cap. 10.

<sup>q</sup> *Lacryma*] Hoc ipsum Dioscor. loc. cit. de succo foliorum, radice, ac corticis: Καὶ πρὸς τὰς προπτώσεις ὑστέρας καὶ δακτυλλίου, ad uteri sedisque proidentias. Sic et Galenus, loc. cit.

<sup>r</sup> *Folia tenera*] Plinius Valer. i. 14. 'Lentisci tenera folia contrita, et fronti imposita, oculorum epiphoras suspendunt.'

<sup>s</sup> *Item mastiche*] Hoc est, resina lentiscina, a nonnullis mastiche dicta. Dioscor. i. 90. Γενᾶται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχυλῆν καλουμένην, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχην. *E lentisco resina nascitur, lentiscina cognominata, et a nonnullis mastiche.*

<sup>t</sup> *Replicandis*] Ea voce superius

extendendam<sup>s</sup> u cutem in facie, et smegmata<sup>v</sup> adhibetur, et sanguinem<sup>w</sup> rejicientibus, tussi veteri: et ad omnia<sup>x</sup> quæ Hammoniaci vis. Medetur<sup>6</sup> et attritis partibus, sive oleo e semine ejus facto ceræque mixto, sive foliis, ex oleo decoctis, sive cum aqua virilia foveantur. Scio Democratem medicum in valetudine Considiæ M. Servilii<sup>7</sup> consularis filiae, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usum lacte caprarum, quas lentisco pascebat.<sup>7</sup>

XXIX. (VIII.) Platani adversantur vespertilionibus.<sup>1</sup> a Pilulæ earum<sup>b</sup> in vino potæ denariorum quatuor pondere omnibus serpentium et scorpionum<sup>2</sup> venenis medentur: item ambustis.<sup>c</sup> Tusæ autem<sup>d</sup> cum aceto acri, magisque scilliti,<sup>3</sup> sanguinem omnem sistunt. Et lentiginem, et carcinomata, melaniasque<sup>e</sup> veteres,<sup>4</sup> addito melle emendant.



recentt. *dolori cum p. illinitur* Gronov. et vulgg. *doloribus cum p. linitur* Chiffi. —5 Vet. Dalec. *extergendam*; codex ejusdem, *exterendam*. —6 Cod. Dalec. *et ad omnia quævis. Medetur*; margo edd. Dalec. et Gronov. *et ad fluxiones quasvis*. Ibid. e Diosc. *acaciæ*, vel *hypocistidis*, pro *Hammoniaci*. Ibid. ex eodem, *adstringendis partibus*. Chiffi. *et ad omnia quæ eis medetur, &c.* —7 Idem codex, *pascebant*.

CAP. XXIX. 1 Vet. Dalec. *scorpionibus*. —2 Hæc, *et scorpionum*, desunt in Vet. Dalec. et Chiffi. —3 Cod. Dalec. *scillino*. —4 Chiffi. *malandriasque veteres*.

#### NOTÆ

usus cap. 22. rursumque inferius xxxv. 51. Dioscor. loc. cit. Ἀνακολαῖ δὲ καὶ τρίχας ἐν ὀφθαλμοῖς. *Pilos oculorum fluentes glutinat et cohibet.*

<sup>a</sup> *Et ad extendendam*] Ad extendendas rugas in cute. Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>v</sup> *Et smegmata*] Dentifricia, σμήγματα ὀδόντων, Dioscor. loc. cit.

<sup>w</sup> *Et sanguinem*] Diosc. pariter loc. cit. Χρησιμεύουσα πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς, καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, πινομένη. Galenus quoque loc. cit.

<sup>x</sup> *Et ad omnia*] Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>7</sup> *M. Servilii*] De eo dicemus in Auctororum Indice, verbo 'Servilius Democrates.'

<sup>a</sup> *Platani . . . vespertilionibus*] Vide

Notas et Emend. num. 8.

<sup>b</sup> *Pilulæ earum*] Nicander in Theriac. p. 43. Dioscor. i. 107. Τὰ δὲ σφαιρία χλωρὰ σὺν οἴνῳ ποθέντα ἐρπετοθήκτοις βοηθεῖ. *Pilulæ virides in vino potæ serpentium morsibus auxiliantur.*

<sup>c</sup> *Item ambustis*] Dioscor. loc. cit. Ἀναληφθέντα δὲ στέατι πυρίκανστα θεραπεύει. *Pilulæ exceptæ adipe igni ambusta sanant.* Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. viii. p. 221.

<sup>d</sup> *Tusæ autem*] Plinius Valer. iii. 21. Q. Serenus cujus verba recitabimus c. 37.

<sup>e</sup> *Melaniasque*] Μελαρία nigritudo est. Græca voce pro Latina abutitur. In Mss. *malandriasque*, male.

Folia et cortex<sup>5</sup> illinuntur collectionibus et suppurationibus, et decoctum eorum.<sup>6</sup> Corticis autem<sup>f</sup> in aceto, dentium<sup>7</sup> remedium est: foliorum tenerrima<sup>8g</sup> in vino albo decocta, oculorum. Lanugo<sup>h</sup> foliorum et auribus et oculis inutilis. Cinis pilularum<sup>1</sup> sanat ambusta igni vel frigore. Cortex e vino scorpionum ictus restinguit.<sup>9</sup>

XXX. Fraxinus quam vim adversus serpentes haberet, indicavimus.<sup>j</sup> Semen foliis ejus<sup>k</sup> inest, quo<sup>1</sup> medentur<sup>1</sup> jocineris et lateris doloribus in vino: aquam quæ subito cutem extrahunt.<sup>m</sup> Corpus obesum levant onere, sensim ad maciem reducentes, iisdem foliis cum vino tritis ad virium portionem: ita ut puero quinque folia tribus cyathis diluantur,<sup>2</sup> robustioribus septem folia, quinque cyathis<sup>3</sup> vini. Non omittendum,<sup>n</sup> ramenta ejus et scobem a quibusdam<sup>4</sup> cavenda prædici.



—5 Folia autem et cortex cod. Dalec.—6 'Hæc, et decoctum eorum, vacant.' Dalec.—7 Cortex a. in a. coctus dentium margo edd. Dalec. et Gronov.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. folia eorum tenerrima Gronov. et vulgg.—9 Cod. Dalec. restringit.

CAP. XXX. 1 Chiffi. quæ.—2 Vet. Dalec. dentur.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quinque cyathis Gronov. et vulgg.—4 Chiffi. a quibus; cod. Dalec. ac quibus.

#### . NOTÆ

<sup>f</sup> Corticis autem] Subintellige, decoctum, ex antecedente sententia. Diosc. 1. 107. 'Ο δὲ φλοιὸς ἐψηθεὶς ἐν ὕξει ὀδονταλγίαν ἐστὶ διὰ κλυσμα. Cortex in aceto coctus ad dentium dolores colluitur. Galenus quoque loc. cit.

<sup>g</sup> Foliorum tenerrima] Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>h</sup> Lanugo] Dioscor. loc. cit. 'Ο δὲ χυνοῦς τῶν φύλλων καὶ τῶν σφαιρίων ἀκοήν καὶ ὕψιν ἐμπεσὼν λυμαίνεται. Foliorum pilularumque lanugo in aures et oculos illarsa auditum visumque labefactat. Sic et arteriam lædi ea lanugine, si spiritu attrahatur, docet Galenus de Fac. Simp. Med. lib. viii. pag. 221. Φυλάττεσθαι δὲ τὸν ἐπὶ τοῖς φύλλοις τοῦ δένδρου χυνοῦν καὶ γὰρ τὴν ἀρτηρίαν ἀδικεῖ, ὡς περ γὰρ καὶ τὴν ὕψιν, καὶ ἀκοήν, κ. τ. λ.

<sup>1</sup> Cinis pilularum] Q. Serenus cap. 61. 'de combusturis igne vel frigore,' pag. 162. 'Conversa in cinerem platani pila curat utrumque.'

<sup>j</sup> Fraxinus . . . indicavimus] Lib. xvi. 24.

<sup>k</sup> Semen foliis ejus] Sive folliculis. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>1</sup> Quo medentur] Q. Serenus cap. 23. 'de jecoris et lateris vitiis medendis,' p. 139. 'Sumitur et semen quod fraxinus alta profundit.'

<sup>m</sup> Aquam . . . extrahunt] Semine proxime ante landato. Q. Serenus c. 28. 'de hydropisi depellenda,' p. 143. 'Fraxinenum semen cum Bacchi rore bibendum est.'

<sup>n</sup> Non omittendum] Diosc. 1. 108. Τὰ δὲ τορνεύματα τοῦ ξύλου ποθέοντα φασὶν ἀνααιρετικὰ εἶναι. Ligni ramenta

XXXI. Aceris<sup>o</sup> radix contusa e vino jocineris<sup>r</sup> doloribus efficacissime imponitur.

XXXII. Populi albæ uvarum in unguentis usum exposuimus.<sup>p</sup> Cortex potus<sup>q</sup> ischiadicis et stranguriæ prodest. Foliorum succus<sup>r</sup> calidus aurium dolori. Virgam populi<sup>s</sup> in manu tenentibus intertrigo non metuitur.<sup>t</sup> Populus nigra efficacissima habetur, quæ in Creta nascitur. Comitilibus<sup>t</sup> semen ex aceto utile. Fundit illa<sup>u</sup> et resinam exiguam, qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor e cavis<sup>v</sup> populi nigræ effluens verrucas, papulasque ex attritu ortas tollit.<sup>2</sup> Populi ferunt et in foliis<sup>3</sup> guttam, qua apes propolim faciunt. Gutta æque propoli<sup>w</sup> ex aqua efficax.<sup>4</sup>

CAP. XXXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contusa jocineris* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *utilissime imponitur*.

CAP. XXXII. 1 'Ita Mss. Reg. 2. et Editio princeps. Intertrigo autem malum est quo femora laborant, cum equitatu aliave causa conteruntur: est et herpetis genus, quo femora adulatorum invaduntur.' Brotier. Dalec. habet etiam *metuitur*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et attrita corporis tollit* Gronov. et vulgg. *ex attrita odoratas* Chiffi. *et attritu odoratus tollit* cod. Dalec. *attritus odoratus tollit* alii ap. Dalec. 'nempe narium.'—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et foliis* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *faciunt, ad multa, remedium quam efficax. Ulmi, &c.* alii vett. ap. eundem: *faciunt. Propolis impetigini ex aqua remedium, e Diosc.*

## NOTE

*pota letalia esse a quibusdam perhibentur.*

<sup>o</sup> *Aceris*] Q. Serenus c. 23. 'de jecoris et lateris vitiis,' pag. 139. 'Aut æceris radicem tundis, et una Cum vino capis: hoc præsens medicamen habetur.'

<sup>p</sup> *Populi albæ ... exposuimus*] Lib. XII. c. 61.

<sup>q</sup> *Cortex potus*] Dioscor. I. 109. Λεύκης τοῦ δένδρου ὃ φλοῖος ποθεῖς ὅσον οὐγγίας μιᾶς πλήθος ἰσχυιάδας ὠφελεῖ καὶ στραγγουρίας. Q. Serenus cap. 38. pag. 150. 'Sæpius occultus victa coxendice morbus Perfurit, et gressus diro languore moratur: Populus alba dabit medicos de cortice potus.'

<sup>r</sup> *Foliorum succus*] Q. Serenus c. 13. pag. 131. 'Cum sævus teneras dolor alte sauciat aures, Aut succum ex folio dederit quem populus alba Instilles,' &c. Et apud Diosc. loc. cit. extant ea totidem verbis.

<sup>s</sup> *Virgam populi*] De vitice idem inferius cap. 38.

<sup>t</sup> *Comitilibus*] Sic Diosc. I. 113. 'Ὁ δὲ καρπὸς μετ' ἕξους πινόμενος ἐπιληπτικούς ὠφελεῖ.

<sup>u</sup> *Fundit illa*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>v</sup> *Humor e cavis*] E cavitatibus, quæ sunt in media incisura positæ, dum castratur. Vide Notas et E. mend. num. 11.

<sup>w</sup> *Gutta æque propoli*] Eadem ac

XXXIII. Ulmi et folia,<sup>a</sup> et cortex, et rami, vim habent spissandi, et vulnera contrahendi. Corticis utique<sup>b</sup> interior tilia lepras sedat, et folia ex aceto illita. Corticis denarii<sup>c</sup> pondus potum in hemina aquæ frigidæ alvum purgat, pituitasque, et aquas privatim trahit. Imponitur et collectionibus lacryma,<sup>d</sup> et vulneribus, et ambustis, quæ decocto fovere prodest. Humor in folliculis<sup>e</sup> arboris hujus nascens cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem præstat. Cauliculi foliorum primi, vino decocti,<sup>f</sup> tumores sanant, extrahuntque per fistulas.<sup>g</sup> Idem præstant et tilia corticis.<sup>h</sup> Multi corticem commanducatum vulneribus utilissimum putant: folia trita aqua aspersa pedum tumori. Humor quoque e medulla, uti diximus,<sup>g</sup> castratæ arboris effluens, capillum<sup>h</sup> reddit capiti illitus, defluentesque continet.

XXXIV. Arbor tilia<sup>h</sup> leniter tusa ad eadem<sup>i</sup> fere utilis

CAP. XXXIII. 1 Chiffi. *primo vini decocto*.—2 Vet. Dalec. *pus fistulis*; cod. Dalec. *pus fistularum*.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Vet. *tilia corticis*; id est, membranæ interiores corticis ulmi, sen philyræ. Legitur et corticis in Chiffi.' Dalec. *tilia cortices* Gronov. et vulgg.—4 Dalec. *capillos*.

CAP. XXXIV. 1 Chiffi. *lenius ad eadem*. Mox, *ad quæ oleaster* Vet. Dalec.

## NOTÆ

propolis in medicina vires habet ex aqua. Vide Notas et Emend. num. 12. Quæ sint propolis facultates in usu medico dictum est, XXI. 50.

<sup>a</sup> *Ulmi et folia*] Hæc pariter Dioscor. I. 111.

<sup>b</sup> *Corticis utique*] Diosc. totidem verbis, loc. cit. Ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπραν λεία σὺν ὕξει ἐπιπλαττόμενα, μᾶλλον δὲ ὁ φλοιὸς, κ. τ. λ.

<sup>c</sup> *Corticis denarii*] Ad verbum hæc Plinius Valer. II. 23. et Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Imponitur . . . lacryma*] Meminit ejus lacrymæ Theophrastus Histor. IX. 1. Gummi Dioscorides vocat in Alexipli. c. 22. Κόμμι πετελέας.

<sup>e</sup> *Humor in folliculis*] Hæc totidem

verbis Diosc. I. 111. In foliis ipsis folliculi instar corrugatis, complicatisque, humorem eum reperiri aiunt. Φύσας tamen Dioscorides, Ægineta θυλάκια, folliculos, dixere.

<sup>f</sup> *Idem . . . et tilia corticis*] Ita Mss. non cortices. Tannicæ interiores in ulmi corticibus tilia a Plinio nuncupantur. Sic paulo ante, hoc ipso cap. 'Corticis utique interior tilia lepras sedat,' &c.

<sup>g</sup> *Humor . . . uti diximus*] Lib. XVI. cap. 74. his verbis: 'Circumcisas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus desinat.'

<sup>h</sup> *Arbor tilia*] Quæ de tilia arbore medicinæ a Plinio nunc referuntur,

est, atque oleaster. Folia autem tantum in usu, et ad infantium ulcera in ore commanducata: decocta urinam cient: menses sistunt illita: sanguinem pota<sup>2</sup> detrahunt.

XXXV. Sambucus<sup>1</sup> habet alterum genus magis sylvestre, quod Græci chamæacten, alii helion<sup>j</sup> vocant, multo brevius. Utriusque<sup>k</sup> decoctum in vino veteri foliorum, vel seminis, vel radice, ad cyathos binos potum, stomacho inutile est, alvo detrahens aquam. Refrigerat<sup>l</sup> etiam inflammationem, maxime recentis ambusti: et canis<sup>m</sup> morsum cum polenta mollissimis foliorum illitis. Succus cerebri<sup>n</sup> collectiones, privatimque membranæ, quæ circa cerebrum est, lenit infusus. Acini ejus<sup>o</sup> infirmiores, quam reliqua, tinguunt capillum. Poti acetabuli<sup>p</sup> mensura urinam movent. Foliorum<sup>q</sup> mollissima ex oleo et sale edun-

—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. sanguinem menstruum pota, e Diosc.

## NOTÆ

has totidem plane verbis phillyreæ arbori, diversi omnino a tilia generis, Dioscorides adjudicat, I. 125. An philyram Plinius pro phillyrea acceperit, an eadem utriusque vires, non est in promptu statuere. Quare ampliandum censemus.

<sup>1</sup> *Sambucus*] Mss. omnes, *sabucus*. Utrumque recte, ut alibi monuimus.

<sup>j</sup> *Alii helion*] Hoc est, palustrem, quoniam in pinguibus locis, uliginosisque, nascitur. Dioscor. IV. 175. Τὸ δὲ ἕτερον ἀκτῆς, χαμαιάκτη καλεῖται, αὕτη χαμαιπετῆς ὄσα, ἐλάσσων ἐστὶ, καὶ βοτανωδεστέρα. Et in Nothis pag. 474. Χαμαιάκτη . . . οἱ δὲ ἐλιοσάκτη, οἱ δὲ ἀγρία ἀκτῆ, οἱ δὲ εὐβοϊκῆ, Ῥωμαῖοι ἔβουλον. Quæ Orihasius quoque transcripsit lib. XI. p. 188. Latinis Ebulus, et Ebulum, et Sambucus humilis appellatur: Gallis *Hieble*. Pingitur a Dodonæo pag. 377.

<sup>k</sup> *Utriusque*] Diosc. loc. cit. utriusque vim pariter communem agnoscit, et aquas detrahendi alvo, et stomachum lædendi: Δύναμις δὲ ἡ αὐτῆ

ἀμφοτέραις καὶ χρήσις, ξηραντικῆ, ὕδραγωγὸς, κακοστώμαχος μέντοι. Adde et Marcellum Empir. cap. 30. p. 215.

<sup>l</sup> *Refrigerat*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

<sup>m</sup> *Et canis*] Diosc. loc. cit.

<sup>n</sup> *Succus cerebri*] Q. Serenus cap. 8. ‘de capite purgando,’ pag. 129. ‘Ungitur et succis dederit quos parva sabucus.’

<sup>o</sup> *Acini ejus*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empiricus cap. 7. de capillo nigro, pag. 48. ‘Herba quæ Græce chamæacte, Latine ebulus, exprimitur etiam cum suis granis, ejusque succo quotidie illito pectine, crines qui inficiendi sunt perducuntur.’ Adde et Q. Serenum carmine a nobis allato cap. 10.

<sup>p</sup> *Poti acetabuli*] Q. Serenus cap. 33. p. 146. ‘Si cui vesicæ tardus cunctabitur humor, Prodest ex parvis acinos potare sabucis, Aut hederæ succum,’ &c.

<sup>q</sup> *Foliorum*] Dioscor. loc. cit.

tur, ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior, quæ minor. Radicis ejus<sup>r</sup> in vino decoctæ duo cyathi poti hydropicos exinaniunt: vulvas<sup>s</sup> emolliunt, has et foliorum<sup>t</sup> decocta insidentium.<sup>1</sup> Caules teneri<sup>u</sup> mitioris sambuci, in patinis cœcti, alvum solvunt. Resistant<sup>v</sup> folia et serpentium ictibus in vino pota. Podagricis<sup>w</sup> cum sevo hircino vehementer prosunt cauliculi illiti. Idemque in aqua macerantur, ut ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscæ necantur. Boa<sup>x</sup> appellatur<sup>2</sup> morbus papularum, cum rubent corpora :



CAP. XXXV. 1 'Ita Ms. Reg. 2. Decocta foliorum emolliunt vulvas fœminarum insidentium. His autem in sessionibus in vulvæ, renum, coli, vesicæque morbis suppletur balnea, cum hæc desunt, aut ferri non possunt.' Brotier. et foliorum decoctum, &c. edd. vet. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recent. vulcus emollit, et foliis insidentium decocta Chiffi.—2 Vet. Dalec. Boa sic appellatur; Chiffi. Boa appellantur.

## NOTÆ

<sup>r</sup> Radicis ejus] Dioscor. loc. cit. et Plinius Valer. III. 12. ad verbum. Q. Serenus cap. 28. 'de hydropisi depellenda,' pag. 143. 'Conveniet teneræ radix decocta sabuci, In geminis calidi cyathis potanda Lyæi.' Cum oxymelle præbet Theod. Priscianus II. 2. 19. de hydropicis.

<sup>s</sup> Vulvas] Diosc. loc. cit.

<sup>t</sup> Has et foliorum] Has vulvas et foliorum decoctum emollit insidentibus fœminis. Diosc. loc. cit. εἰς ἐγκάθισμα. Porro ἐγκαθίσματα a medicis dicuntur in sessiones vel in sessus: sunt autem decocta ex herbis, radicibus, atque id genus medicamentis, quibus insidetur, ut fotu procedenti vulvæ succurratur, aliisque malis, ut renum, coli, vesicæ: supplet balneorum vicem, cum hæc desunt, aut cum præ imbecillitate horum usum æger ferre non potest. Ita fere Constantinus.

<sup>u</sup> Caules teneri] Dioscor. loc. cit. Marcellus Empir. ad verbum, cap. 30. pag. 218. Q. Serenus cap. 29.

'de ventre molliendo,' pag. 144. 'Aut edis in patinis teneræ decocta sabuci.'

<sup>v</sup> Resistant] Dioscor. loc. cit. Q. Serenus cap. 47. 'de serpentium moribus excludendis,' pag. 154. 'Proderit et caulem cum vino haurire sabuci.'

<sup>w</sup> Podagricis] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. cap. 36. p. 244. et 245. Q. Serenus cap. 43. 'de podagra depellenda,' pag. 153. 'Cohibebitque addita questus Parva sabucus item, si hircino est collita sevo.' Scribonius Largus omnibus illis vetustior, Compos. 169. 'Ad frigidam podagram... sabucum cum axungia veteri tritum et impositum.'

<sup>x</sup> Boa] Græci τὰ τῶν βρεφῶν ἐξανθήματα vocant, Galli la Rougeole. Latini 'rubentes papulas.' Etiam tumorem crurum viæ labore collectum appellari 'boam' Festus est auctor: et vetus Glossarium: Βόα, ὁ τοῦς πόδας φλεγμαίνων. Et boum morbum, ibidem: Βόα, νόσος βοῶν.

sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, alvum solvit.

XXXVI. Juniperus<sup>a</sup> vel ante cetera omnia excalfacit, extenuat, cedro alias similis.<sup>1b</sup> Et ejus<sup>2</sup> duo<sup>c</sup> genera: altera major, altera minor. Utraque<sup>d</sup> accensa serpentes fugat. Semen<sup>3e</sup> stomachi, pectoris, lateris doloribus utile. Inflationes<sup>f</sup> algoresque discutit: tusses concoquit et duri-  
tias. Illitum<sup>g</sup> tumores sistit: item alvum,<sup>h</sup> baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis. Miscetur et antidotis<sup>i</sup> oxyporis.<sup>4j</sup> Urinas<sup>k</sup> ciet. Illinitur et oculis in epiphoris. Datur<sup>l</sup> convulsis, ruptis, torminibus, vulvis, ischiadicis<sup>m</sup> cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui et perungant corpus e semine<sup>5</sup> ejus in serpentium metu.

XXXVII. (IX.) Salicis fructus ante maturitatem in araneam<sup>n</sup> abit: sed si prius colligatur, sanguinem rejicienti-

~~~~~

CAP. XXXVI. 1 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps. Male in recentioribus editionibus, *cedro similis.*' Brotier. *alias similis* Chiffi. *cedro assimilis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 *Et hujus* Chiffi.—3 *Fructus* Dalec.—4 *Vet Dalec. et oxyporis.*—5 *Al. ap. Dalec. oleo e semine. Mox, serpentium ictus* Chiffi.

#### NOTÆ

- <sup>a</sup> *Juniperus*] Ita Diosc. I. 103.  
<sup>b</sup> *Cedro alias similis*] Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 187. Auctor Geopon. XI. 1. aliique.  
<sup>c</sup> *Et ejus duo*] Ad verbum hæc quoque Diosc. loc. cit. cujus verba restituit Anguillara par. II. pag. 46.  
<sup>d</sup> *Utraque*] Diosc. loc. cit.  
<sup>e</sup> *Semen*] Bacca, fructus, ἀρκευθίς dictus a Græcis: Dioscoride pariter attestante, εὐστόμαχος, ποῖων πρὸς τὰ ἐν θώρακι, κ. τ. λ.  
<sup>f</sup> *Inflationes*] Dioscor. loc. cit.  
<sup>g</sup> *Illitum*] Plinius Valer. III. 25.  
<sup>h</sup> *Item alvum*] Marcellus Empir. ad verbum cap. 27. p. 196. et Plinius Valer. II. 27.  
<sup>i</sup> *Miscetur et antidotis*] Laudat Galenus medicamentum adversus venena, quod quia juniperi fructum ascis-

cebat, διὰ τῶν ἀρκευθίδων vocabatur de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 248.

<sup>j</sup> *Oxyporis*] Si hæc conjunctim legas, *antidotis oxyporis*, sunt ea antidota quasi a celeritate dicta penetrandi, ὀξύπορα: si divisim, *antidotis oxyporis*, hoc est, et oxyporis, medicamenta intellige ad faciliem concoctionem utilia. Et sane in ejusmodi oxypora, ad digestionem parandam, juniperi baccas adhibet Marcellus Empir. cap. 20. p. 145. et 146.

<sup>k</sup> *Urinas*] Diosc. I. 103.

<sup>l</sup> *Datur*] Diosc. loc. cit. Καὶ σπασμοῖσι, καὶ ῥήγμασι, καὶ ὑστερικῆς πνιγόμεναις (vel πνόμενος) ἀρμόζει.

<sup>m</sup> *Ischiadicis*] Cato de Re Rust. cap. 123. p. 66.

<sup>n</sup> *Salicis . . . in araneam*] In araneosa fila: idcirco florem alii, non



bus<sup>o</sup> prodest. Corticis e ramis<sup>p</sup> primis cinis clavum et callum aqua mixta<sup>r</sup> sanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admixto succo suo. Est autem hic trium generum. Unum arbor ipsa exsudat gummium<sup>2</sup> modo. Alterum manat<sup>q</sup> in plaga,<sup>3</sup> cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. Hic ad expurganda,<sup>r</sup> quæ obstant<sup>4</sup> oculis: item ad spissanda quæ opus sunt, ciendamque urinam, et ad omnes collectiones intus<sup>5</sup> extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum a falce<sup>6</sup> distillans. Ex his ergo<sup>t</sup> aliquis cum rosaceo in calyce Punici<sup>7</sup> calfactus auribus infunditur: vel folia cocta, et cum cera trita imponuntur: item podagricis. Cortice et foliis<sup>v</sup> in

CAP. XXXVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aceto mixto*, e Diosc.—2 Harduin. ex codd. suis et Chiffi. *cummium*, eumque secuti sunt recentt.—3 Vet. Dalec. *e plaga*.—4 *Hic valet ad purg. quæ obstant* cod. Dalec. *obsistunt* Vet. Dalec.—5 Vet. Dalec. *illitus*; alii ap. Dalec. *interiores*.—6 Da-

## NOTÆ

semen vocant. Vide quæ dicta sunt de salice xvi. 46.

<sup>o</sup> *Sanguinem rejicientibus*] Diosc. i. 136. de salice: ὁ δὲ καρπὸς παθὲς αἰμοποιοῦν ἀφελεί. Marcellus Empir. cap. 16. p. 120. 'Semen salicis tritum, et ex vino austero sumtum, sanguinem tussientes sistit, et vitium potenter emendat.' Q. Serenus cap. 22. p. 139. 'Aut mansus salicum fructus prodesse putatur, Aut platani pilulas acri infundemus aceto: Nullus erit sanguis quem non cibus iste moretur.'

<sup>p</sup> *Corticis e ramis*] Marcellus Empir. cap. 34. p. 237. 'Salicis ramorum primorum vel summorum cortices exuruntur: eorum cinis cum aqua impositus clavellis confestim medetur.' Plinius Valer. ii. 52. 'Salicis ramorum prunorum cortices,' &c. Lege, 'primorum.' Diosc. i. 136. pro aqua acetum adhibet.

<sup>q</sup> *Alterum manat*] Manat arbor e plaga succum alterum. Ita libri omnes.

<sup>r</sup> *Hic ad expurganda*] Diosc. pariter loc. cit. de eo succo qui cortice inciso manat: Δύναμιν δὲ ἔχει σηκτικῆν τῶν ἐπισκοτοῦντων ταῖς κόραις. *Vim habet ea expurgandi quæ pupillis effundunt caliginem.* Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. vi. p. 180.

<sup>5</sup> *Collectiones intus*] Pituitæ, vel sanguinis collectiones, quæ intus sunt.

<sup>t</sup> *Ex his ergo*] Ex his nullum Diosc. loc. cit. Sed e cortice foliisque tuis succum ad eadem prorsus remedia adhibet: 'Ὁ δὲ ἐκ τῶν φύλλων, inquit, καὶ τοῦ φλοιοῦ χυλὸς ἐν κελύφῃ βόυς θερμανθεὶς μετὰ βοδίνου, ὡταλγίας ἀρήγει' καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν κατὰ τλημα ποδάγρας ἕριστον. Succum foliorum appellant Marcellus Empir. cap. 9. p. 80. et Plinius Valer. i. 10.

<sup>u</sup> *In calyce Punici*] 'Punici' pro *Punici mali*, familiaris Plinio locutio.

<sup>v</sup> *Cortice et foliis*] Sic Diosc. loc. cit. Q. Serenus cap. 43. p. 152. 'Quædam sunt rabidæ medicamina digna podagræ: Ergo age, et arreptam salicis frondemque librumque Cum vi-

vino decoctis foveri nervos utilissimum. Flos tritus<sup>w</sup> cum foliis furfures purgat in facie. Folia contrita<sup>x</sup> et pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt usum sæpius sumta. Amerinæ nigrae<sup>y</sup> semen<sup>z</sup> cum spuma argenti pari pondere, a balneo illitum, psilothrum est.

XXXVIII. Non multum a salice vitilium usu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Græci lygon vocant, alii agnon,<sup>a</sup> quoniam matronæ<sup>b</sup> Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes his foliis cubitus sibi sternunt. Duo genera<sup>c</sup> ejus: major in arborem salicis modo assurgit: minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album<sup>d</sup> florem mittit cum purpureo, quæ et

~~~~~

lec. a salice.—7 Punico Chiff.—8 Dalec. fructus. Mox, a balneo illitum Chiff.

#### NOTE

no tere, sic contractos perline nervos.’

<sup>w</sup> *Flos tritus*] Q. Serenus cap. 12. ‘Invida si maculat faciem lentigo decoram, Frons salicis cum flore suo contrita medetur.’ Non flori, sed cortici trito cum foliis, Diosc. loc. cit. hanc vim ascribit: sed is multa miscet.

<sup>x</sup> *Folia contrita*] Diosc. loc. cit. de salicis foliis, καθ’ ἐαυτὰ δὲ σὺν ὕδατι λεφθέριτα ἀσυλληψίαν κατεργάζεται. *Folia per se sumta cum aqua conceptum impediunt.* Hoc ipsum Plinius de semine dixit ante, XVI. 46.

<sup>y</sup> *Amerinæ nigrae*] Totidem verbis ac syllabis hæc Plinius Valer. IV. 52.

<sup>a</sup> *Alii agnon*] Hoc est, castum. Unde herbarii *Agnum castum* appellant, utraque voce idem significante. Ἄγνως vero dicitur, quod auctore Galeno de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 148. castitatem conservet iis, quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur.<sup>o</sup> Idcirco ἄγνον dici, quasi ἄγονον, contendit Eustathius, in Iliad. A. pag. 634. Pingitur a Matthiolo in Diosc.

lib. I. p. 196.

<sup>b</sup> *Quoniam matronæ*] Hæc totidem verbis Diosc. I. 135. et Galenus loc. cit. Ælianus item Hist. Animal. IX. 26. Sunt autem Θεσμοφόρια sacra Cereris, quibus nomen est a ferendis legibus: nam post inventas fruges, mores quoque hominum excoluisse ea creditur, et a sylvestri vita ad humanitatem datis legibus revocasse: itaque mortales, tanti beneficii memores, hæc sacra instituisse, et Θεσμοφόρια vocasse. Diodor. Sic. Bibl. lib. I. Plinius VII. 57. de Cerere: ‘Eadem prima leges,’ &c. Hinc Θεσμοφόρος Ceres appellata apud Pausan. Attic. lib. I. p. 79. et apud Gruterum in vetusto lapide, pag. 309. ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ. ΘΕΑΣ. ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ.

<sup>c</sup> *Duo genera*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

<sup>d</sup> *Prima album*] Diosc. loc. cit. τὸ δὲ ἕνθος, ἢ μὲν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι, ἢ δὲ πορφυροῦν φέρει σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Habet his affinia Theophr. Hist. III. 17.

in basi Cæsaris dictatoris circa bella civilia ejus. Necnon et Romæ in Capitolio in capite Jovis<sup>z</sup> bello Persei enata palma, victoriam triumphosque portendit: hac tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est, M. Messalæ,<sup>a</sup> C. Cassii censorum lustro. A quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor prodidit. Super omnia quæ umquam audita sunt, erit prodigium in nostro ævo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli<sup>b</sup> e primis equestris ordinis oliveto universo viam publicam transgresso, arvisque inde e contrario in locum oliveti profectis.

XXXIX. (XXVI.) Nunc, expositis arborum morbis, consentaneum est dicere et remedia. Ex his quædam sunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia: ablaqueatio,<sup>c</sup> accumulatio,<sup>d</sup> afflari radices,<sup>e</sup> aut cooperiri, riguis dato potu vel ablato, fimi succo refectis, putatione levatis onere. Item succo emisso<sup>f</sup> quædam vel-



antea legeretur, *in capite bis*. 'Lege, *in capite Jovis*, ex scriptis. 'Surripere Jovi coronam de capite in Capitolio' apud Plaut. Trinummio. Sic idem Plinius in arboribus fruges enatas bello Hanniblico narrat lib. XVIII. c. 18. Vel potius, *in ara Jovis*; nam quomodo *in capite*? Festus v. 'Religionis:' 'Palman, quæ in Capitolio in ara ipsa Jovis optima maximi bello Persico nata fuerat, tunc prostratam ferunt.' Et sic emendat Fulv. Ursinus ad illum Festi locum ex codd. Mss. Plinii, qui *in ara Jovis*.' Nic. Heins. Adv. III. 17. p. 539.

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *In capite Jovis [bis]* Forte, *in capite Jovis*: nam paulo ante 'in capitibus statuarum' dixit. Forte, *in ara Jovis*; nam fragmentum Festi, verbo 'Religionis præcipuæ,' hæc habet: 'In Capitolio in ara . . . sico nata fuerat:' supple, 'bello Persico nata fuerat.'

<sup>a</sup> *M. Messalæ*] Lustrum hi fecisse LV. dicuntur in fastis, anno Urbis DC.

<sup>b</sup> *Vectii Marcelli*] Hoc jam superior retulit II. 85.

<sup>c</sup> *Ablaqueatio*] Ablaqueantur arborum Delph. et Var. Clas.

res, vitesque, cum circum illas terra foditur, et radices superiores reciduntur. *Déchausser la vigne, ou les arbres.*

<sup>d</sup> *Accumulatio*] Fit ea, cum post hyemem aggeratur terra, ac circumfunditur, et veluti circummuniuntur arbores terra optima, ne calore nimio radices exarescant. *Rechausser.*

<sup>e</sup> *Afflari radices*] Radices aperire, ut perflatus ventorum admittant.

<sup>f</sup> *Item succo emisso*] Uti de ulmo dicitur c. 43. et de amygdalis, et fico.

uti detractio<sup>1</sup> sanguinis: circumrasio<sup>2</sup> corticis: vitium extenuatio,<sup>h</sup> et domitura<sup>2</sup> palmitum: gemmarum, si frigus retorridas hirtasque fecerit, repumicatio,<sup>i</sup> et quædam politura. Arborum iis<sup>j</sup> aliæ magis, aliæ minus gaudent: veluti cupressus et aquam aspernatur et fimum, et circumfossuram, amputationemque, et omnia remedia odit: quin etiam necatur<sup>k</sup> riguis:<sup>3</sup> et vitis, et Punicæ<sup>l</sup> præcipue aluntur. Ficus arbor<sup>m</sup> ipsa riguis alitur, pomum vero ejus marcescit.<sup>4n</sup> Amygdalæ<sup>o</sup> si colantur fossione, florem

CAP. XXXIX. 1 Chiff. *detractatio*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et dominarum*. Mox, *gemmas* Gronov.—3 Ita Harduin. et recentt. *necatur*. *Riguis* Gronov. Mox, *et vites* Edd. vett.—4 Cod. Dalec. *inarescit*.—5 Ita

## NOTE

<sup>2</sup> *Circumrasio*] Cnm cortici muscus detrahitur, quo infestatur: id quod vere fit, ut dicitur c. 45.

<sup>h</sup> *Extenuatio*] Extenuantur vites, domanturque palmites, cum resecantur in pollices, cum hospitari sub jugo coguntur, cum perniciose luxuria compescitur, ut dictum est superius c. 35. et alibi sæpius.

<sup>l</sup> *Repumicatio*] Fit ea, cum gemmæ propter frigus retorridæ, hoc est, exustæ, decutuntur a vite, quæ polituram inde quandam accipit, cum eæ solæ sunt residuæ, in quibus spes anni est. Textit insignem calumniam adversus Plinium Salmasius, in Solin. p. 517. qui enim legisse asseverat apud Theophr. de Causis v. 12. pag. 337. ἀποκνήσεις τῶν οἰνάρων τῶν μεγίστων, non ἀποκνήσεις, et repumicationem imprudenter reddidisse. Nam si in ea voce Plinius aberravit, et sequentes pariter præpostero sensu accepisse necesse est, τῶν οἰνάρων τῶν μεγίστων, quas de gemmis retorridis a Plinio intellectas esse, sobrius homo nullus dixerit. Quare neque hunc Theophrasti locum Plinius respexit, cum de gemmarum repumicatione scribere instituit: sed alios, quod sæ-

pe facit, auctores sequitur, ipsamque, quod gravius est, experientiam rerum.

<sup>j</sup> *Arborum iis*] Iis remediis. Accepta hæc a Theophr. Hist. II. 8.

<sup>k</sup> *Quin etiam necatur*] Si, dum novella est, copiosius adaquetur. Theophrast. loc. cit. Οἶον ἢ κυπρίντος ὥσπερ οὐ φιλόκοπρον, οὐδὲ φίλυδρον· ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυσθαί φασι, ἐάν γε νέαν οὖσαν ἐφουδρεύωσι πολλῶν. ῥοὰ δὲ καὶ ἄμπελος φίλυδρα.

<sup>l</sup> *Et Punicæ*] Palladius lib. IV. in Martio, tit. 10. p. 92. 'Creduntur,' inquit, 'acida Punica fieri, si rigentur assidue: nam siccitas in his et suavitatem præstat, et copiam: cuius tamen nimietati aliquid debet humoris apponi.'

<sup>m</sup> *Ficus arbor*] Theophr. loc. cit.

<sup>n</sup> *Marcescit*] Fructus deterior fit, τὸν δὲ καρπὸν ἴσχει χεῖρονα. Theophr. Sed ficum idem Laconicam ab eo genere eximit, quæ riguis gaudet inprimis.

<sup>o</sup> *Amygdalæ*] Palladius, in Jannario, tit. 15. de Amygdalis: 'Circumfodi non debent, quoties florent: quia inde flos ejus excutitur.' Sic et Theophr. de Causis III. 23. p. 288.

amittunt. Nec insitas circumfodere oportet, priusquam validæ ferre cœperint poma. Plurimæ autem<sup>p</sup> amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues et capillum. Reciduntur<sup>q</sup> veteres totæ, ac rursus a stolone aliquo resurgunt: sed non omnes, nec nisi<sup>s</sup> quarum naturam pati diximus.<sup>r</sup>

XL. Rigua æstivis vaporibus<sup>a</sup> utilia, hyeme inimica, autumnò varia, et ex natura<sup>t</sup> soli: quippe cum vindemitor Hispaniarum<sup>2</sup> stagnante solo uvas demetat. Cetero majore in parte orbis etiam pluvias<sup>3</sup> autumnì aquas erivare<sup>4</sup> convenit. Circa Canis ortum rigua maxime prosunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Et ætas modum temperat. Novellæ enim minus sitiunt. Desiderant autem maxime rigari, quæ assuevere. Contra siccis locis genita non expetunt humorem, nisi necessarium.

XLI. Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonensi Italiæ agro, pago Fabiano, ubi et arva rigant: mirumque, herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, et riguus<sup>2c</sup> pro sarculo est. In eodem agro bruma, tanto



edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *omnes, nisi* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.

CAP. XL. 1 Cod. Dalec. *et hoc ex natura*.—2 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *vindemitor Hispaniarum* Chiffli. *vindemitor Hispaniarum* Gronov. et edd. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 *Ceterum ma. ex par. orbis et pluvias* cod. Dalec.—4 'Male codd. Reg. *erivare*. In recentt. edd. *erivari*.' Brotier. Chiffli. etiam *erivare*; Vet. Dalec. *derivari*. Gronov. Harduin. et al. ante Brotier, *erivari*.

CAP. XLI. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *rigantur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *mirum quod herbæ* cod. Dalec. *mirumque quod herbæ* alii ap. Dalec.—2 Alii ap. Dalec. *et rivus*. 'Ita rectius scripti

#### NOTE

<sup>p</sup> *Plurimæ autem*] Subintellige, 'arbores.' Et hæc a Theophr. Hist. 11. 8. Διακαθαίρεσθαι δὲ πάντα ζῆρεῖ, κ. τ. λ.

<sup>q</sup> *Reciduntur*] Theophr. loc. cit.

<sup>r</sup> *Pati diximus*] Ut de lauro inprimis XVI. 56. 'Itaque cum trunco inaruit, recisa etiam lætius fructicat.' De abiete item, eodem lib. c. 53. De arundine c. 66. de alnis c. 67. De

Punica, et malo, c. 90.

<sup>a</sup> *Rigua æstivis vaporibus*] Æstivo calore. Vide 11. 40.

<sup>b</sup> *Erivare [erivari] convenit*] Rivis factis educi: quoniam eæ tum satis arboribusque inutiles. Idcirco mense Novembri elices et sulcos aquarios fieri Columella præcipit XI. 2.

<sup>c</sup> *Et riguus*] Rivus ex anne ductus,

magis si nives jaceant,<sup>3</sup> geletve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis,<sup>d</sup> quod ibi tepidare vocant: memorabili natura in amne solo. Sed idem æstate vix tolerandi rigoris.

XLII. (XXVII.) Carbunculi ac rubiginum remedia demonstrabimus<sup>e</sup> volumine proximo. Interim est scarificatio<sup>f</sup> quædam in remediis: cum macie corticis ex ægritudine astringente se, justoque plus vitalia arborum<sup>g</sup> comprimente, exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis incisuris deducunt,<sup>1</sup> ac veluti cutem laxant. Salutare id<sup>h</sup> fuisse, argumento sunt dilatatæ cicatrices, et internato corpore expletæ.

XLIII. Magnaque ex parte similis hominum medicina et arborum est, quando earum quoque terebrantur ossa.<sup>i</sup> Amygdalæ ex amaris<sup>j</sup> dulces fiunt, si circumfosso stipite, et ab ima parte circumforato defluens pituita<sup>1</sup> abstergeatur. Et ulmis<sup>k</sup> detrahitur succus inutilis, supra terram foratis

//////////

quam riguis.' Nic. Heins. Vid. Adv. III. 13. p. 494.—3 'In cod. Reg. 2. taceant. Mallem, algeant. Sic loquitur Plinius XIX. 25.' Brotier.

CAP. XLII. 1 Dalec. et Pintian. incisuris diducunt.

CAP. XLIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. præterforatoque mensura do-

#### NOTÆ

et vitibus circumfusis, dum harum radicibus adnascentes herbas necat, sarculi vice est.

<sup>d</sup> *Circumfundunt riguis*] Ravis ex amne deductis, cujus aqua hyeme tepidior, cujusmodi puteorum fontiumque est.

<sup>e</sup> *Demonstrabimus*] Lib. seq. c. 45. et 70.

<sup>f</sup> *Scarificatio*] Apertio facta scalpello. In Indice hujus loci, *castratio* legitur, ex Mss. quos sumus secuti: at iidem hoc loco *scariphatio* præ se ferunt. Scarificatio dicitur a Theod. Prisciano l. II. parte 2. c. 1.

<sup>g</sup> *Vitalia arborum*] Pulpa interiorum, materiem, ac medullam.

<sup>h</sup> *Salutare id*] Ad crassitudinem ar-

bori parandam: nam dilatatæ cicatrices expletæ sunt ipso arborum corpore ac ligno, quod ibi natum est.

<sup>i</sup> *Earum quoque terebrantur ossa*] Ut hominum scilicet, ubi carie vitata sunt. De terebra ad eos usus idonea, Celsum vide VIII. 3.

<sup>j</sup> *Amygdalæ ex amaris*] Sic Theophr. Hist. II. 8. et auctor Geopon. x. 59. E Latiuis, Palladius lib. II. in Januar. tit. 15. p. 46. Causam hujus rei aperit idem Theophrast. de Causis II. 19. p. 255. Simile est quod de ceraso Palladius prodit in Octobri, tit. 12. 'Si cerasus concepto humore putrescit, in trunco foramen accipiat, quo possit educi.'

<sup>k</sup> *Et ulmis*] Colum. v. 6. pag. 187.

usque ad medullam in senecta, aut cum alimento nimio abundare sentiuntur. Idem et ficorum turgido cortice incisuris in obliquum levibus emittitur: ita fit ne decidant fructus. Pomiferis,<sup>1</sup> quæ germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt.<sup>2</sup> Hoc idem<sup>m</sup> et amygdalis, e robore cuneo adacto. In piris sorbisque, e tæda,<sup>n</sup> ac cinere et terra cooperto. Etiam radices<sup>o</sup> circumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque, et circumcisis cinerem addidisse. Fici serotinæ<sup>p</sup> fiunt, si primæ grossi, cum fabæ magnitudinem excessere, detrahantur: subnascuntur enim quæ serius maturescunt. Eædem cum<sup>q</sup> frondere incipiunt, si cacumina rami cujusque detrahantur, firmiores fertilioresque fiunt: nam caprificatio<sup>r</sup> maturat.<sup>3</sup>



*drantali pituita defluens, e Theophr.—2 Dalec. fertiles sic fiunt. Mox, Hoc idem in amygdalis Chiffi.—3 Ita Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Nam caprificatione maturata, in ea, &c. Gronov. et vulgg. caprificatio maturat Vet. Dalec. caprificatione maturantur. In ea, &c. Dalec.*

## NOTE

<sup>1</sup> Cum deinde arbor (ulmus) vetustatem fuerit adeptæ, propter ramum vulnerabitur, ita ut excavetur usque in medullam, qua sit exitus humori, quem ex superiore parte conceperit.

<sup>1</sup> Pomiferis] Theophr. Hist. II. 8.

<sup>m</sup> Hoc idem] Theophr. et Palladius, locis citatis.

<sup>n</sup> In piris sorbisque, e tæda] In his, inquit, e tæda fit cuneus, qui adigatur. Colum. v. 10. p. 202. 'Pirus ut sit ferax, cum adoleverit, alte eam ablaqueato, et juxta ipsam radicem truncum findito, et fissuram cuneo tædæ pineæ adigito, et ibi relinquit: deinde, absumpta ablaqueatione, cinerem supra terram injicito.' Eadem Palladius habet, loc. cit. p. 45. de sorbo: 'Si minus ferre cœperit, tædæ cuneus ejus radicibus insera-

tur: vel circa partem ultimam fossa facta cumulo ingesti cineris adæquetur.'

<sup>o</sup> Etiam radices] Theophr. Hist. II. 8. et Pallad. lib. IV. in Martio, tit. 10. p. 98.

<sup>p</sup> Fici serotinæ] Colum. loc. cit. p. 200. 'Si voles ficum, quamvis non natura, seram facere, tum grossulos, prioremve fructum decutito: iterum alterum edet, quem in hyemem differet. Nonnunquam etiam, cum frondere cœperunt cacumina fici, ferro summa prodest amputare: sic firmiores arbores et feraciores fiunt,' &c. Palladius item in Martio, lib. IV. tit. 10. de ficu, p. 99.

<sup>q</sup> Eædem cum] Columella et Palladius, locis citatis.

<sup>r</sup> Nam caprificatio] Vide Notas et Emend. num. 41.

XLIV. In ea culices<sup>a</sup> nasci e grossis manifestum est: quoniam cum evolavere, non inveniuntur intus grana, quæ in eos versa apparet. Exeundi tanta<sup>b</sup> est aviditas, ut plerique aut pede relicto, aut pinnæ parte, erumpant.<sup>2</sup> Est et aliud<sup>c</sup> genus culicum, quos vocant centrinās,<sup>3</sup> fucis apium similes ignavia malitiaque, cum pernicie verorum et utilium:<sup>d</sup> interimunt enim illos, atque ipsi moriuntur.<sup>4</sup> Vexant et tineæ semina ficorum. Contra quas remedium, in eodem scrobe defodere taleam lentisci,<sup>5</sup> inversa parte, quæ fuerit a cacumine. Uberrimas<sup>e</sup> autem ficus rubrica<sup>6</sup> amurca diluta et cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum<sup>h</sup> laudantur maxime nigræ, et in petrosis, quoniam frumenta<sup>7</sup> plurima habeant: caprificatio<sup>i</sup> ipsa post imbrem.



CAP. XLIV. 1 Verbum *est* deest in cod. Dalec.—2 'Ita Mss. Reg. 1. 2. et Editio princeps. In Ms. Reg. 5. et recentioribus editionibus, *aut penna pariter erumpant*. De insectorum pinnis vide supra Plinium xi. 33.' Brotier. *aut pinnæ parte erumpant* etiam Chiffi. *aut penna pariter erumpant* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Th. et cod. Dalec. *centinas*. Mox, pro *apium*, quod ex codd. restituit Harduinus, *apum* legitur in edd. vett. et Gronov.—4 Chiffi. *ipsi commoriuntur*.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Italicam lentiscum* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Chiffi. *lubrica*.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *nigræ ex petrosis quon. grana* (*κεγχραμίδας*) c Theophr.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *In ea culices*] Hæc ad verbum e Theophr. Hist. ii. 9. De his jam antea egimus xv. 21.

<sup>b</sup> *Exeundi tanta*] Theophrast. loc. cit.

<sup>c</sup> *Est et aliud*] Theophr. Γένος δέ τι καὶ ἕτερόν ἐστι τῶν ψηφῶν, ὃ καλοῦσι κεντρίνας. Hesychius, Κεντρίναι, γένος τι ζώων. Et Mss. Reg. Colb. Th. *centrinās*. Et mox, *fucis apium*, non *apum*.

<sup>d</sup> *Verorum et utilium*] Verorum culicem, qui caprificationi sunt utiles, quos illi, qui fucorum malitiam ignaviamque æmulantur, interimunt. Theophr. loc. cit.

<sup>e</sup> *Ipsi moriuntur*] Theophr. *intus moriuntur*: ἐναποθνήσκουσιν.

<sup>f</sup> *Taleam lentisci*] Vide Notas et Emend. num. 42.

<sup>g</sup> *Uberrimas*] Colum. de Re Rust. v. 10. p. 200. 'Semper conveniet, simul atque folia agere cæperint ficus, rubricam amurca diluere, et cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum, et farctum fici pleniorum ac meliorem.'

<sup>h</sup> *Caprificorum*] Sic Theophr. Hist. ii. 9. τὰ μέλανα τὰ ἐκ τῶν πετρωδῶν χωρίων. Frumenta vero grana sunt ficorum: qua voce jam antea usus, xv. 21.

<sup>i</sup> *Caprificatio*] Post imbrem ea recte peragitur, δταν ὕση. Theophr.



XLV. Inprimis autem cavendum, ne ex remediis vitia fiant: quod evenit nimia aut intempestiva medicina. Interlucatio<sup>j</sup> arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Vitis tantum tonsuram annuam quærit, alternam vero myrtus, Punicæ, oleæ, quia celeriter frutescunt. Ceteræ rarius tondentur, nulla autumno. Ac ne raduntur<sup>k</sup> quidem, nisi vere. Putatione plagæ<sup>l</sup> ad vitalia sunt omnia quæcumque non supervacua.<sup>1</sup>

XLVI. Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cavendum<sup>1</sup> ne in fervore Solis admoveatur, ne immaturum, ne validius quam opus sit. Urit vineas suillum, nisi quinquennio interposito, præterquam si riguis diluatur: et e coriariorum<sup>m</sup> sordibus, nisi admixta aqua: item largius.<sup>a</sup> Justum existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem soli natura decernit.<sup>2</sup>

XLVII. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. Si mala Punica<sup>a</sup> acida nascantur, ablaqueatis

<sup>a</sup> Item quodvis fimum vineas urit, si largius sit.

//////////

CAP. XLV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Frauz. vere. Putatione, plagæ ad vitalia sint omnes, et quacumque supervacua enodent. Similis, &c. Dalec. vere putatione. Plagæ ad vitalia sunt omnia quæcumque non supervacua: similis, &c. Gronov. et vulgg.

CAP. XLVI. 1 Similis stercoreis rat. sed eo gaudentibus cavendum margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. et Colum.—2 Cod. Dalec. decernit.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> Interlucatio] Quid ea sit, diximus c. 19.

<sup>k</sup> Ac ne raduntur] Raduntur arbores, ut muscus detrahatur, quibus infestantur. 'Muscus, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, situque et veterino macerat, ferro distringendus et eradendus est,' inquit Colum. iv. 24. Palladius in Febr. tit. 12. 'Muscus radatur, ubique repertus.' Idem Colum. xi. 2. in Maio: 'oleæ putantur, et emuscantur.' Salmasium miror, contra librorum omnium fidem, legi hic vel- le, Ac ne eradicantur quidem: cum

præsertim tonsuræ ac putationi ratio belle componatur: eradicatio, nullo modo.

<sup>l</sup> Putatione plagæ] Dum vites, inquit, et arbores putantur, plagæ fiunt usque ad vitalia omnia, quæ non sunt supervacua. Hoc est, lignum omne materiesque demitur in singulis ramis, usque ad eam quæ non sit omnino supervacua. Brevius, deputatur quicquid inutile.

<sup>m</sup> E coriariorum] De his egimus c. 6. Theophrasto de Causis III. 23. p. 287. σκυροδεψικὴ dicitur.

<sup>a</sup> Si mala Punica] Colum. v. 10.

radicibus fimum suillum adhibent: eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alii urina<sup>b</sup> hominis aqua mixta riganda censent quater anno, singulis amphoris: aut cacumina spargi vino lasere diluto. Si findantur<sup>c</sup> in arbore, pediculum intorqueri. Ficis utique<sup>d</sup> amurcam affundi. Ceteris arboribus<sup>e</sup> ægris fæcem vini, aut lupinum circum radices<sup>f</sup> earum seri. Aqua quoque lupini decocti circumfusa pomis prodest. Fici, cum Vulcanalibus<sup>f</sup> tonuit,<sup>2</sup> cadunt. Remedium est, ut ante stipula hordeacea areæ stringantur.<sup>3</sup><sup>g</sup> Cerasos præcoces facit, cogitque maturescere calx admota radicibus. Et hoc autem, et omnia<sup>h</sup> poma<sup>4</sup> intervelli melius est, ut quæ relicta sint,<sup>5</sup> grandescant.



CAP. XLVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ac lupinum circa radices Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. tonuerit.—3 Vet. Dalec. sternantur.—4 Ita codd. Harduini et edd. recentt. et hæc ante omnia poma Gronov. et vulgg. Cod. Dalec. etiam autem; Vet. Dalec. inter.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

p. 201. 'Quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo, et humano, urinaque veteræ radices rigato. Ea res et fertilem arborem reddit, et primis annis fructum vinosum, et post quinquennium dulcem et apyrenum facit. Nos exiguum admodum laseris vivo diluimus, et ita cacumina arboris summa oblevimus: ea res emendavit acorem malorum.' Hæc quoque Palladius, aliaque suggerit similia mendicamenta, l. iv. in Martio, tit. 9. p. 92.

<sup>b</sup> Alii urina] Pallad. loc. cit.

<sup>c</sup> Si findantur] Colum. loc. cit. 'Mala Punica ne in arbore rumpantur . . . ramulos, quibus dependent, intorqueto: eodem modo servabuntur incorrupta etiam toto anno.' Palladius item loc. cit.

<sup>d</sup> Ficis utique] Pallad. loc. cit. tit.

10. de ficu, post Columellam v. 10. p. 200.

<sup>e</sup> Ceteris arboribus] Pallad. lib. xi. in Octob. tit. 12. de pomis: 'Si ægra est arbor, fæces vini veteris ablaqueatæ oportet infundi,' &c. De piro similiter, in Febr. tit. 25.

<sup>f</sup> Vulcanalibus] De his, libro sequente, c. 35.

<sup>g</sup> Areæ stringantur] Sic Mss. editique omnes: recte. Sententia est, adversus vim tonitrui, ne ficus decidat, remedium illud a rusticanis hominibus adhiberi: areas nimirum stipula hordeacea spisse ac dense spargi. Id enim vox ea, stringi, hoc loco sonat.

<sup>h</sup> Et hoc autem, et omnia] Cerasum, inquit, et alia poma. Hoc illud est, quod Palladius ait, in Junio, tit. 5. 'Nunc pira, vel mala, ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt

(XXVIII.) Quædam pœna emendantur, aut morsu<sup>i</sup> excitantur, ut palmæ et lentisci. Salsis enim<sup>j</sup> aquis aluntur. Salis vim et cineres, sed leniorem, habent: <sup>6</sup> ideo fici asperguntur, rutaque,<sup>7k</sup> ne fiant verminosæ, neve radices putrescant. Quin et vitium<sup>l</sup> radicibus aquam salsam jubent affundi, si sint lacrymosæ: si vero fructus<sup>m</sup> earum decidant, cinerem aceto conspergi,<sup>8</sup> ipsasque illini, aut sandaracha, si putrescat uva. Si vero fertiles<sup>n</sup> non sunt, aceto acri subacto cinere rigari atque oblini. Quod si fructum<sup>o</sup> non maturent, prius inarescentem, præcisarum ad radices plagam, fibrasque, aceto acri et urina veltusta madefacere, atque eo luto obruere, sæpe fodere.<sup>9</sup> Olearum,<sup>p</sup> si parum promisere fructus, nudatas radices hyberno frigori opponunt, eaque castigatione proficiunt. Omnia hæc annua cœli ratione constant: et aliquando serius poscuntur, aliquando celerius. Necnon ignis aliquid<sup>to</sup> prodest, ut arundini: ambusta namque densior mitiorque surgit.

recentt. sunt Gronov. et al. vett.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et cinis, sed leniorem, habet* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. *ideo fici asperguntur ruta* Gronov. et al. vett. ‘Lego, rutaque, ne, &c. e Theophr.’ Dalec.—8 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Chiffi. *aceto aspergi* edd. ante Brotier.—9 Dalec. *et sæpe*

## NOTE

quæcumque vitiosa, ut succens, qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur.’ Affinis est earum vocum significatio, ‘interlegi,’ ‘intervelli,’ ‘interradi.’ Vide quæ de hac postrema diximus xv. 2. ‘Intervelli’ dixit pariter Columella iv. 33.

<sup>l</sup> *Aut morsu*] Si acria affundantur radicibus, quibus hæ quasi morsu ac vellicatione quadam excitentur. Theophr. de Causis iii. 23. pag. 287. Αἱ δὲ βίξαι δέονται τῆς ἀναδήξεως. . . Καὶ γὰρ ταύταις παραχέουσι καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὴν σκυτοδεψικὴν παραβάλλουσιν. *Et radices arborum morderi desiderant. . . idcirco his affundunt urinam, et pellium sæces accumulunt.*

<sup>j</sup> *Salsis enim*] Vide quæ diximus c. 3.

<sup>k</sup> *Ideo fici . . . rutaque*] Hoc de ruta speciatim Palladius in Martio, tit. 9. Fico idem, ne verminosa fiat, amurcam affundit, aut veterem urinam.

<sup>l</sup> *Quin et vitium*] Auctor Geopon. v. 37. περὶ ῥυάδων ἀμπέλων.

<sup>m</sup> *Si vero fructus*] Geopon. loc. cit.

<sup>n</sup> *Si vero fertiles*] Geopon. v. 35.

<sup>o</sup> *Quod si fructum*] Geopon. v. 32. et 33. Pallad. lib. iv. in Martio, tit. 7. pag. 86. ‘Ægras vites, vel quibus fructus arescit, circumfodies, et urinam veterem suffundes. Item cinerem sarmenti vel querci aceto mixtum subjice,’ &c.

<sup>p</sup> *Olearum*] Plura sterilitatis olearum remedia suggeret auctor Geopon. ix. 10.

Cato<sup>9</sup> et medicamenta quædam componit, mensuræ quoque distinctione, ad majorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam amurcæ, et aquæ portionem æquam, ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi jubens. In olea hoc amplius, stramentis antea circumpositis: item fico. Hujus præcipue vere<sup>r</sup> terram<sup>11</sup> adaggerari radicibus: ita futurum, ut non decidant grossi, majorque fœcunditas, nec scabra proveniat. Simili modo,<sup>s</sup> ne convolvulus<sup>12</sup> fiat in vinea, amurcæ congios duos decoqui<sup>13</sup> in crassitudinem mellis, rursusque cum bituminis tertia parte, et sulfuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat<sup>t</sup> sub tecto. Hoc vites circa capita ac sub brachiis



*fodere.*—10 Vet. Dalec. *aliquibus.*—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ante c. item fico.* H. p. *veterem terram* Gronov. et al. vett.—12 Chiffi. *ne convolvulus.*—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *deco-*

#### NOTÆ

<sup>9</sup> Cato] De Re Rust. c. 93. p. 55. 'Olea si fructum non feret, ablaqueato. Postea stramenta circumponito. Postea amurcam cum aqua commisceto æquas partes. Deinde ad oleam circumfundito: ad arborem maximam amphoram commixti sat est: ad minores arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, eæ quoque meliores fient: ad eas tamen stramenta ne addideris.'

<sup>r</sup> Hujus præcipue vere] Ita Mss. Cato cap. 94. pag. 56. 'Fici uti grossos teneant, facito omnia, quo modo oleæ, et hoc amplius. Cum ver appetet, terram adaggerato bene. Si ita feceris, et grossi non cadent, et fici scabræ non fient, et multo feraciores erunt.' Prius insulse *veterem terram* in libris hactenus editis legabatur.

<sup>s</sup> Simili modo] Et hoc ex Catone ad verbum c. 95. p. 56. 'Convolvulus in vinea ne siet, amurcam condito, puram bene facito, in vas æneum indito

congios duos: postea igni leni coquito, rudicula agitato crebro, usque adeo dum fiat tam crassum quam mel. Postea sumito bituminis tertiarium, et sulfuris quartarium. Conterito in mortario seorsum utrumque. Postea infriato quam minutissime in amurcam caldam, et simul rudicula misceto, et denuo coquito sub dio. Nam si in tecto coquas, cum bitumen et sulfur additum est, exardescet. Ubi erit tam crassum quam viscum, sinito frigescat. Hoc vitem caput et sub brachia unguito, convolvulus non nascetur.' *Convolvulus* Græcis ζ, λκδς, dicitur: vermiculus vitium foliis sese involvens: quocirca 'involvulum' Plantus appellat, in Cistell. iv. 2. 63. 'Imitatur nequam bestiam et damnificam. PII. Quamnam, amabo? LA. Involvulum, quæ in pampini folio intorta, implicat se.' Et Festus: 'Involvulus, vermiculi genus, qui se involvit pampino.'

<sup>t</sup> Exardescat] Ita Mss. sat recte: Cato, magis proprie, *exardescet*.

ungi: ita non fore convolvulum. Quidam contenti sunt fumo hujus mixturæ suffire vineas secundo flatu, continuo triduo. Plerique non<sup>u</sup> minus auxilii et alimenti<sup>14</sup> arbitrantur in urina, quam Cato in amurca, addita modo aquæ pari portione, quoniam per se noceat. Alii volucre<sup>15 v</sup> appellant animal prærodens pubescentes uvas: quod ne accidat,<sup>w</sup> falces, cum sint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant: sanguine<sup>16</sup> ursino liniri volunt post putationem easdem. Sunt arborum pestes et formicæ. Has abigunt,<sup>x</sup> rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus: nec non et pisce suspenso juxta in unum locum congregant: aut lupino trito cum oleo radices linunt. Multi et talpas<sup>17 y</sup> amurca necant: contraque erucas,<sup>z</sup> et mala ne putrescant,

//////////

tos Gronov. et vulgg.—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. et *adjumenti*.—15 Ita codd. Harduini omnes; item edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. Alii *volucrem* Gronov. et vulgg.—16 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aut *sanguine* Gronov. et al. vett.—17 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *Multi et has et talpas* Gronov. et vulgg. Mox, *contraque uricas* Chiffi. et paulo post in eodem codice, *contra urucas*, &c.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Plerique non*] Colum. v. 9. pag. 198. de olea: 'Sed et sine ablaqueatione adjuvanda est amurca insulsa, cum suilla vel nostra urina vetere: cujus utriusque modus servatur. Nam maximæ arbori, ni tantundem aquæ misceatur, urna abunde erit.'

<sup>v</sup> *Alii volucre*] Diversum a convolvulo animal. Neque enim convolvulus pubescentes prærodit uvas: sed vermiculus erucæ minimæ speciei, colore cinereo, ex ipsius erucæ ovis natus. Pedunculos *phœipas* vocat auctor Geopon. v. 30. p. 147. Vide Notas et Emend. num. 43.

<sup>w</sup> *Quod ne accidat*] Colum. de Arboribus c. 15. et Geopon. auctor, loc. cit. Palladius l. 35. p. 28. ursinum adipem pariter ad eos usus laudat.

<sup>x</sup> *Has abigunt*] Palladius lib. IV. in Martio, tit. 10. cap. de ficu, pag.

98. 'Si formicæ molestæ sunt, rubrica, butyro et pice liquida mixta, circa truncum debet induci. Alii coracinum piscem contra formicas in arbore suspendendum esse confirmant.' Idem et lupinum ad eam rem commendat, lib. I. tit. 35.

<sup>y</sup> *Multi et talpas*] Alia adversus illas remedia Palladius affert, in Martio, tit. 9. 'Contra talpas prodest catos frequenter habere in mediis carduetis. Mustelas habent plerique mansuetas. Aliqui foramina earum rubrica et succo agrestis cucumeris impleverunt. Nonnulli juxta cubilia talparum plures cavernas aperiant, ut illæ territæ fugiant Solis admissu. Plerique laqueos in aditu earum setis pendentibus ponunt.'

<sup>z</sup> *Contraque erucas*] Mss. omnes ubique *urucas* præferunt.

lacertæ viridis felle tangi cacumina jument. Privatim autem<sup>a</sup> contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis,<sup>18</sup><sup>b</sup> nudis pedibus, recincta. Item ne quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aspergi folia, quoties imber interveniat, quoniam ita<sup>c</sup> abluatur<sup>19</sup> virus medicaminis: mira quædam excogitante solertia humana. Quippe cum averti carmine grandines credant plerique: cujus verba inserere<sup>20</sup> non equidem serio ausim, quanquam a Catone prodita,<sup>d</sup> contra luxata membra, jungenda arundinum fissuræ.<sup>21</sup><sup>e</sup> Idem arbores<sup>f</sup> religiosas lucosque succidi permisit, sacrificio prius facto: cujus rei rationem precatationemque eodem<sup>22</sup> volumine tradidit.

//////////

—18 Vet. Dalec. *incitatis mensibus*; cod. Dalec. *incitati ventris*.—19 Chiffi. *obluatur ita*.—20 Dalec. *plerique*. *Verba inserere*.—21 Dalec. *jungendo arundinum fissuram*.—22 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *rei notionem, rationemque* cod. Dalec. *rationem notionemque* al. ap. Dalec. *cujus rationemque* Chiffi. *rationem quoque eodem* Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Privatim autem*] Vide quæ dicturi sumus xxviii. 23.

<sup>b</sup> *Muliere incitati mensis*] Mulieri quæ in menstruis est, cui menses fluunt.

<sup>c</sup> *Quoniam ita*] Quoniam adveniente mox imbre fimi virus omne abluatur.

<sup>d</sup> *A Catone prodita*] Cap. 160. de Re Rust. pag. 89. 'Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. Arundinem prende tibi viridem P. iv. ant v. longam. Mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare in malo. S. F. (hoc est, 'sanitas fracto: ') motas danata daries dardaries astataries. Dic. una pares usque dnm coëant. . . . Ubi coërint, et altera alteram tetigerit,' &c.

<sup>e</sup> *Arundinum fissuræ*] Carmini adjungitur arundo fissa: luxato membro applicatur: carmen recitatur, dum arundo gemina coëat.

<sup>f</sup> *Idem arbores*] Cato de Re Rust. c. 139. p. 53. 'Lucum collucare Romano more sic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito. Si Dens, si Dea es, quojum illud sacrum est, uti tibi jus siet porco piaculo facere illiusce sacri coërcendi ergo,' &c. Luci sacri scilicet erant incædni. Ovid. Met. viii. 743. 'Ille etiam Cereale nemus violasse securi Dicitur, et lucos ferro temerasse vestustos.' Itaque modum docere voluit Cato, quo rite et sine piaculo id fieret. 'Conlucare,' inquit Festus, (verbo 'Sublucare,') 'est succisis arboribus locum implere luce. Sublucare arbores, est ramos earum supputare, et veluti subtus lucem mittere.' Et verbo ipso 'Conlucare:' 'Conlucare dicebant, cum profanæ sylvæ rami deciderentur officientes lumini.' Glossæ Græco-Lat. Διακαθαίρω δένδρον, *conlucare*.

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XVII.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

---

1. CAP. I. *Sed prius mirari succurrit, qua retulimus penuria pro indiviso possessu a feris]* Sincerissima hæc est omnium codicum lectio, Reg. 1.

2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffli. aliorumque, nunc primum a nobis restituta: cum interpolatorum scelere in vulgaris libris ita legeretur, *quæ abstulimus penuria*, vel *pæne injuria*, labefactata prorsus hujus loci sententia. Innuvit enim Plinius haud obscure, docuisse se aliquanto prius arborum fœtus non hominum modo, sed et ferarum quoque, volucrumque usibus destinatos. Atque id sane verbis conceptis prodidit ipso libri superioris exordio, ubi de pomiferis arboribus agens: 'id munus etiam,' inquit, 'feris volueribusque dedimus.'

2. CAP. II. *Ad cæli cuiusque mores]* Prius legebatur *insulse, minores*. At præterquam *mores* habent exemplaria omnia manu exarata, Reg. Colb. Th. est usu recepta Latinorum ea forma loquendi, 'cæli mores,' Plinioque ipsi XIV. 3. ubi 'cæli mores' dixit, 'solique ingenia.' Virgilio quoque Georg. 1. 51. 'Ventos, et varium cæli prædiscere morem Cura sit, ac

patrios cultusque habitusque locorum.' 'Cæli statum' dixit Colum. de Re Rust. 1. 1.

3. Ibid. *In Africa meridiem vineas spectare, viti inutile, colono insalubre est]* Columella Plinio suffragatur de Re Rust. III. 12. pag. 110. 'Ferventibus provinciis, ut Ægypto et Numidia, uni septemtrioni rectius opponentur,' vineta scilicet. Quapropter visa longe est potior scriptura codicum Mss. in quibus *colono insalubre* legitur, quam editorum, in quibus, plane contra scriptoris mentem, et a veritate prorsus abhorrente sententia, *colono salubre*. Irrepserat et alterum paulo post insigne mendum, præpostera interpunctione, quam nos omnium primi sanavimus. Sic enim libri editi exhibent: *Quapropter qui ibi (in Africa) in occasum aut septentriones conseret, optime miscabit solum cælo, cum Virgilius occasus improbet. Nec de septentrione relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positus, compertum esse nullas esse fertiliores. Cui vero, amabo, idonea ea ratio videatur, cur probetur occasus in Afri-*

ca, quod Virgilius occasum improbet? Scribi nempe, ut curavimus, oportuit: *optime miscebit solum cælo. Cum Virgilius occasus improbet, nec de septemtrione relinquī dubitatio videtur*: quam emendationem et ipsa orationis series, et interpretatio nostra corroborat.

4. Ibid. *Similis et fluminum, stagnorumque ratio. Nebulis adurunt, aut æstuantia refrigerant. Opacitate, atque rigore gaudent, quæ diximus*] Locum hunc partim ope codicum ante laudatorum refinximus, partim ex indubitata conjectura aliter, quam olim, interpunximus. Sic enim prius legebatur, *Nebulis adurunt, et æstuantia refrigerant opacitate, atque etiam, &c.* In Mss. omnibus, aut. Atqui prior pars hujus orationis, *nebulis adurunt, &c.* ad flumina et stagna spectat, ut diximus. Posterior, *opacitate, &c.* ad arbores, quæ varios cæli situs postulant.

5. CAP. III. *Terram amaram, sive macram, si quis probare velit, demonstrant eas atræ, degeneresque herbæ*] Sic totidem plane literis et apicibus Colb. 1. 3. et Paris. nisi quod *eam* habent, non *eas*. At in Reg. 1. 2. Colb. 2. Thuan. et aliis, *eas* legitur. In his tamen posterius appellatis mutila sententia est in hunc modum, *Terram amaram probaverim, demonstrant eas, &c.* Unde Salmasius ita refingit, in Solin. pag. 114. *Terram amaram probaverim demonstrantia atræ degenerisque herbæ, &c.*

6. Ibid. *Erit igitur hæc optima et operi, et satis*] In edit. Parm. et operi sativa. Hermolaus, et operi satior. Reg. 1. et Colb. ac Chiff. et operi satia. Reg. 2. et Tolet. et operiet sata. Unde Pintiani conjectura fuit, quam secuti sumus, et operi, et satis. Conjecturam egregie firmamus, ex auctore Geoponicon 11. 8. pag. 46. ita statuente, laudatissimum esse solum terræ nigræ, quia et ad sata percommoda sit, nec repugnet operi,

καὶ πρὸς σπέρμα ἐπιτηδείως ἔχουσα, καὶ μὴ δυσεργής. Sed et haud paulo validiore argumento, ex ipsius Plinii verbis, qui paulo ante, cum de argilla et rubrica ageret, ubi operi difficillimas has esse dixit, subjicit idem, 'Quanquam non quod operi, hoc et fructui sit adversum.' Unde liquido intelligas in probatione terræ dotem hanc geminam ab eo desiderari, ut et operi optima sit, et satis, seu frugibus.

7. CAP. IV. *Signini modo*] Prius legebatur, *cymini modo*. Cyminum vero nocere solo nusquam legere me memini. Neque vero *cymini* habent Mss. ulli codices, sed, uti curavimus edi, *Signini*, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiff. vet. Dalec. Glyssomargam vero recte intelligimus, cum densius justo immittitur, instar pavimenti Signini sua spissitate hoc afferre incommodi, quod Theophr. de Causis 111. 28. p. 293. creari monet ab humido limosoque solo, cum siccat, ut commissa semina oblinat, obstruatque, adeo ut transmittendi potestatem adimat. Signini operis densitatem, præter ea quæ sumus alibi dicturi, illud Columellæ dictum arguit, 1. 6. 'Solum terrenum . . . velut Signinum opus, paviculis condensatur.'

8. CAP. IX. *Aut insito et consecto arboris trunco*] Forte sincerior lectio Reg. 2. et Tolet. quem Pintianus laudat, *aut insito in consecto arboris trunco*. Modum enim insitionis explicat, quem diximus, qui consecto fieret fissoque summo arboris trunco, insertisque eo surculis, *enter en fente*. De eo inserendi modo Virgilius Georg. 11. 78. 'Aut rursus enodes trunci rescantur, et alte Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur: nec longum tempus, et ingens Exiit ad cælum ramis felicibus arbor: Miraturque novas frondes, et non sua poma.' Alteram simul inserendi viam, quæ fie-



bat semine, uti dictum est cap. 22. subobscure Plinius indicat: cum et altera ratione, hoc est, et consecto arboris trunco, fieri insitionem docet. Cave porro Dalecampium audias, hæc verba, *consecto arboris trunco*, sic interpretantem, 'Conciso frustolatim et in terram demisso: ' quod quemadmodum fieri possit, nemo qui agricolationi studuerit, novit: etsi Dalecampium hac parte Virgilii quosdam interpretes secutos intelligimus.

9. CAP. XI. *Sic et spinas sepi causa serunt, tomice moris spinarum circumlita. Pilas autem laurus et myrti inopia a trimatu tempestivum est transferre*] Sic libri omnes, tum exarati manu, tum etiam typis editi. Has vero pilas concoquere Dalecampius cum minime posset, nec capere quid ex sibi vellent, quid ea vox valeret, sic immutare, seu verius pessumdare locum hunc omni ope nitebatur, *Pulas autem lauros et myrtos ænopas, a trimatu, &c.* Lauros deinde ac myrtos ait, cum sint grandiores, a colore subnigro *οἰωράς* vocari. Quosdam legere addit idem: *Pullos autem lauri et myrti in inopia.* Alios, *Pullulos autem.* Sed nec a germana hujus loci scriptura, quam exemplaria omnia præ se ferunt, discessisse oportuit, et quid *pilæ* essent decuit indagare solertius. Est enim hujus loci sententia, ut diximus, baccas lauri myrtique, reste seu tomice, uti dictum est, circumlitas, atque adeo pilarum effigiem exhibentes, atque ita satas, ubi cogit inopia, statim a trimatu tempestive transferri. Myrtum quidem ita seri, non ex Plinio modo, hac ipsa sect. liquet, sed et ex Florentino in Geoponicis, ut diximus prioribus Notis. Sic Palladius, in Martio, tit. de citreo, 'Potest hinc trima planta transferri.'

10. CAP. XIV. *Ob hoc pavitur vestigiis*] Sinceriorem hanc arbitrati sumus Chiffi. codicis lectionem, quam

librorum hactenus editorum, *ob hoc pariter vestigiis*: Catonis inprimis auctoritate adducti, a quo manasse hæc videntur. Is enim de Re Rust. cap. 151. ubi terram supercerni seminibus cribratam jussit, 'id bene tabula,' inquit, 'manibus, aut pedibus complanato: ' quibus verbis gravius onus excipitur.

11. CAP. XV. *Ruriores serendas in campestribus*] Hoc est, versu et ordine laxiore. In libris hactenus editis *aridiores* perperam. In Mss. Reg. Colb. Th. et Tolet. *ariores*: unde nos *rariores* elicimus. Antecedit enim, *Intervalla ex loci natura sumuntur.* Vox autem *rariores spatii* et intervalli laxitatem notat. Sic ipse Plinius, cap. 35. pluvio et caliginoso tractu *rariores vineas* poni jubet, sicco densiores. Et, quod caput rei est, sicut *rariores* hoc loco monet serendas in campestribus arbores, sic vera vice cap. 19. hujus libri 'per se colles minora' arborum 'quæreret intervalla' docet: quod Theophrasti quoque calculo, ipsaque experientia comprobatur.

12. CAP. XVI. *In pronis palmo amplius*] In libris hactenus editis modo *pruinis*, modo *prunis* legitur. Nos ex indubitata conjectura *pronis* admisimus: scrobium enim distinctionem ex terreni diversitate facit: præcessit enim, 'Altitudinem earum in argilloso aut duro solo trium cubitorum esse: ' unde apposite sequitur, *In pronis vero palmo amplius.* Et plane constat Columellam 11. 13. acclivibus locis semipedem amplius alte fodiendum, quam campestribus, præcipere. 'Campestris locus,' inquit, 'alte duos pedes et semissem infodiendus est: acclivis regio, tres.'

13. Ibid. *Quino semipede*] Hoc est, ut diximus, pedibus binis et semisse: non, uti Dalecampius putavit, et Casanbonus, ad Theophr. Charact. pag. 113. quatuor pedibus et semisse. A Xenophonte id Plinius

habet, cujus hæc oratio de scrobibus, in *Æconomico*, pag. 864. *Τίνα οὖν αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριπόδου; οὐδὲ μὰ Δί, ἔγωγε ἔφην, πενθημιπόδιου. Vidistine, inquit, scrobem tribus pedibus altiore? Sed neque me hercule, inquam, duobus pedibus et semisse. Πενθημιπόδιον vertere Plinius potuisset, sester-tiam pedem, ut erat in XII. Tabulis, teste Volusio Mæciano: sed Græco more maluit quinto semipede dicere. Pergit porro idem Xenophon de latitudine pronuntiare pariter cum Plinio: *Τί δὲ; τὸ πλάτος ἤδη τινὰ τριπόδου πλέον εἶδες; οὐδὲ μὰ Δί, ἔφην ἐγὼ, διπόδου. Quid autem? nunquam vidisti scrobem aliquando, cujus latitudo tres pedes excederet? Immo, inquam, non supra duos pedes.**

14. *Ibid. Nusquam vero sesquipede minus altos] Pintiannus frustra repone nititur: Nonnunquam vero, contraria plane sententia. Plinius Xenophontem, ut diximus, Græcosque scriptores sequitur, quorum placita de scrobibus exscribi nunc a se ipse prodit. Sic enim ille loco cit. Ἰθὶ δὴ καὶ τόδε ἀπόκριναί μοι, ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βάθος ἐλάττωνα ποδίων; οὐδὲ μὰ Δί, ἔφην ἔγωγε, τριημιπόδιου. Age vero etiam hoc mihi respondeto, num quam vidisti scrobem, quæ non esset pedem unum alta? Immo vero, nullam, quæ non tertium semipedem, hoc est, sesquipedem alta foret, inquam ego. Ac paulo post denique colligit scrobem fodi nullum, duobus pedibus ac semisse profundio-rem, hoc est, quino semipede: nul-lum, sesquipede: οὐτε βαθύτερον πενθημιπόδιον οὐτε βραχύτερον τριημιπόδιον. Theophr. quoque *Hist. II. 7. τριῶν ἡμιπόδιον* dixit, ubi recte Gaza, ternis semipedibus, hoc est, sesquipede. Sic *XXVI. 46. sesquibolum* Plinius dicit, ubi Dioscorides *IV. 177. τρία ἡμιβόλια.**

15. *Ibid. Quoniam in humido solo] Dalecampius contra fidem omnium exemplarium, contra scriptoris sententiam, atque adeo contra rem ip-*

sam, scribit, *Quamvis in humido solo. Negat Plinius ultra sesquipedem proferri fossuram oportere, in humido solo, quoniam ibi nocet aquæ vicini-tas. Græcorum disciplinam, ac Xenophontis instituta amplectitur, qui totidem fere verbis loco cit. Ἐπεὶ ἐν γε τῇ ὑγραῖ ὀρύττων βαθὺν, ὕδωρ ἂν εὐρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δύναιο εἶτι ἐν ὕδατι φυτεῖν. Suffragatur etiam Colum. *III. 13. pag. 112. 'Nisi tamen, si scaturigo palustris obvia, sicut in agro Ravennate, plusquam sesquipe-dem prohibeat infodere.'**

16. *Ibid. Testas, aliqui lapides] Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. Colb. Th. ceterorumque, cum prius perverse legeretur, terra. Aliqui lapides. Haud dubie Plinius Maronem notat in Georgicis ita præcipientem, *II. 348. 'Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas. Inter enim labentur aquæ, tennisque subibit Halitus, atque animos tollent sata. Jamque reperti Qui saxo super atque ingentis pondere testæ Urgerent: hoc effusos munimen ad imbres: Hoc, ubi hinc siti findit Canis æstifer arva.'**

17. *Ibid. Quo vitio carent reliqua poma similiter sata] Vel ipsa orationis structura clamat superfluere negationem, quæ hoc loco irrepserat, quo vitio non carent. Eam igitur intrepide erasmus, non admonitu modo codicum Reg. Colb. Th. aliorum-que, a quibus ea abest, sed Theophrasti magis, docentis de Causis *v. 7. pag. 332. et cap. 11. pag. 336. quæ lentisco aut scillæ inserta terræ mandantur, et meliora evadere, nec vermiculationem sentire: ὕσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν, ἢ σκίλλη, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἔνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν. . . . ἐν σχίνῳ δὲ φυτεύμενα πάνθ' ἤττον σκωληκώβρωτα.**

18. *CAP. XVIII. Necat gramina et pinus: sed utraque (pinus et juglans) ventis resistit: qua jam et protecta vicinarum ratione egent] Non uno vitio*

rabat hic locus, antequam ei medicinam faceremus. Editi hactenus libri, *Necat germina*: at Mss. omnes *gramina* incredibili consensu exhibent: et mox auctor ipse graminis se inprimis rationem habuisse suadet, cum ait: *Jucunda et platani umbra: licet gramini credere, haud alia lætius operiente toros.* Partem deinde alteram hujus loci sic libri omnes tum exarati manu, tum editi, repræsentant, *Quoniam et protecta vinearum ratione egent.* Quibus verbis cum nulla subesse legitima sententia possit, alii aliter emendare conati. In editione Elzeviriana, satis sane confidenter, vocum sedibus permutatis, nec satis tamen feliciter, cum nulla ob id elici sententia probabilis possit, legitur: *ventis quoniam resistit, protecta vinearum ratione egent.* Fuit cum legendum putarem, *quoniam protectis* (vel *protectu*) *vinearum rationes egent*, Pellicerium secutus in Notis Mss. Sed in ea voce, *quoniam*, indicari causam cur ventis resistat, vis quidem vocabuli exigit, at reddi hoc loco nec oratio patitur, nec ratio. Itaque non infelici, ut remur, conjectura, *qua jam pro quoniam restitimus*: qua levissima mutatione jam sua constat orationi Plinianæ integritas, sententiaque. Vult enim eo nomine, quod ventis arbor utraque resistit, utroque illo genere *protecta vinearum egere.* Sunt autem *protecta*, (sive *projecta*, ut quidam Mss. exhibent, quod perinde est, nam est vox utraque ejusdem significatus,) quæcumque umbres aut ventos arcent. Sic xvi. 14. '*projecta*' sive '*protecta* tuguriorum': est enim protegere, tecum projicere, ut ex Tullio discimus in Topicis. Usus ea voce Ulpianus, leg. Quæmadmodum, Dig. ad Legem Aquiliam: '*Si protectum meum, quod supra domum tuam et nullo jure habebam, recidisses,*' &c. Porro *qua ratione*, neque enim id omitti debet, familiaris Plinio locutio est, ut ex Iudice apparebit.

19. CAP. XIX. *Olea . . . . de qua Catonis Italica sententia est: in XXV. pedibus minimum, plurimum XXX. seri]* Sic libri omnes, etiam Mss. Quanquam non placet ea lectio Pintiano, qui legendum censet, *de qua catholica sententia*: Nam Catonis ut legatur, inquit, nullo pacto procedit: cum apud Catonem hoc præceptum nusquam appareat. At apparet sane, nam exstat illud planissime, cap. 16. pag. 12. '*Hoc genus,*' inquit, '*in xxv. aut in xxx. pedes conserito.*' Id vero placitum Italico tantum cælo congruere Plinius admonet, cum subjungit statim, '*sed hoc variatur locorum natura,*' agitque de Bætica deinde, et Africa.

20. CAP. XXIV. *Hoc est, germinatione turgentes . . . . nec tenuiores digito minimo]* Ita rescripsimus, tum ope codicum Reg. Colb. Th. et Cliff. tum ipsius Columellæ, cujus exscribere verba videtur Plinius noster, e libro nempe sexto, cap. de insitione arborum: '*Ex qua arbore,*' inquit, '*inserere voles, et surculos ad insitionem sumpturus es, videto, ut sit tenera et ferax, nodisque crebris: et cum germina tumbant, de ramulis anniculos, qui Solis ortum spectant, et integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi. Surculi sint bifurci, vel trifurci,*' &c. Prius legebatur: *Hoc est, gemmatione turgentes . . . digito medio*: cum in Mss. codicibus *germinatione*, et *minimo* planissime scriptum sit. Nec tamen *germatione* legi penitus improbamus, cum ipsam *gemma* legi oporteat, ut ait Columella, loc. cit. '*quæ bene apparebit, certamque spem germinis habebit.*' Et Palladius, in Martio, tit. 10. de pomis: '*Melius proveniet, si ponendus ramus gemmata jam matre sumatur.*' Et in Febr. tit. 17. '*Ubi incipit gemma arborum turgescere.*' Sed veterum exemplarium vestigiis integra fide insistere magis placet.

21. Ibid. *Incolume cuneo adactum*] Nempe insitum. Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Paris. Th. Alii obscuriore vel plane nulla sententia *incolumi cuneo* legunt. Nostram emendationem, interpretationemque adjuvat egregie Theophr. de Causis 1. 6. p. 205. Καὶ δταν σχίσαντες ἐντιθῶσι τὸ ἔνθεμα, σφηνοειδὲς ποιήσαντες, ἐν σφύρα ἐλαύνουσιν, ὅπως ὅτι μάλιστα προσαχθῆ. Hoc est, interprete Gaza: *Cumque trunco leviter fisso inserendum jam est, surculum cuspidatum decisum malleo adigunt, ut quam maxime deprinatur, et committatur.*

22. CAP. XXVI. *Postea Etereius . . . hæc Etereiana melior*] In libris hactenus editis: *Postea hæres ejus . . . hæc Corelliana melior.* In Mss. Reg. Colb. Th. Paris. &c. *Postea hereteius . . . hæc terreiana melior.* Quæ etsi sunt amanuensium vitio inquinata, vestigia tamen nobis monstrare lectionis sincerioris eruedæ: neque hujus tantum loci, sed et alterius, castigandi viam aperuere: lib. nempe xv. cap. 25. in quo cum ad hunc diem legeretur, 'Laudatior Corelliana castanea, et ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, Meterrana,' indubitata conjectura *Etereiana* reposuimus: hunc enim a Plinio signari locum, quem tractamus, minime dubium est. Ex Inscriptionibus Gruteri p. 678. *Etereius* et *Etereia* familiæ Romanæ nomen fuisse, cognomenve haud ignobile, intelligimus.

23. CAP. XXVII. *Præterquam talea*] Sic libri omnes etiam manu exarati, quos vidimus, etsi contrario sensu, *præterque talea*, reponere nititur Pintianus. Theophrastum Plinius hoc loco, ut fere alias sequitur, cujus hæc verba hist. 11. 1. Συκῆ δὲ τοὺς μὲν ἄλλους τρόπους φέεται πάντας ἀπὸ δὲ τῶν πρέμων καὶ τῶν ξύλων οὐ φέεται. *Ficus quoque omnibus modis emergit, præterquam ramo avulso, et talea.*

24. CAP. XXVIII. *Quoniam in ulmo eam inseri*] Sincerissima hæc omnium librorum scriptura est, Reg. 1. 2.

Colb. 1. 2. 3. Th. Paris. &c. vetustiorumque etiam editionum, Parm. Venet. Brix. ante Hermolauum, qui, *Quoniam ramo eam seri*, maluit: quod subsecuti deinceps editores ultro amplexi sunt: sed frustra. Non serendi, sed inserendi modum Plinius notat, quem fulgurum religio prohibet: quoniam, ut dictum est xv. 17. 'non omnia insitu misceri fas est:' ac ne morus inprimis ulmo inseratur, etiamnunc hodie servari audio: et Palladius in Febr. tit. 25. p. 78. id confirmat, veluti hunc locum subsignans: 'Inseritur autem,' inquit, 'morus in fico, et in se tantum sub cortice. Ulmo insita comprehendit: sed parturit magnæ infelicitatis argumenta.'

25. CAP. XXIX. *Gemma vel oculo serrato*] Ita ex Catone rescripsimus, cum prius insulse legeretur, *vel oculos serito.* Oculum servari, hoc est, gemmam e terra exstare unam præcipit. Sic ipse Plinius de vite imperat, cap. 25. libri hujus, ut gemmascere incipiat calamus, nec plus quam binis ab insito emineat oculis.

26. CAP. XXX. *Ad Vergiliarum occasum, quatuor soli dies sunt, quibus seri noceat*] Oleas nimirum. Sed cum in libris fere omnibus legatur: *XIV. soli dies sunt*, evenisse id librorum incuria haud temere suspicamur, qui, pro *quatuor* legerint *quatuordecim*. Nec felicior Pintiani conjectura, qui, levissimis ductus argumentis, *VIII. soli dies*, scribi censet oportere. Detegit utrorumque errorem ipse Plinius c. 2. hujus libri: 'Circa Vergilias quidem pluere,' inquit, 'inimicissimum viti et oleæ, quoniam tunc coitus est earum: hoc est illud quadriduum oleis decretorium,' &c. Et xviii. 69. illud ipsum argumentum persecutus: 'Aliud hoc,' inquit, 'quatruiduum est, . . . decretorio die florentibus oleis, vitibusque,' &c.

27. CAP. XXXII. *Omnibus annis confodi jubent*] Sunt qui *configi* legant

ex quibusdam Mss. Male, cum sequatur statim, 'Perticalis, et virga, et talea seritur, fossura eadem,' nempe quæ in viminali recepta est, de qua nunc sermo. Et Colum. iv. 30. p. 162. 'Fodienda sunt primo triennio salicta crebrius, ut nonnulla vincta: cum deinde convaluerint, tribus fossuris contenta sunt: aliter culta celeriter deficient.'

28. CAP. XXXIII. *Tempus conserendi*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. non, uti est hactenus editum, *inserendi*. Et saue Columella, a quo hæc profecta, iv. 32. p. 164. 'Tempus repastinandi et conserendi est prius quam oculi arundinum egerminent.' Tamen et *inseri* dictum alibi a Plinio pro *conseri* scimus.

29. CAP. XXXIV. *Recusat eadem glaream, rubricam, cretam*] De castanea loquitur. In libris ad hunc diem vulgaris legitur, *Gallicam*. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. et vet. Dalec. *gallean*: nos *glaream* certissima conjectura admisimus, astipulante Palladio lib. XII. in Novemb. cap. de Castanea: 'In spisso agro,' inquit, 'et rubrica vix provenit. In argilla et glaream non potest nasci.' Columella quoque, iv. 33. 'Dumosi glareosique montes, atque ea genera terræ quæ diximus, (spissum et rubricosum,) glandem magis, quam castaneam postulant.'

30. Ibid. *Minus morosa nasci*] Superior visa hæc lectio est codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. et vet. Dalec. quam librorum hactenus editorum, *nimis morosa*. Sententia enim est, æsculum non, uti castaneam, recusare glaream, rubricam, cretam, sed, ut proxime subjungitur, 'in quacunque terra seri.' Plinius xvi. 60. de cupresso, 'Natu morosa.' Post paulo, ubi prius legebatur, 'læsumque maxime fruticat,' nos *cæsumque* rescripsimus, tum quorundam admonitu codicum, ipso Dalecampio attestante, tum ita postulante inprimis loci illius sententia. Est enim id ab

auctore eo loci idcirco additum, quod proxime subsequatur, 'Præter hæc sunt cædua quæ diximus.' Denique cap. seq. sic ex Mss. omnium exemplarium fide edidimus: 'Et in fico quidem dodrantes paxilli solo patefacto seruntur:' cum prius legeretur, 'et in fico quidem dodrantes paxillo solo patefacto seruntur:' quod ipsum quoque nihilominus tolerabile est: ut sententia sit, dodrantes surculos (nam hæc vox subintelligi ex superiore sententia commode potest) paxillo prius facta scrobe seri. Sic enim Plinius c. 27. 'Ramo seruntur et Punica, palis laxato prius meatu.' Et c. 29. ex Catone, 'Palo prius locum si feceris, quo taleam demittas, ita melius vivet.' Columella quoque iv. 16. 'Vel defodiendus est, vel prius paxillo perforato solo altius adigendus.'

31. CAP. XXXV. *Medulla adempta*. *Nasci surculos etiam quibus non sit articulatio arboris, non omittendum videtur*] Prius legebatur: *medulla adempta nasci. Surculis etiam quibusnam sit articulatio arboris, &c.* Nostram emendationem tum Mss. exemplarium confirmat auctoritas, in quibus pertinaciter legitur, *quibus non, non quibusdam*: tum loci ipsius sententia, quæ hactenus inexplorata, nunc primum nitori suo restituitur. Nam uti prius perquam mirum esse dixit vivere semina medulla adempta, ita nunc vicissim laud omittendum videri miraculum ait, etiam surculos arboris, cui nulla ea medulla sit, ut in buxo accidit, simul depactos colligatosque provenire. Sequitur enim ejus placiti statim id exemplum: 'Namque buxi tenuissimis quinque senisve surculis colligatis depacti proveniunt.' Buxo medullam esse nullam, observatum est libro superiore, c. 72.

32. Ibid. *Atque ejuncida*] Ita scribimus, pro *enucida*, (quam vocem Latinitas nunquam agnovit, neque hic locus recipit.) Sane *ejuncida* pla-

nissime in Mss. legitur, Reg. 1. 2. Colb. Th. &c. Et ea vox tennitatem, maciem, exilitatemque, qualis in juncō deprehenditur, peraccommodate exprimit. Enimvero apud Varronem de Re Rust. 1. 31. (quem locum Plinius, dum hæc scriberet, habuit certe ante oculos,) ita ex optima Stephani editione legitur: 'In vituario primitus cum exit vitis, tota resecari solet, ut firmiore sarmento a terra exeat, atque in pariendis canlibus vires habeat majores. Ejuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest ejicere vitem, quam vocant minorem flagellum: majorem etiam, unde uvæ nascuntur, palmam.' Eodem sensu paulo post ipse Plinius: 'Vitis . . . evocata ad fructum ejuncescit, ac moritur.' Sic palmarum genus a prælonga gracilitate juncenm superius appellatum vidimus, XIII. 9.

33. Ibid. *Sequenti anno palmites salventur pro viribus matris singuli aut gemini*] In libris hactenus editis, *salutentur*. Dalecampius *summittantur* reponere nititur: atque eo pertinere putat Columellæ locum IV. 16. p. 193. ubi aliud plane tractat argumentum ab eo, in quo nunc Plinius habitat. Nos unius literulæ obliteratione *salventur* rescripsimus, et orationi alioqui obscuræ lucem addidimus. Usus hac voce, ne quis barbaram putet, Tullius ipse, Orat. in Pison. num. 78. 'Me posse iterum Rempubl. salvare, si cessissem: infinitam cædem fore, si restitisssem.' Nostram emendationem tum ipsa loci sententia, tum Columellæ verba constabiliunt, quæ Plinius exscribere nunc videtur. Sic enim ille, IV. 21. p. 143. 'Cum aliquot annis quasi juvenilem ætatem vineæ ceperint, quot palmites relinquere debeant, incertum est. Nam loci lætitia plures, exilitas pauciores desiderat,' &c.

34. Ibid. *Iis quoque quæ sparguntur in terra, breves ad innitendum cannas circumdant*] Cannas certe, non caveas,

ut libri omnes pertinaciter retinent, legi oportere ratio ipsa, oratioque Pliniana clamat. Nam caveis qui tandem possit vitis inniti, quamvis id Gallicus interpret velit? At cannis potest. Sic Palladius lib. III. in Febr. tit. XI. p. 57. 'Aliud genus est in quo, cannis pluribus circa dispositis, ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes.' Et tit. 14. p. 60. 'Vites autem, quæ cannis in orbem cinguntur,' &c.

35. Ibid. *Æmilie viæ in radices atinearum ambitu, frondem earum fugiens*] Prius legebatur, obscura, vel potius nulla plane sententia, *Æmilie viæ in ridicas, atinearum ambitu frondem earum fugiens*. Colb. 3. *in radices atinearum*, quem ut sequeremur, et codicis ipsius auctoritas, et sententiæ necessitas fecit.

36. Ibid. *Atque in terra, quam per totum annum spectaverit, recumbere*] Sic libri omnes, etiam Mss. Pellicerius tamen in notis marginalibus admonet, sibi videri vocem eam *annum* adjectam a sciolo quopiam: legi *per torum* oportere, hoc est, e cubili arboris requiescendo: allusionem videri *in terra*, et *per torum*. Toros a Columella V. 6. appellari partes eas vitis quibus arbori applicatur. Judicent periti.

37. CAP. XXXVII. *Tabes, morsque*] Sic restituimus, pro *tabes morbusque*, tum auctoritate codicum, Reg. 2. Colb. Chiff. &c. tum ipso admonente Plinio, qui eadem plane sententia de vite dixit c. 35. 'ejuncescit ac moritur.'

38. Ibid. *Nam si variores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Et grossi cadunt, si vel imbres nimii fuere. Alio modo, &c.*] Hactenus legebatur, *ceterum si cadunt, sive imbres nimii fuere, alio modo, &c.* plane insulse. Locum miseris modis vitiatum Pintianus exclamat, atque ita refingere nititur, ex Theophrasto: *Nam si variores fuere, perfundunt arborem scabie. Ceterum si cadunt imbres*

*nimii, eluunt rorem aut scalpunt. Dalecampius, Nam si largiores fuere, &c. tunc enim, inquit, Plinii sequentia verba interpretans, eluunt causam scabiei, non vitiant. Hoc vero est Plinii contextum integerrimum præpostera emendatione depravare, et nihilo meliore interpretatione corrumpere. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. &c. constantissime legitur, Nam si rariores fuere, perfundunt arborem non scalpunt scabieceterossi cadunt, &c. Unde nos et sinceram lectionem postremæ partis erimus, et interpretatione, ut remur, sincera priorem fulsimus. De grossis certe, seu ficis, hic esse sermonem, admonente Theophrasto didicimus, totum id tradente Hist. iv. 16. Ἡ δὲ ψάρα μάλιστα γίνεται, ὅταν ὕδωρ ἐπὶ Πλειάδι μένηται μὴ πολὺ. Ἐὰν δὲ πολὺ, ἀποκλύβεται. Συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἔρινα ἀπορῆϊν καὶ τοὺς ὀλόνθους. Scabies potissimum gignitur, cum aquæ parum post Vergilias incesserit: nam si multum fuerit, causa contrahendæ scabiei omnis abluitur: et accidit tunc, ut et caprificus et grossi decidant.*

39. Ibid. *Nec viscum prodest, et cytisus necatur eo quod halimon Græci vocant*] Antea legebatur, et cytisus, nec auro, quod halimon, &c. Salmasius in Solin. p. 117. *Et cytisus necat viro, et quod halimon Græci vocant. Viro, hoc est, succi improbi virtute, cytisum, halimonque necare ea quæ sibi sunt vicina, interpretans. At vox ea viro obsoleta Plinii ævo eruditus videri saepe potest: quanquam a Lucretio usurpata, II. 852. In Mss. Reg. Colb. Th. &c. et cytisus nec auro quod halimon, &c. Unde Hermolaus et Gaza nec auro legendum esse confidenter pronuntiarunt: atque aurionem Latine appellari, quod ἄλιμον Græcæ. Nos adjecta literula, necatur eo. Emendationi nostræ, quæ vel sua se simplicitate defendit, Theophrasti verba admodum suffragantur, Hist. iv. 20. Χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κύτισος ἀπόλ-*

*λῦσι γὰρ πάνθ', ὡς εἰπεῖν. Ἰσχυρότερον δὲ τούτου τὸ ἄλιμον ἀπόλλυσι γὰρ τὸν κύτισον. Molestus et cytisus: nam omnia ferme necat: sed eo valentius est quod halimon vocant: cytisum enim ipsum interimat. Plinius, et cytisus necatur eo quod halimon Græci vocant. Idcirco et Theophrastus idem de Causis v. 22. p. 347. halimon esse reliquis perniciosius prodidit, quod plus habet salsuginis: Ἰσχυρότερον δὲ τὸ ἄλιμον, διὰ τὸ πλεῖω ἀμυρῖδα ἔχειν.*

40. CAP. XXXVIII. *Inter vitia arborum, est et prodigiis locus*] Divellenda nonnemini pars prior hujusce sententiæ a posteriore forsitan videatur, et superioribus connectenda in hunc modum: Nitrum quidem, et alumina, . . . ultima venena sunt inter vitia arborum. Est et prodigiis locus, &c. Vel, ultima venena sunt et internecio arborum. Est et prodigiis, &c. Tolerabilior tamen recepta dudum lectio est: cum inter ipsa prodigia arbores ferantur sine foliis natæ, aliisque similibus casibus obnoxia, quæ sane in vitis non immerito censeantur. Et sane prodigiis arborum ipsis quoque enumeratis subjecit auctor, Nunc, expositis arborum morbis, consentaneum est dicere et remedia: ut inter morbos arborum ipsa censi prodigia intelligas.

41. CAP. XLIII. *Nam caprificatio maturat. In ea culices nasci, &c.*] Locum, ita postulante sententia, eo modo interpunximus, divisimus: cum prius conjunctim sic ea legerentur, *Nam caprificatione maturata in ea culices, &c.* Mss. omnes, *caprificatio maturat in ea, &c.*

42. Cap. XLIV. *Tafeam lentisci inversa parte, quæ fuerit a cacumine*] Sic restituere non dubitavimus, etsi libri hactenus editi habeant, *Italicam lentiscum*: cum in Mss. Reg. aliisque, *Italian lentisci*, certioresque sint emendandi auctores, Columella v. 10. p. 200. 'Ac ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in inum scrobem lentisci tafeam inverso cacumine de-

mittito.' Quod iterum repetit de Arboribus c. 20. Palladius quoque, lib. IV. in Martio, tit. 10. cap. de Ficu, p. 98. 'Ne vermes patiatuꝛ ficus, ramum terebinthi, vel lentisci taleam cum plantis fici cacumine ponemus inverso.'

43. CAP. XLVII. *Alii volucre appellant animal*] Sic Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. et ceteri omnes: *Volvo-*  
*cen*, ut in libris impressis legitur,

plane nullus. Quin et Columella de Arboribus, c. 15. 'volucram' vocat. 'Genus est animalis,' inquit, 'volucra appellatur: id fere prærodit teneros adhuc pampinos, et uvas: quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione sanguine ursino linito. Vel si pellem fibri habueris, in ipsa putatione quoties falcem acneris, ea pelle aciem detergito, atque ita putare incipito.'



# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XVIII.

*Naturæ frugum, et agriculturæ studia.*

I. (I.) SEQUITUR natura frugum, hortorumque, ac florum, quæque alia præter arbores aut frutices benigna tellure proveniunt, vel per se<sup>a</sup> tantum herbarum immensa contemplatione, si quis<sup>1</sup> æstimet varietatem, numerum, flores, odores, coloresque, et succos, ac vires<sup>2</sup> earum, quas salutis aut voluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terræ, et adesse cunctorum parenti juvat, quanquam inter initia operis<sup>b</sup> defensæ. Quoniam tamen ipsa materia accedit intus<sup>3c</sup> ad reputationem ejus-

CAP. I. 1 Cod. Dalec. *proveniunt. Vel per se tan. her. im. contemplatio est, si quis.*—2 Chiff. *aut vires.*—3 'Ita cod. Reg. 1. nec aliter cod. Reg. 2. et Editio princeps. Frustra emendatum, *intus accendit.*' Brotier. *intus accendit Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. intus accedat cod. Dalec. accedat intus Chiff. Mox, et noxia deest in cod. Dalec. Paulo post, Chiff. nostramque*


#### NOTE

<sup>a</sup> *Vel per se*] Et erat jam sola per se herbarum contemplatio immensa.

<sup>b</sup> *Inter initia operis*] Lib. II. cap. 63.

<sup>c</sup> *Accedit intus [intus accendit]* Etiam in ipso progressu, nec tantum ini-

tio operis, sed et in interiore libro, argumentum ipsum impellit ad contemplationem ejusdem naturæ, cum parit res noxias. Rhenanus legit, *vitiiis accedit.*



dem parientis et noxia, nostris eam criminibus urgemus, culpamque nostram illi imputamus. Genuit venena: equis <sup>4</sup> invenit illa præter hominem? Cavere <sup>d</sup> ac refugere alitibus ferisque satis est. Atque cum arbore exacuant limentque cornua elephanti, et uri: saxo rhinocerotes, <sup>5</sup> et utroque apri dentium siccas, sciantque ad nocendum se præparare animalia: quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tinguit? Nos et sagittas <sup>e</sup> tinguimus, ac ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos et flumina inficimus, et rerum naturæ elementa. Ipsum quoque quo vivitur, aërem in perniciem <sup>f</sup> vertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab animalibus: quæ præpararent <sup>6</sup> contra serpentium <sup>g</sup> dimicationes, quæ post prælium ad medendum excogitent, indicavimus. Nec ab ullo præter hominem, veneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne his quidem, quæ nascuntur, contenti: etenim quanto plura <sup>7</sup> eorum genera humana manu fiunt! Quin et homines <sup>8</sup> quidem ut venena nascuntur. Atra ccu <sup>9</sup> serpentium lingua



*culpam.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sed quis* Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. et recentt. *elephanti, et duri saxo, rhi. vel, et uri, rhinocerotes* Turneb. *elephanti, et saxo rhinocerotes* Gronov. et vulgg. Paulo post, cod. Dalec. *quodlibet tumen eorum nescit, excepto homine, tela sua venenis tingi.*—6 Edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt. *ab animalibus, quæ quidem quæ præpararent.* ‘Desunt quæ quidem in codd. Regg. 1. 2. et Editione principe.’ Brotier. ‘Ms. *ab animalibus. Quæ præpararint, et mox, excogitarint. Lego, præparent, et mox, excogitent, e Vet.’ Dalec. ab animalibus. Quæ præpararent c. s. dimicationes, quæ post, &c. Chiffi.*—7 ‘In scriptis et editis libris, quando plura. Emendandum, quanto plura, recte vidit Illustris Huetius.’ Brotier. *etenim quando plura* codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *etenim complura* Gronov. et al. ante Harduin.—8 ‘Ita bene cod. Reg. 1.’ Brotier. *Quid? et hominis* cod. Dalec. *Quid? non et homines* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Quid? non et homines quidam ad venena* Vet. Dalec.—9 *Atra seu* Gronov. Mox, Vet. Dalec. *vibratur, tabumque.*—10 ‘Ita bene

## NOTE

<sup>d</sup> *Cavere*] Venena cavent alites ac feræ, non excogitant: homines soli inveniunt et comminiscuntur.

<sup>e</sup> *Nos et sagittas*] Sagittas tinxisse Gallos medicamento, quod venenum cervarium appellabant, dicitur xxvii. 76. Elleboro quoque, xxv. 25.

<sup>f</sup> *Aërem in perniciem*] Tum tetro halitu oris, tum emisso letali spiritu e scrobibus, quos homines ipsi fodiunt, tum alias ob causas, tum ut metalla eruant.

<sup>g</sup> *Contra serpentium*] Vide viii. 36. 41. &c.

vibrat, tabesque animi<sup>b</sup> contacta adurit,<sup>10</sup> culpantium omnia, ac dirarum alitum modo, tenebris quoque suis,<sup>11</sup> et ipsarum noctium quieti invidentium, gemitu, quæ sola vox eorum est: ut inauspicatarum<sup>i</sup> animantium vice obvii quoque vetent agere, aut prodesse vitæ.<sup>a</sup> Nec ullum aliud abominati<sup>12</sup> spiritus<sup>j</sup> præmium novere, quam odisse omnia. Verum et in hoc eadem naturæ majestas, tanto plures bonos genuit ac frugi,<sup>13</sup> quanto fertilior in iis quæ juvant aluntque, quorum æstimatione et gaudio nos quoque, relictis exustioni suæ<sup>14k</sup> istis hominum rubis,<sup>15l</sup> pergemus exco-

<sup>a</sup> *Et livor animi adurit omnia quæ contractat: livor, inquam, hominum culpantium omnia, ac dirarum volucrum more, quæ tenebris quoque suis, et ipsi noctium quieti obstrepunt, invidentium ceterorum hominum laudi et quieti, vel solo gemitu, quæ sola vox eorum hominum est: ita ut, inauspicatarum avium ritu, vel occursu suo vetent agere, ac prodesse hominibus.*

cod. Reg. 2.' Brotier. contracta adurit Chiffi. contractata adurit Gronov. et al. vett. item Harduin. et recent. — 11 In cod. Dalec. altero deest suis. — 12 Quidam ap. Dalec. abominandi. — 13 Cod. Dalec. ut fruges. — 14 'Ita codd. Regg. Colb. Chiffi. et Editio princeps. Male emendatum in recentioribus editionibus, æstuationis (sic) suæ. Nec satis Latina vox 'æstnatio.' Brotier. exustioni suæ etiam cod. Dalec. æstuationi suæ Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. — 15 'Ita bene cod. Reg. 2. Hi homines sunt ut rubi spinis hispidi, et flammis pariter addicti.' Brotier. Ita quoque Vet. Dalec. hominum turbis Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. hominum verbis pergamus cod. Dalec.

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Tabesque animi*] Livor animi, et invidia, omnia quæ contingit, veluti adrens: quando culpatur omnia.

<sup>i</sup> *Ut inauspicatarum*] Inauspicatarum avium animantiumque occursu dirimebantur auspicia, hoc est, irrita fiebant, dissolvebantur, discutiebantur, ac disturbabantur. Plinius VIII. 82. 'Soricum occentu dirimi auspicia, annales refertos habemus.' Et X. 16. 'Bubo funebris, et maxime abominatus publicis præcipue auspiciis, deserta incolit, nec tantum desolata, sed dira etiam et inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Itaque in urbis, aut omnino in luce visus, dirum ostentum est.'

<sup>j</sup> *Abominati spiritus*] Ingenia detestatione, execratione digna. Plinius X. 16. 'Bubo abominatus publicis auspiciis.' Horat. Epod. XVI. 'Parentibusque abominatus Hannibal.'

<sup>k</sup> *Relictis exustioni [æstuationi] suæ*] Mss. Reg. Colb. Chiffi. exustioni suæ, quod defendi quoque potest, ut respondeat ei quod prius dixerat, *contractata adurit*.

<sup>l</sup> *Hominum rubis [turbis]*] In Mss. *hominum urbis*. Quid si *hominum umbris* dicam scripsisse Plinium videri? sicut de iisdem paulo ante 'tenebris quoque suis invidentium' dixit. Vel hominum turbas appellat, qui in humano genere turbas cient, seu faces generis humani.

lere vitam: eoque constantius, quo operæ<sup>m</sup> nobis major, quam famæ, gratia expetitur.<sup>b</sup> Quippe sermo circa rura est, agrestesque usus, sed quibus vita honosque apud priscos maximus fuerit.

II. (II.) Arvorum<sup>a</sup> sacerdotes Romulus inprimis instituit, seque duodecimum fratrem appellavit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice sua genitos,<sup>1</sup> spicea corona, quæ vitta alba colligaretur, in sacerdotio eis<sup>2</sup> pro religiosissimo insigni data, quæ prima apud Romanos fuit corona: honosque is non nisi vita<sup>b</sup> finitur, et exules etiam captosque comitatur.<sup>3</sup> Bina tunc jugera<sup>c</sup> populo Romano satis erant, nullique majorem modum<sup>d</sup> attribuit: quo servos paulo

<sup>b</sup> Operam utiliter collocatam, quam famam avidius quæsitam, gratulari nobis homines maluimus.



CAP. II. 1 Ita Harduinus et recentt. ex codd. *genitos* deest in edd. vett. et Gronov. *appellavit*. Inter illos *Acca Laurentia nutrice sua genitos* Turneb. et Chiff. — 2 Ita Turneb. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in s. ei Gronov. et vulgg. — 3 Cod. Dalec. *finitus*, et ex. et capt. *comitatus*. — 4 Dalec. *antehac*. — 5 *Seri-*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Quo operæ*] Huc referenda Livii castigatio, a Plinio ipso facta in Præf. ad Titum: 'Profitetur mirari me T. Livium... sic orsum: satis jam sibi gloriæ quæsitum... Majus meritum esset, operis amore, non animi causa perseverasse,' &c.

<sup>a</sup> *Arvorum*] Gellius vi. 7. p. 377. 'Sabinus Masurius in primo Memorialium, Accam Laurentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea, inquit, mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accæ Laurentiæ sese filium dedit, seque et ceteros ejus filios Fratres Arvales appellavit. Ex eo tempore collegium mansit Fratrum Arvalium numero duodecim, cujus sacerdotii insigne est spicea corona, et alba infulæ.' Varro de Ling. Lat. l. iv. p. 23. 'Fratres Arvales dicti sunt, qui sacra publica faciunt propterea

ut fruges ferant arva.' Inde Festus, 'Ambarvales hostiæ appellabantur, quæ pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur.'

<sup>b</sup> *Non nisi vita*] Sic Auguratus, et Pontificale Sacerdotium, perpetua fuere munera, nec nisi cum vita eripi potuerunt. Vide Sueton. in Augusto, cap. 31. et Senec. de Clement. 1. 10. Sic in Galliæ magistratibus summis, Cancellarii dignitas, et aliæ quædam ea donatæ prærogativa sunt.

<sup>c</sup> *Bina tunc jugera*] Varro de Re Rust. 1. 10. 'Antiquus noster ager ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim,' &c.

<sup>d</sup> *Majorem modum*] Majorem mensuram: modus enim de agri dicitur mensura. Horat. II. Sat. 6. 'Hoc erat in votis: imodius agri non ita magnus.'

ante<sup>4</sup> principis Neronis, contemptis hujus spatii viridariis, piscinas juvat habere majores: gratumque, si non aliquem et culinas. Numa instituit Deos fruge colere, et mola salsa<sup>e</sup> supplicare, atque (ut auctor est Hemina) far torrere, quoniam tostum<sup>f</sup> cibo salubrius esset. Id uno modo consecutum, statuendo non esse purum ad rem divinam, nisi tostum. Is et Fornacalia<sup>g</sup> instituit farris torrendi ferias, et æque religiosas<sup>h</sup> terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maxime noverant: Sejamque<sup>i</sup> a serendo, Segestam a segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo<sup>j</sup> videmus. Tertiam<sup>k</sup> ex his<sup>6</sup> nominare sub tecto religio est. Ac ne degustabant<sup>l</sup> quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent.



amque cod. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Tertiam ex iis* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Mola salsa*] Far sale mixtum id fuit, ut docet Ovid. *Fast.* i. 128. 'Cum Cereale sacerdos Imponit libum, mixtaque farra sali.'

<sup>f</sup> *Quoniam tostum*] Ovid. *Fast.* ii. 521. 'Usibus admoniti flammis torrenda dedere,' &c.

<sup>g</sup> *Fornacalia*] Festus: 'Fornacalia, feriæ institutæ sunt farris torrendi gratia: quod ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Fornacalia sacra erant, cum far in fornaculis torrebant.' ExcoGITATA simul Fornace Dea, quod in fornacibus precarentur farra recte torreri. Ovid. loc. cit. vs. 525. 'Facta Dea est Fornax: læti Fornace coloui Orant, ut fruges temperet illa suas. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit,' &c. Non erant hæ feriæ statæ, sed indicitiæ.

<sup>h</sup> *Æque religiosas*] Ferias alteras notat, Terminalia appellata, a Deo agrorum Termine. Ovidius loc. cit. vs. 639. 'Nox ubi transierit, solito ce-

lebreitur honore Separat indicio qui Deus arva suo. Termine, sive lapis, sive es defossus in agro Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes. Te duo diversa domini de parte coronant: Binaque sarta tibi, binaque liba ferunt,' &c. Februario mense Terminalia peragebantur.

<sup>i</sup> *Sejamque*] Ita libri omnes, recte. S. August. de Civit. iv. 8. 'Sata frumenta, quamdiu sub terra essent, præpositam voluerunt habere Deam Sejam: cum vero jam super terram essent, et segetem facerent, Deam Segetiam: frumentis vero collectis atque reconditis ut tuto servarentur, Deam Tutelinam præposuerunt.' Nummus Corneliæ Saloninæ, apud Tristano. tom. iii. p. 103. DEAE SEGETIÆ.—'At in nummo Saloninæ Augustæ inscripto, DEAE SEGETIÆ, cave hanc Deam Segestam pingi putes. Genius civitatis stat manibus expansis intra triumphalem arcum, sed absque lunæ crescentis effigie, quam Tristano addidit, tom. iii. p.

III. (III.) Jugum<sup>1</sup> vocabatur,<sup>a</sup> quod uno jugo boum in die exarari posset. Actus, in quo boves agerentur cum aratro,<sup>2</sup> uno impetu justo. Hic erat cxx. pedum: duplicatusque in longitudinem<sup>b</sup> jugerum faciebat. Dona amplissima imperatorum ac fortium civium, quantum quis uno die plurimum circumaravisset. Item quartarii<sup>c</sup> farris, aut heminae, conferente populo. Cognomina etiam prima inde, Pilumni,<sup>d</sup> qui pilum pistrinis invenerat: Pisonis, a pisendo. Jam Fabiorum,<sup>e</sup> Lentulorum,<sup>3</sup> Ciceronum, ut quisque ali-



CAP. III. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. cum antea legeretur *Jugerum*. Mox, uno die margo edd. Dalec. et Gronov. e Varr.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *quum aratur* Gronov. et al. vett.—3 *Lentulorum* Chiffi. Mox, ut *quisquis* codd. Dalec.—4 Ita Chiffi. no-

#### NOTÆ

103. Sententia enim illius tituli hæc est, 'Decuriones Eduæ Augustæ Edicto Senatus Egnatio Gallieno Egregiis Triumphis Insignem Arcum Erexere.' Nummus est argenteus in Museo nostro.' *Ed. sec.*

<sup>j</sup> *In Circo*] In Circo Maximo, regione Urbis undecima.

<sup>k</sup> *Tertiam*] Segestam, quæ, ex Diis proxime appellatis, tertium locum obtinet: nempe post Deum agrorum Terminum, Sejamque. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>l</sup> *Ac ne degustabant*] Sic etiam Censorinus in Præfat. Tibull. 1. 1. 'Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatim agricolæ ponitur ante Deo.'

<sup>a</sup> *Jugum vocabatur*] Hæc ex Varrone accepta. Vide Notas et Emend. num. 2. Aliud jugum, aliud jugerum est. Jugum hodie Arverni vocant, *Joug de terre*.

<sup>b</sup> *In longitudinem*] 'Ergo duoactus,' inquit Colum. v. 1. 'jugerum efficiunt longitudine pedum ccxl. latitudine pedum cxx. Galli semijugerum arepennem vocant.' Bæticique quoque, teste Isidoro xv. 15. Nunc

vero quod Gallis jugerum dicitur, perticis centum constat: perticæ singulæ pedibus octo et decem: jugerum igitur, pedum est MDCCC. *Un arpent*. Sed varia est in Galliis pro regionum diversitate arpentis mensura: qua de re Du-Cangium in Glossario consule, verbo 'Arapennis.' Notæ, quæ vulgo Tironis dicuntur, p. 163. 'Jugerum. Aripennis. Juctus,' forte pro 'Actus.'

<sup>c</sup> *Item quartarii*] Fuit quartarius congiis quarta pars: uti sexta, sextarius. De congio xiv. 19. De hemina xxi. 109.

<sup>d</sup> *Pilumni*] De eo Servius, initio Æneid. 1x. 'Pilumnus,' inquit, 'pinsendi frumenti usum invenit: unde a pastoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dicitur.'

<sup>e</sup> *Jam Fabiorum*] Ergo a fabis serendis Fabiorum, a lentibus Lentulorum, seu *Lentulorum*, ut Mss. habent: Ciceronum, a cicere, non quidem quod in vultu gereret, ut vulgus existimat, sed quod in agro optime sereret gentis ejus auctor, cognomen inventum. Et Fabiorum quoque nomen a Fabis: unde Roscius Fabi-

quod optime genus sereret. Juniorum familiæ Bubulcum<sup>f</sup> nominarunt,<sup>4</sup> qui bubus optime utebatur. Quin et in sacris nihil religiosius confarreationis<sup>5</sup> vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferabant. Agrum male colere, censorium<sup>h</sup> probrum judicabatur. Atque (ut refert Cato)<sup>i</sup> quem virum bonum colonum<sup>6</sup> dixissent, amplissime laudasse existimabant. Hinc et locupletes dicebant, loci, hoc est, agri, plenos. Pecunia ipsa<sup>j</sup> a pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis censoriis<sup>7</sup> pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat.



*minaverunt Gronov. Harduin. et recentt.—5 Ita Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. confarreclationis Chiffi. confarrationis Gronov. et al. vett.—6 Chiffi. boumque colonum. Mox, codd. Dalec. et Chiffi. existimabantur.—7 Censoris*

## NOTE

tus, in nummo vetere apud Patin. in Roscia gente, p. 240. Et Fabatus alter, ad quem inscripsit Epistolam 30. Plinius Junior lib. vi.—‘At Fabatorum quoque nomen a fabis, quia FABATI legitur in nummo vetere apud Patin. in Roscia gente, p. 240. deductum esse, vulgo, sed falso, creditur.’ *Ed. sec.*

<sup>f</sup> *Bubulcum*] In Jnnia gente familiæ unius cognomen Bubulcorum fuit: ex qua C. Junius Bubulcus, bis Consul, post Dictator et Magister Equitum, apud Livium lib. ix. p. 159. et 162. Et inter Ædiles anni 297. C. Junius, L. F. C. N. Brutus Bubulcus, in Pighii Fastis.

<sup>g</sup> *Confarreationis*] Usus ea voce Tacitus lib. iv. ‘Patricios confarreatis parentibus genitos.’ Et mox, ‘Omissa confarreati assuetudine, aut inter paucos retenta.’ Est autem confarreatio, novorum conjugum, aut amicorum, adhibito libo farreo, conjunctio. Contra, diffarreatio, conjugii amicitiaevæ, auctore Festo, per idem libum farreum dissolutio. Vide Dionys. Halic. Rom. Antiq. lib. ii. p. 95. Festus: ‘Farreum, genus libi

ex farre factum.’ Isidori Glossæ: ‘Confarreatio, Consacrorum communicatio. Confarreatus, consociatus.’ Glossæ Philoxeni: *Confarreatus, συμβώσεως χάριν ζευχθῆς*. Vide Glossarium V. Cl. Du-Cangii.

<sup>h</sup> *Censorium*] Hoc est, animadversione, ignominia, et castigatione Censoria dignum. Notationem Censoriam dixit Cicero pro Cluent. num. 128. Castigationem Censoriam Plinius hoc lib. cap. 7. Gellius iv. 12. p. 302. ‘Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat: sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictam, non id sine pœna fuit: sed erat opus Censorium, Censoresque ærarium faciebant,’ &c.

<sup>i</sup> *Ut refert Cato*] In Præfatione libri de Re Rust. p. 5. ‘Et virum bonum,’ inquit, ‘cum laudabant, ita laudabant: Bonum agricolam, bonumque colonum. Amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur.’

<sup>j</sup> *Pecunia ipsa*] Vide quæ dicturi sumus xxxiii. 13.

Mulctatio<sup>k</sup> quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum benevolentia. Cautum quippe est, ne bovem,<sup>8</sup> priusquam ovem, nominaret, qui indiceret mulctam. Ludos boum causa celebrantes, Bubetios vocabant. Servius rex ovium boumque effigie primus<sup>9</sup> æs signavit.<sup>1</sup> Frugem quidem aratro quæsitam furtim noctu pavisse, ac secuisse, puberi XII. tabulis<sup>m</sup> capital erat:<sup>10</sup> suspensumque Cereri necari jubebant, gravius quam in homicidio convictum: impubem prætoris<sup>n</sup> arbitrato verberari, noxiamque duplione decerni.<sup>11</sup>



Chiffi.—8 Chiffi. *ne quis bovem*.—9 Chiffi. *primum*.—10 'Ita cod. Reg. 2.' Brotier. Ita quoque Chiffi. *capitale erat* edd. ante Brotier. *capital erat sacramtume* Lipsius.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et re-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Mulctatio*] Gellius xi. 1. p. 577. 'Mulcta quæ appellatur suprema,' inquit, 'instituta est in singulos duarum ovium, boum triginta: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria... Postea lege Hateria constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves æris centeni.' Minima mulcta est ovis unius,' &c. Festus: 'Mulctam Osce dici putant pœnam quandam. M. Varro ait pœnam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in libro primo Quæstionum epistolarum refert. Maximam mulctam dixerunt trium nullium et viginti assium: (monetæ Gallicæ libræ sunt 120. cum assibus sedecim:) quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, et duabus ovibus quenquam mulctari: æstimabaturque bos centussibus, ovis decussibus.' Et verbo 'Ovibus:' 'Ovibus duabus mulctabantur apud antiquos in minoribus criminibus,' &c. Judiciorum mulctas in vaccis exsolvi solitas apud Scotos, aliasque nationes, multis comprobatur testimoniis V. Cl. Du-Cangius in Glossario, verbo 'Vaccæ.'

<sup>1</sup> *Primus æs signavit*] More Græco-

rum, ac præcipue Atheniensium, qui pecuniam suam bove signabant. Unde apud eos nata parœmia, *Bovem habet in lingua*, iu eos jaci solita, qui accepto pretio libere id quod vere sentiunt, effari non audent. Hesych. p. 197. Βοῦς ἐπὶ γλώσση. Παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρρησιάζεσθαι... διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα ἔχειν βοῦν ἐγκεχαραγμένον, κ. τ. λ. Quod et Scholiastes Aristoph. testatur in Avibus, p. 594. et Enstath. in Iliad. A. 449. p. 252. Vide quæ dicenda sunt xxxiii. 13.

<sup>m</sup> *XII. tabulis*] Ex tabula vii. c. 2. repetita lex ea est: 'Qui frugem aratro quæsitam furtim nox pavit, secuitque, suspensus Cereri necator: impubes Prætoris arbitrato verberator, noxiamque duplione decernito.' Hoc est, ut Gothofredus interpretatur: Qui frugem aratro partam furtim noctu paverit immaturam, vel maturam secnerit, Cereri sacer et devotus suspendio necator. Impubes tamen si id fecerit, arbitrio Prætoris verberator, damnumque datum in duplum sarcito.

<sup>n</sup> *Prætoris*] Hoc est, iudicis, sive



Jam distinctio honosque civitatis ipsius non aliunde erat. Rusticæ<sup>o</sup> tribus laudatissimæ eorum, qui rura haberent. Urbanæ vero, in quas transferri ignominia esset,<sup>12</sup> desidiæ probro. Itaque quatuor<sup>p</sup> solæ erant a partibus Urbis, in quis<sup>13</sup> habitabant, Suburrana,<sup>q</sup> Palatina, Collina, Esquilina. Nundinis Urbem revisitabant, et ideo comitia nundinis<sup>r</sup> habere<sup>14</sup> non licebat, ne plebs rustica avocaretur. Quies<sup>s</sup> somnusque in stramentis erat. Gloriam<sup>t</sup> denique



centt. *noxiamve duplionemve decerni* Chiffi. *noxiamve duplione decerni* Rævardus; *noxave duplionem decerni* Lipsius; *noxamve duplionemve decerni* Gronov. et vulgg.—12 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cnm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ignominia esset* Gronov. et al. ante Harduin.—13 Chiffi. *in quibus*.—14 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *nundinis haberi* edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *revisabant, et ideo comitia non nisi nundinis*

#### NOTÆ

Consulis. Nam regibus exactis iidem erant Prætores, qui Consules: iidem quoque a judicando dicti Judices. Sed hoc quoque nomen desiit tandem, ac tantummodo Consules appellati. Hæc multo tractata prolixius vide apud Vossium in Etymol.

<sup>o</sup> *Rusticæ*] Colum. in Præfat. 'At mehercule vera illa Romnli proles, ... semper rusticam plebem præposuit urbanæ. Ut enim qui in villis intra consepata morarentur, quam qui foris terram molirentur, ignaviores habiti: sic eos, qui sub umbra civitatis intra mœnia desides cunctarentur, quam qui rura colerent, ... segniores visi.'

<sup>p</sup> *Itaque quatuor*] Tres modo fuisse, aliisque nominibus scribit Asconius Ped. in Orat. III. contra Verr. nempe Tatiensem unam a Tatio rege: Ramnensem alteram a Romulo: Lucerem alteram a Lucumone: post de nominibus Sabinarum plures fuisse: ad postremum xxx. et quinque factas. Sed hansit Plinius a Varrone de Ling. Lat. lib. IV. 'Ab hoc quoque quatuor partes Urbis, tribus dictæ, ab locis:

Suburrana, Collina, Palatina.' Et Festus: 'Urbanas tribus appellabant, in quas urbs erat dispartita a Servio Tullio rege: id est, Suburrana, Palatina, Esquilina, Collina.'

<sup>q</sup> *Suburrana*] Et tribus et regio Urbis sic est appellata, auctore Festo, quasi Succurrana, a stativo præsidio, quod solitum esset succurrere Exquilis, infestantibus eam partem urbis Gabinis. Fuisse in regione Urbis tertia, auctor est P. Victor. Palatinum, a quo Palatina tribus, in regione decima fuit: Esquilæ, cum porta Collina, in quinta.

<sup>r</sup> *Et ideo comitia nundinis*] Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>s</sup> *Quies*] Ovid. Fast. I. 205. de Saturni ævo: 'Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem Et sænum capiti supposuisse suo.' Et Fast. III. 183. de Romulo: 'Aspice de canna straminibusque domum. In stipula placidi capiebant munera somni: Et tamen ex illo venit in astra toro.'

<sup>t</sup> *Gloriam*] Festus: 'Adorem laudem, sive gloriam dicebant: quia gloriosum eum putabant esse, qui

ipsam a farris honore adorem appellabant. Equidem ipsa etiam verba<sup>15</sup> priscae significationis admiror. Ita enim est in commentariis pontificum: 'Augurio canario<sup>u</sup> agendo dies constituentur, priusquam frumenta vaginis exeant,<sup>v</sup> et antequam in vaginas perveniant.'

IV. Ergo his moribus<sup>a</sup> non modo sufficiebant fruges, nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonæ vilitas incredibilis erat. Manius Marcius<sup>b</sup> ædilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit.<sup>c</sup> L. Minucius<sup>d</sup> Augurinus,<sup>2</sup> qui Sp. Melium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit undecimus



haberi, &c. Vet. Dalec.—15 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Equidem etiam verba* edd. vett. et Gronov.

CAP. IV. 1 Chiffi. *in medio passibus donavit.*—2 'Ita codd. Reg. 2. Colb. Thuan. et Editio princeps.' Brotier. *Minucius Augurinus*, omisso prænomine,

#### NOTÆ

farris copia abundaret.' Vel potius, qui farre a populo donatus esset: Nam, ut Plinius paulo ante, dona populi amplissima fuere quartarii aut heminæ farris. Horat. Od. rv. 4. 'Et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma risit adorea.'

<sup>u</sup> *Augurio canario*] Sacrum id erat, quod e rufa cane fiebat, uti fusius docebimus c. 69.

<sup>v</sup> *Vaginis exeant*] 'Primitus spica cum oritur, in vagina est,' inquit Varro de Re Rust. 1. 48. Idem c. 32. 'Frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, cum sit maturum.'

<sup>a</sup> *Ergo his moribus*] Egregie hæc amplificat Columella in Præf. p. 7.

<sup>b</sup> *Manius Marcius*] Contigisse id Pighio videtur anno Urbis ccxcviii. hoc est, M. Valerio Maximo, Sp. Virginio Tricosto Coss. Extat hujus M'. Manii nummus ex ære apud Patin. p. 166. quem Marcum Marcium, pro

Manio Marcio, falso appellat.

<sup>c</sup> *Assibus donavit*] Vetus Romanorum as, Gallicæ monetæ facit denariolos æreos fere decem. Vide quæ diximus xv. 1.

<sup>d</sup> *L. Minucius*] Id ei prænomen est in cod. Reg. Colb. Thuan. Anno Urbis cccxviii. præfectus annonæ, Sp. Melii consilia retexit, qui tum regnum largitionibus affectabat. Livius lib. iv. p. 72. 'L. Minucius bove aurato extra portam Trigeminam est donatus, ne plebe quidem invita, quia frumentum Melianum assibus in modios æstimatum plebi divisit. Hunc Minucium apud quosdam auctores transisse a Patribus ad plebem, undecimumque Tribunal plebis cooptatum, seditionem motam ex Meliana cæde sedasse, invenio.'—'Cum Minucium Plinius tradit undecimum fuisse Tribunal plebei, cave propterea credas unicum unquam fuisse, ac sua ipsius ætate, Tribunal plebis, non plures simul.' *Ed. sec.*

plebei tribunus: quâ de causa statua ei<sup>e</sup> extra portam Trigeminam<sup>f</sup> a populo stipe collata statuta est. Trebius<sup>3</sup> in ædilitate assibus populo frumentum præstitit: quam ob causam et ei statuæ in Capitolio ac Palatio dicatæ sunt: ipse supremo die populi humeris portatus in rogam est. Verum quo<sup>4</sup> anno<sup>h</sup> Mater Deum advecta Romam est, majorem ea æstate messem,<sup>i</sup> quam<sup>5</sup> antecedentibus annis decem, factam esse tradunt. M. Varro auctor est, cum L. Metellus<sup>j</sup> in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse: item vini congios,<sup>k</sup> ficique siccæ pondo XXX. olei p. X. carnis p. XII.<sup>6</sup> Nec e lati-



Gron. al. vett. Harduin. et recentt.—3 *Treius* Chiffi. Mox, Vet. Dalec. *frumentum in modios præstitit*.—4 *Quo verum* Chiffi.—5 Ita codd. Harduini et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ætate, quam*, omisso *messem*, Gronov. et al. vett. Mox, *facta esset* cud. Dalec.—6 'Ita bene cod. Reg. 2. id est, olei pondo, seu libras, x. carnis pondo XII.' Brotier. *olei pondo X. carnis pondo XII.*

## NOTE

<sup>e</sup> *Statua ei*] Extat insigne hujus rei monumentum in vetere nummo familiæ Minuciæ, apud Patin. p. 179. expressa ibi columna, cui imposita viri statua est, adjecto annonæ symbolo, spicis duabus, &c. Dicitur de eo item xxxiv. 11. Aurato præterea bove donatum, ut diximus, prodidit Livius loc. cit. Simile grati animi monumentum in simili beneficio Nervæ nummus exhibet, cum hac Epigraphe: PLEBEI. URBANAE. FRUMENTO. CONSTITUTO.

<sup>f</sup> *Trigeminam*] Qua tergemini fratres Horatii exierunt. Inde ei portæ nomen. Eadem Ostiensis ab Ammiano, Procopio, ceterisque ejus ævi scriptoribus appellatur. Hodie Porta S. Pauli, ab æde vicina.

<sup>g</sup> *Trebius*] Anno Urbis CCCXLV. Trebii apud Gruter. frequens mentio: Treii nulla, quem hoc loco substituere quidam volunt.

<sup>h</sup> *Verum quo anno*] M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. anno DL. qui belli Punicæ secundi

quintusdecimus fuit, inquit Livius l. XXIX. p. 342.

<sup>i</sup> *Majorem ea æstate messem*] Aberat vox hæc postrema *messem* a libris omnibus ad hunc diem editis, mutila idcirco obscuraque sententia. Adjectum eam ductu admonituque codicum Mss. Reg. &c. in quibus *majorem ea æstatem esse* legimus: quod et ante nos Turnebus vidit, Advers. i. 20. p. 21.

<sup>j</sup> *L. Metellus*] Diximus VIII. 6. contigisse id anno Urbis DCIV. bello Punico primo. Quin et Catonis ævo, scribens de fertilitate et copia Galliæ Cisalpinæ Polybius lib. II. 'Suis etiam temporibus,' ait, 'medimnum frumenti Siculum quatuor obolis venisse: hordei, duobus: metretam autem vini, tantidem quanti hordeum.' Lipsium vide de Magnitud. Rom. IV. 9.

<sup>k</sup> *Item vini congios*] Assibus fuisse subintellige, quod et subsequentiū mercium tum pretium fuit. De hac annonæ vilitate dictum, xv. I.

fundis<sup>1</sup> singulorum contingebat arcentium vicinos: quippe etiam lege Stolonis Licinii incluso modo<sup>m</sup> quingentorum jugerum, et ipso sua lege damnato, cum substituta filii persona amplius possideret. Luxuriantis jam reipublicæ fuit ista mensura. Manii quidem<sup>n</sup> Curii post triumphos immensumque terrarum adjectum imperio nota concio est: 'Perniciosum intelligi civem, cui septem jugera non essent satis.' Hæc autem mensura plebei post exactos reges<sup>o</sup> assignata est.

Quænam ergo tantæ ubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri: ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore: sive illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arva disponebant, qua castra: sive honestis manibus omnia lætius proveniunt, quoniam et curiosius

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Nec e latifundiis*] Nec tanta vilitas annonæ contingebat e latis amplisque fœdis, quales nunc singuli possident, qui et vicinos suos arcent, immodica possidendi cupiditate.

<sup>m</sup> *Incluso modo*] Definita agri mensura, quingentis jugeribus. Varro de Re Rust. lib. 1. 'Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Romanum, et qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen,' &c. Valer. Max. viii. 6. 3. p. 381. 'C. Licinius Stolo . . . cum lege sanxisset, ne quis amplius quam quingenta agri jugera possideret, ipse mille comparavit: dissimulandique criminis gratia, dimidiam partem filio emancipavit. Quam ob causam a M. Popilio Lænate accusatus, primus sua lege cecidit: ac docuit, nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperaverit.' Decem millibus æris damnatum a Popilio, hoc est, monetæ Gallicæ libris quadringentis, Livius

prodidit, lib. vii. p. 126. quod emancipando filium legi fraudem fecisset. Vide et Colum. 1. 3. p. 18. et Plutarch. in Camillo, p. 150. Contigit id anno Urbis cccxcvii. Cn. Manlio Imperioso secundum Cos. C. Marcio Rutilo collega.

<sup>n</sup> *Manii quidem*] Vide Plutarch. in Apophtheg. p. 194. *Μάνιος Κούριος*, &c. Valerius Max. iv. 3. p. 209. de Manio Curio: 'Decretis a Senatu septem jugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum Reipub. civem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset.' Idem refert etiam Colum. 1. 1. p. 18. De eo jam diximus vii. 15.

<sup>o</sup> *Post exactos reges*] Varro loc. cit. 'Ejusdem gentis Stolonum C. Licinius Tribunus plebis cum esset post Reges exactos annis cclxv. primus populum ad leges accipiendas in septem jugera forensia e Comitio eduxit.'

fiunt. Serentem invenerunt dati honores<sup>p</sup> Seranum,<sup>7</sup> unde cognomen. Aranti<sup>q</sup> quatuor sua jugera in Vaticano, quæ Prata Quintia<sup>r</sup> appellantur, Cincinnato viator attulit dicta-

Gronov. Harduin. et recentt.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Serranum* Gronov. et al. vett. ita quoque Val. Max. II. 4. 3. et Virgil. *Æn.* vi. 845. ubi

## NOTE

<sup>p</sup> *Dati honores*] Nempe Consulatus, quem gessit is cum Cn. Cornelio Blasio, anno Urbis ccccxcviii. Fuit ei M. Attilius Regulus nomen: cognomen Seranus, a serendo, ut volunt: quo Maro allusit *Æneid.* vi. 844. 'Et te sulco, Serane, serentem.' Tamen in nummis veteribus quam plurimis Attiliæ gentis, *Saranum* scribi, non *Seranum*, vidimus. Vide et apud Patin. in Atilia familia, p. 42. Vide Valerium Max. iv. 4. p. 217.

<sup>q</sup> *Aranti*] Non minus eleganter Livius l. III. p. 51. 'Spes unica imperii populi Romani L. Quintius trans Tiberim quatuor jugerum colebat agrum, quæ Prata Quintia vocantur. Ibi ab legatis, seu fossam fodiens bipalio innixus, seu cum araret, operi certe, id quod constat, agresti intentus, salute data invicem, redditaque, rogatus ut... togatus mandata Senatus audiret, admiratus, rogitansque, Satin' salva essent omnia, togam proferre e tugurio proferre uxorem Reciliam jubet: qua simul absterso pulvere ac sudore velatus processit,' &c. Vide etiam Colum. in Præf. p. 6. Gessit is Dictaturam anno Urbis cxcvi. ut fasti quidem prodidere.

<sup>r</sup> *Prata Quintia*] Festus: 'Quintia Prata dicta sunt a Quintio Cincinnato, quod sibi damnato filio venditis omnibus quatuor jugerum agrum trans Tiberim paraverat.' Fuere hæc prata inter vineam Mediceam, et molem Hadriani, sive Castellum S. Angeli: hodieque campo ei nomen, i

*Prati.*—'In nummis familiæ Quintiæ ap. Pat. p. 236. n. 3. ex ære mediocri, legitur in ambitu: T. QVINCTIVS CRISPINVS III. VIR. A. A. A. F. F. In medio, sc. in altera parte, intra coronam querceam, ob cives servatos, AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. Verum perpulchrum et singularem alterum ex auro vidimus nuper in hac urbe, apud D. De Clesues, qui nummus fuit hactenus Antiquariis inexploratus. Prior superficies vultum exhibet huius Quintii Cincinnati, quem Plinius nunc celebrat: impexa cæsarie, barba veluti haud dudum rasa: sic ut annos præferat vix quadraginta. In altera pagina stat Victoria alata, læva palmam gestans, dextra coronam: qualis omnino pingitur in nummis Alexandri Magni. Latere dextro, QVINCTI. 'Quinctius: sine prænomine, vel cognomine: quæ nota utraque caput hunc fuisse Quintiæ gentis indicat: ut et Victoria, hostium Reipublicæ domitorem in Dictatura: et capilli sponte flexi, Cincinnatum: quod ei cognomen primo datum ex joco, postea laudi et gloriæ fuit. Cum esset igitur T. Quintius sub Augusto Triumvir Auro Argento Ære Flando Feriundo, in honorem illius ex atavis suis, qui esset celebratissimus, et ex quo se genus trahere gloriaretur, nummum cudit aureum istum eximium: fecitque ejusdem ponderis, cuius sunt Alexandri M. aurea numismata. Vultum virorum insignium in nummis ferre Romæ non licuit ante

turam, et quidem, ut traditur, nudo, plenoque<sup>8</sup> pulveris etiamnum ore. Cui viator,<sup>9</sup> 'Vela corpus, inquit, ut proferam<sup>9</sup> senatus populique Romani mandata.' Tales tum etiam viatores erant: quod ipsum nomen inditum est subinde et ex agris senatum ducesque arcessentibus.<sup>10</sup> At nunc<sup>t</sup> eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscriptique<sup>u</sup> vultus<sup>11</sup> exercent: non tamen surda<sup>v</sup> tellure, quæ parens appellatur, colique dicitur ipsa:<sup>12</sup> honore his assumpto, ut non invita ea, et indignata,<sup>13</sup> credatur id fieri.<sup>4</sup> Sed nos miramur ergastulorum<sup>w</sup> non eadem emolumenta esse, quæ fuerint<sup>14</sup> imperatorum.

<sup>a</sup> *Honorem iis nominibus sibi habitum tellus sumit ultro, eoque contenta est: ut non ab invita ea et indignata fieri istud credatur, quod fructus edat quos rogatur, nec surda sit.*

//////////

vid. Heyn. Mox, unde ei et cognomen Chiffli.—8 Turneb. *nodo manus pleno, quæ nuncia morum.*—9 Chiffli. *ut proferam.*—10 Idem codex, *arcescentibus*; alii, *accescentibus.*—11 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inscripti vultus* Gronov. et edd. vett. Mox, *non tam surda* Turneb. et Chiffli.—12 Gronov. *colique dicitur et ipsa.* Mox, cod. Dalec. *hinc assumpto*; Chiffli. *ab his sumpto.*—13 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et indignante* Chiffli. *et indigne ferente* Gronov. et al. vett.—14 Cod. Dalec. *fuerunt.*

#### NOTÆ

Pompeii tempora: anteriores, quorum vultus in nummis cernimus, ab eorum posteris, siquidem Triumviri monetales essent, aut eorundem jussu vel permissu, si Consules; hunc sub Cæsariibus honorem obtinuerunt, in auro, vel argento; ut in nummis Syllæ Felicis observavimus.' *Ed. sec.*

<sup>a</sup> *Cui viator*] Columella, in Præf. p. 7. 'Illis,' ait, 'temporibus proceres civitatis in agris morabantur: et cum consilium publicum desiderabatur, a villis arcessebantur in Senatum. Ex quo qui eos evocabant, Viatores nominati sunt.' Vide etiam Festum, verbo 'Viatores.'

<sup>t</sup> *At nunc*] Eadem Columellæ con-questio oratione pereleganti, præfatione operis: 'Nec posthæc reor intemperantia cæli nobis ista, sed

nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo cuique servorum velut carnifici noxiæ dedimus, quam majorum nostrorum optimus quisque optime tractaverit.' Cetera consule.

<sup>u</sup> *Inscriptique*] Notata frons stigmatate, quod inuri servis soleret. Ausonius de Pergamo scriptore servo et fugitivo: 'Tam segnis scriptor, quam lentus, Pergame, cursu fugisti, et primo captus es in stadio. Ergo notas scripto tolerasti, Pergame, vultu: Et quas neglexit dextera, frons patitur.' De hisce stigmatibus vide Gothofredum, in Cod. Theod. lib. 1x. tit. 40. de pœnis, p. 294.

<sup>v</sup> *Non tamen surda*] Quanquam villissimorum hominum manibus colitur, quod ipsa poscitur, benigne producit.

<sup>w</sup> *Ergastulorum*] Hoc est, servo-

v. Igitur de cultura agri præcipere principale etiam apud exteros.<sup>1</sup> Siquidem et reges<sup>a</sup> fecere, Hiero, Philometor, Attalus,<sup>2</sup> Archelaus; et duces Xenophon, et Pœnus etiam Mago: cui quidem tantum honorem senatus noster habuit Carthagine capta, ut cum regulis Africæ bibliothecas donaret, unius ejus duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferenda, cum jam M. Cato præcepta condidisset: peritisque linguæ Punicæ<sup>b</sup> dandum negotium, in quo præcessit omnes vir clarissimæ familiæ<sup>c</sup> D. Silanus. Sapientes vero complures, quos sequeremur,<sup>3d</sup> præteximus hoc in volumine, non ingratis<sup>e</sup> nominando M. Varrone, qui octogesimum<sup>4</sup> primum<sup>f</sup> vitæ annum agens, de ea re prodendum putavit.



CAP. v. 1 Ita edd. vet. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *et apud exteros* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 ‘Ita bene cod. Reg. 2. et Cl. Rezzonicus,’ Brotier. Ita etiam Gronov. *Philometor Attalus* conjunctim, Turneb. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 ‘Ita bene cod. Reg. 2. Editio princeps et Cl. Rezzonicus.’ Brotier. *quos sequentes* Gronov. Harduin. et recentt. *Syllanus sapientiæ compositissimæ, quos sequeremur, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. ‘Vet. *Silanus. Sapientiæ vero composuissent; (lege, compositissimæ) quos sequimur, prætex. hoc in vol. non in grege.* Legit et in grege Turneb.’ Dalec.

#### NOTÆ

rum, qui in ergastulis diu detenti.

<sup>a</sup> *Siquidem et reges*] De his agemus in Auctorum Indice.

<sup>b</sup> *Peritisque linguæ Punicæ*] Mss. Regg. &c. *peritisque Punice*, ut sit adverbium, sicut Græcæ, Latine.

<sup>c</sup> *Clarissimæ familiæ*] Junia gentis Decimus Silanus fuit.—‘*Clarissimæ familiæ*] Nam ex ea familia fuere, ut jam diximus, A. Licinius Nerva Silanus, Trinuivir Monetalis sub Augusto: Silanus, Orienti præfectus, in nummis ANTIOXEQN, sub Tiberio: M. Silanus, nepos neptis Augusti apud Plinium vii. 11. et ex eo natus Ælius Silanus, frater Nervæ Imp. in nummo inscripto AESILLAS, quem alibi explicuimus. Clarissimæ igitur familiæ ‘Decimus Silanus’ iste fuit.’ Ed. sec.

<sup>d</sup> *Quos sequeremur [sequentes]* Qui

priorum tempora subsecuti sunt, quosque hujus operis initio appellavimus, nempe libro primo. In Mss. Reg. 2. *quos sequeremur*, scriptura haud penitus improbanda.

<sup>e</sup> *Non ingratis*] Ex infinito numero libenter Varronem appellamus. In Ms. Reg. 2. *non in grege*, quasi extra gregem nominando, quia antecellit.

<sup>f</sup> *Octogesimum primum*] Id Varro de se ipse prodit, statim in ipso operis ingressu de Re Rust. i. 1. ‘Cogitans,’ inquit, ‘esse properandum, quod (ut dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam ante quam proficiscar e vita.’ In quo Varronis loco unitatis notam excidisse e numero anuorum Varronis, Fulv. Ursinus in Notis p. 10. recte admonuit.

(iv.) Apud Romanos multo serior vitium cultura esse cœpit. Primoque, ut necesse erat, arva tantum coluere: quorum nobis<sup>5</sup> ratio nunc tractabitur non vulgari modo, verum, ut adhuc fecimus, et vetustis et postea inventis omni cura perquisitis, causaque rerum et ratione simul eruta.<sup>6</sup> Dicemus et sidera, siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata: quandoquidem qui adhuc ea diligentius tractavere, quibusvis potius,<sup>7</sup> quam agricolis, scripsisse possunt videri.

vi. Ac primum omnium oraculis majore ex parte agemus, quæ non in alio vitæ genere plura certiorave sunt. Cur enim non videantur oracula, a certissimo die<sup>8</sup> maximeque veridico usu profecta?

(v.) Principium autem a Catone sumemus: 'Fortissimi<sup>h</sup> viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes. Prædium ne cupide emas. In re rustica operæ ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emtum est, semper pœnitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam,<sup>2</sup> et vicinum.'<sup>1</sup> Singula magnas<sup>j</sup> interpretationes habent, nec dubias. Cato in conterminis<sup>k</sup> hoc amplius æstimari jubet, quo pacto nitent: 'In bona enim,' inquit, 'regione bene nitent.'<sup>3</sup> Atilius

//////////

—4 Cod. Dalec. qui septuagesimum.—5 Chiffi. a nobis. Ita margo edd. Dalec. et Gronov.—6 Cod. Dalec. erudita.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. recentt. quibusvis oratoribus potius Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. VI. 1 Deo Lips.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Turneb. aquarum vim Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. In bona enim (sic et cod. Dalec.) reg. bene nitent Turneb. In bono est, inquit, religione bene nitenti Chiffi. In bona est, inquit, regione bene nitere Gronov. et vulgg.—4 Atilius

#### NOTÆ

<sup>8</sup> Certissimo die] Nam dies usum affert, qui optinuis omnium est magister. Mss. omnes die recte: non deo, ut Lipsio visum. In hanc sententiam Columella egregie, l. 1. 'Usus et experientia dominantur in artibus: neque est ulla disciplina, in qua non peccando discatur,' &c.

<sup>h</sup> Fortissimi] Desumpta hæc a Catone, ex Præf. libri de Re Rust. p. 5.

<sup>1</sup> Aquam, viam, et vicinum] Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>j</sup> Singula magnas] Has interpretationes ex Columella dabimus in Notis et Emend. num. cit.

<sup>k</sup> Cato in cont.] Cato loc. cit. 'Vi-



Regulus,<sup>1</sup> ille Punico bello<sup>m</sup> bis consul, aiebat ‘neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effœctis saluberrimum.’ Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant. Præterea sunt quædam partibus anni salubria: nihil autem salutare est, nisi quod toto anno salubre.<sup>5</sup> Malus est ager,<sup>n</sup> cum quo dominus luctatur. Cato inter<sup>o</sup> prima spectari jubet, ut solum<sup>6</sup> sua virtute valeat, qua dictum est<sup>p</sup> positione: ut operariorum<sup>q</sup> copia prope sit, oppidumque validum: ut navigiorum evectus vel itinerum: ut bene ædificatus, et cultus, in quo falli plerosque video. Segnitiam enim prioris domini pro emtore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaque Cato,<sup>r</sup> ‘de bono domino melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam: agroque, ut homini, quamvis quæstuosus sit, si tamen et sumtuosus, non multum superesse.’<sup>s</sup> Ille in



Gronov.—5 Chiffi. *salubre est.*—6 Vet. Dalec. *non solum*; unde Dalecampius

## NOTÆ

cini quo pacto niteant, id animum advertito: in bona regione bene nitere oportebit,’ &c.

<sup>1</sup> *Atilius Regulus*] Hæc iisdem verbis Columella de Re Rust. l. 4. p. 19. ‘In universum tamen quasi testificandum atque sæpius prædicandum habeo, quod primo jam Punico bello dux inclytissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur: fundum, sicuti ne fœcundissimi quidem soli, cum sit insalubris; ita nec effœcti sit, si vel saluberrimus sit, parandum. Quod Atilius ætatis suæ agricolis majore cum auctoritate suadebat peritus usu: nam Pupiniæ pestilentis simul et exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiæ.’ De eo multa Seneca, de Consol. ad Helv. c. 12. p. 811.

<sup>m</sup> *Punico bello*] Primo.

<sup>n</sup> *Malus est ager*] Colum. l. 3. p. 18.

<sup>o</sup> *Cato inter*] Catonis verba loc. cit. ‘Uti bonum cælum habeat, ne calamitosum siet: solum bonum sua virtute valeat.’

<sup>p</sup> *Qua dictum est*] Quo proxime dictum est, situ, juxta amnem, aut mare, iterque commodum, &c. vel quo dictum est XVII. 3. agrum optimum situm esse oportere.

<sup>q</sup> *Ut operariorum*] Cato loc. cit.

<sup>r</sup> *Itaque Cato*] Loc. cit. ‘Caveto alienam disciplinam temere contempnas. De domino bono colono, bonoque ædificatore, melius emetur... Videto, quam minimi instrumenti, sumtuosusque ager ne siet. Scito idem agrum, quod hominem, quamvis quæstuosus siet, si sumtuosus erit, relinqui non multum.’

<sup>s</sup> *Non multum superesse*] Post factas impensas non multum superesse fructuum, et quæstus.

agro<sup>1</sup> quæstuosissimam judicat vitem: <sup>7</sup> non frustra, quoniam ante omnia de impensæ ratione cavit. Proxime hortos riguos: nec id falso, si sub oppido sint.<sup>8</sup> Et prata antiqui parata<sup>u</sup> dixere. Idemque Cato<sup>v</sup> interrogatus, quis esset certissimus quæstus, respondit, 'Si bene pascas.'<sup>9</sup> Quis proximus? 'Si mediocriter pascas.'<sup>10</sup> Summa omnium in hoc spectando fuit, ut fructus is maxime probaretur, qui quam minimo impendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. Eodemque<sup>w</sup> pertinet, quod 'agricolam vendacem esse oportere' dixit. 'Fundum<sup>x</sup> in adolescentia conserendum sine cunctatione, ædificandum non nisi consito agro: tunc quoque

//////////

legit num solum. Mox, Cod. Dalec. *virtute alat.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cnm edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *indicat vitem* Gronov.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sint: mox salictum: ab hoc olivetum: et deinde prata, quæ antiqui, e Catone.*—9 Vet. Dalec. *pascat.*—10 *Si arat bene* Vet.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Ille in agro*] Cato loc. cit. Varro de Re Rust. i. 7. 'Cato quidem,' inquit, 'gradatim præponens, alium alio agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus: quod sit primus, ubi vineæ possint esse bono vino et multo: secundus, ubi hortus irriguus: tertius, ubi salicta: quartus, ubi oliveta: quintus, ubi pratium: sextus, ubi campus frumentarius: septimus, ubi cædua sylva: octavus, ubi arbutum: nonus, ubi glandaria sylva. Scrofa: Scio, inquit, scribere illum: sed de hoc non consentiunt omnes, quod alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoque: a quo antiqui prata parata appellarunt,' &c.

<sup>u</sup> *Et prata . . . parata*] 'Quod proptinus essent parata,' inquit Colum. de Re Rust. ii. 17. p. 74. 'nec magnam laborem desiderarent.' Vel quod paratus et annuus sit hic terræ fœtus: nam et idcirco 'fœnum quoque pratorum,' auctore Festo, 'a fœnore est appellatum, quando idipsum manens, quotannis novum parit.'

<sup>v</sup> *Idemque Cato*] Refert id quoque Colum. lib. vi. p. 208. in Præfatione: 'Ut etiam,' inquit, 'M. Cato credit, qui consulenti quam partem rei rusticæ exercendo celeriter locupletari posset, respondit, si bene pasceret. Rursusque interroganti quid deinde faciendo satis uberes fructus percepturus esset, affirmavit, si mediocriter pasceret.' Refert hoc ipsum Tullius de Offic. ii. 88.

<sup>w</sup> *Eodemque*] Cato de Re Rust. c. 2. 'Patrem familias vendacem,' inquit, 'non emacem, esse oportet.' Et paulo ante: 'Vendat oleum . . . vinum, frumentumque quod supersit. Vendat boves vetulos,' &c.

<sup>x</sup> *Fundum*] Verba Catonis plena elegantia de Re Rust. c. 3. 'Prima adolescentia patrem familiæ agrum conserere statim studere oportet: ædificare diu cogitare oportet: conserere cogitare non oportet; sed facere. Ubi ætas accessit ad annos xxxvi. tum ædificare oportet, si agrum consitum habeas.'

cunctanter: optimumque est<sup>11</sup> (ut vulgo dixere) 'aliena insania frui,' sed ita, ut villarum tutela non sit oneri. 'Eum tamen' qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum: frondemque domini plus prodesse quam occipitium' non mentiuntur.

VII. (VI.) Modus hic<sup>a</sup> probatur, ut neque fundus villam

//////////

Dalec.—11 Dalec. *optimumque esse.*

#### NOTE

¶ *Eum tamen*] Cato c. 4. 'Ruri si recte habitaveris, libentius et sæpius venies. Fundus melius erit, minus peccabitur, fructus plus capies. Frons occipitio prior,' hoc est, potior, meliorque. Sic ille Persa apud Xenoph. in *Æconom.* pag. 854. interrogatus, quæ res potissimum saginaret equum, respondit, *Oculus domini, δεσπότου ὀφθαλμός.* Festive, ut semper, Phædrus II. 8. 'Cervus nemorosis excitatus latibulis, Ut venatorum fugeret instantem necem, Cæco timore proximam villam petit, Et opportuno se bovili condidit. Hic bos latenti: Quidnam voluisti tibi, Infelix ultro qui ad necem ecurreris, Hominumque tecto spiritum commiseris? At ille supplex: Vos modo, inquit, parcite, Occasione rursus erumpam data. Spatium diei noctis excipiunt vices, Frondem bubulcus affert, nec ideo videt. Eunt subinde et redeunt omnes rustici. Nemo animadvertit: transit etiam villicus, Nec ille quicquam sentit. Tum gaudens ferus Bobus quietis agere cæpit gratias, Hospitium adverso quod præstiterint tempore. Respondit unus: Salvum te cupimus quidem, Sed ille qui oculos centum habet, si venerit, Magno in periculo vita vertetur tua. Hæc inter, ipse dominus a cæna redit: Et quia corruptos viderat nuper boves, Accedit ad præsepe: Cur frondis parum est? Stramenta desunt? tol-

lere hæc aranea Quantum est laboris? dum scrutatur singula, Cervi quoque alta est conspicatus cornua: Quem convocata jubet occidi familia, Prædamque tolli. Hæc significat fabula, Dominum videre plurimum in rebus suis.' Sic Colum. I. 1. eleganter: 'Ac ne ista quidem præsidia . . . tantum pollent, quantum vel una præsentia domini: quæ nisi frequens operibus intervenerit, ut in exercitu cum abest imperator, cuncta cessant officia: maximeque reor hoc significantem Pœnum Magonem suorum scriptorum primordium talibus auspiciis sententis: Qui agrum parabit, domum vendat, ne malit urbanum, quam rusticum larem colere. Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico prædio non erit opus.' Et IV. 18. 'Oculi et vestigia domini, res agro saluberima.'

<sup>a</sup> *Modus hic*] Ædificandi videlicet. Cato c. 3. 'Ita ædifices, ne villa fundum quærat, neve fundus villam.' Sic et Colum. I. 4. ex Catone. Quærit fundus villam, cum villa minus magna est, quam modus fundi postulat. Quærit villa fundum, cum major est villa: quæ tuenda est sumtu majore. Ita fere Varro de Re Rust. I. 11. Villam hoc loco urbanam intellige, hoc est, eam partem, quam ruri dominus sibi recepit: quæ quia elegantius instrui

quærat, neque villa fundum. Non ut fecerunt<sup>r b</sup> juxta diversis eadem ætate exemplis L. Lucullus, et Q. Scævola, cum villa<sup>c</sup> Scævolæ fundus careret, villa Luculli agro.<sup>2</sup> Quo in genere censoria<sup>d</sup> castigatio erat minus arare, quam verrere. Nec hoc sine arte quadam est. Novissimus villam in Misenensi<sup>e</sup> posuit C. Marius septies consul, sed peritia castrametandi, sic ut comparatos ei ceteros etiam Sylla<sup>3</sup> Felix<sup>f</sup> cæcos fuisse diceret.

Convenit<sup>g</sup> nec juxta paludes ponendam esse, neque adverso<sup>h</sup> amne: quanquam Homerus<sup>i</sup> omnino e flumine semper antelucanas auras insalubres verissime tradidit.



CAP. VII. 1 Chiffi. *fecerit*.—2 'Turneb. *fructus non caperet, (non caret Chiffi. male,) villam Luculli ager.*' Dalec.—3 Gronov. *Sylla*.—4 Chiffi. *asti-*

#### NOTÆ

solet, urbana dicitur, quasi urbani nitoris. *Maison de campagne.*

<sup>b</sup> *Non ut fecerunt*] Colum. de Re Rust. 1. 4. p. 20. 'Multos enim deerrasse memoria prodidit, sicut præstantissimos viros L. Lucullum, et Q. Scævola: quorum alter majores, alter minus amplas, quam postulavit modus agri, villas exstruxit, cum utrumque sit contra familiarem,' &c.

<sup>c</sup> *Cum villa*] Nam et villa Scævolæ fructibus deerat, cum parva nimis esset: villam Luculli ingentem et magnificam vix amplectebatur ager.

<sup>d</sup> *Censoria*] Censorum animadversioni obnoxius erat, qui lautiores villas pararet, quæ verri deberet, quam ampliores agrum araret.

<sup>e</sup> *In Misenensi*] In Campania. Vide III. 9. De hac Misenensi villa multa disserit Plutarchus in Mario, p. 424.

<sup>f</sup> *Sylla Felix*] Qui Marii hostis fuit. Dignum videri laude vel inimico, præclarum.

<sup>g</sup> *Convenit*] Colum. de Re Rust. 1. 5. p. 22. 'Nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificiis, . . . . . quod illa caloribus noxium virus

eructat, et infestis aculeis armata gignit animalia, quæ in nos densissimis examinibus involant. Tum etiam natricum serpentiumque pestes, hyberna destitutas uligine, cæno et fermentata colluvie venenatas emitit, ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi . . . . sed et anni toto tempore situs atque humor instrumentum rusticum, supellectilemque, et inconditos conditosque fructus corrumpit.' Varro de Re Rust. 1. 12. 'Advertendum etiam si qua erunt loca palustria, et quod arescunt, et quod in iis crescunt animalia quædam minuta, quæ non possunt oculi consequi, et per aëra intus in corpus per os ac nares perveniunt, atque efficiunt difficiles morbos.'

<sup>h</sup> *Neque adverso*] Columella loc. cit. 'Cavendum tamen erit, ut a tergo potius, quam præ se villa flumen habeat, . . . cum plerique amnes æstate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent.'

<sup>i</sup> *Homerus*] Odyss. E. 469. frigidam esse auras antelucanas scribit: ἄρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρῆ πνέει ἡῶδι πρό.

Spectare<sup>j</sup> in æstuosis<sup>+</sup> locis septemtriones debet, meridiem in frigidis: in temperatis exortum æquinoctialem. Agri ipsius bonitas quibus argumentis judicanda sit,<sup>5</sup> quam de terræ optimo genere disserentes abunde dixisse<sup>k</sup> possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus, Catonis<sup>l</sup> maxime verbis: Ebulum,<sup>m</sup> vel prunus sylvestris, vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, sylvestris pirus, malusque, frumentarii soli notæ. Item nigra terra, et cinerei coloris. Omnis creta coquit, nisi permacra: sabulumque, nisi id etiam pertenuè est:<sup>6</sup> et multo campestribus magis quam clivosis respondent eadem.

Modum agri<sup>n</sup> inprimis servandum antiqui putavere: quippe ita censebant, 'Satius esse minus serere, et melius

//////////

rosis.—5 Chiff. *indicanda sit*.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *sabulum etiam, nisi id pertenuè est* edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Spectare*] Colum. 1. 5. p. 23.

<sup>k</sup> *Abunde dixisse*] Libro superiore c. 3.

<sup>l</sup> *Catonis*] An Magonis potius? Nam apud Catonem huc usque minime reperta. Sunt quædam ex iis apud Colum. 11. 2. 'Plurimos antiquorum,' inquit, 'qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto, quasi confessa, nec dubia signa pinguis ac frumentorum fertilis agri prodidisse, dulcedinem soli propriam, herbarum et arborum proventum, nigrum colorem vel cinereum,' &c. Et post quædam interposita: 'Multa sunt, quæ terram frumentis habilem significant, ut juncus, ut calamus, ut graminum, ut trifolium, ebulum, rubi, pruni sylvestres, et alia complura, quæ etiam indagatoribus aquarum nota, non nisi dulcibus terræ venis educantur.'

<sup>m</sup> *Ebulum*] De his suo loco dicemus. De bulbo inprimis XIX. 30. Herba pratensis Catoni, Columellæ

ac ceteris graminum est.

<sup>n</sup> *Modum agri*] In eam rem scite et eleganter Colum. 1. 3. p. 18. 'Nos ad cetera præcepta illud adjicimus, quod sapiens unus de septem in perpetuum posteritati pronuntiavit, μέτρον χρῆσθαι, adhibendum modum mensuramque rebus: idque, ut non solum aliud acturis, sed et agrum paraturis dictum intelligatur: ne majorem, quam ratio calculorum patiatur, emere velit. Nam huc pertinet præclara nostri Poëtæ sententia: 'Laudato ingentia rura, Exiguum colito.' Quod vir eruditissimus, ut mea fert opinio, traditum vetus præceptum numeris signavit: quippe antiquissimam gentem Pænos dixisse convenit, Imbecilliorum agrum quam agricolam esse debere: quoniam cum sit collectandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie.'

arare:’ qua in sententia et Virgilium fuisse video. Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam: jam vero et provincias. Sex domini semissem Africae<sup>o</sup> possidebant, cum interfecit eos Nero princeps: non fraudando<sup>p</sup> magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio,<sup>7</sup> qui nunquam agrum mercatus est conterminum. Agro emto<sup>q</sup> domum vendendam, inclementer, atque non ex utilitate publici status Mago censuit, hoc exordio præcepta pandere ingressus, ut tamen appareat assiduitatem desideratam ab eo.

Dehinc peritia villicorum in cura habenda est: multaque de iis Cato præcepit.<sup>r</sup> Nobis satis sit dixisse, quam proximum domino corde<sup>s</sup> esse debere,<sup>8</sup> et tamen sibimetipsi non videri. Coli rura ab ergastulis<sup>9</sup> pessimum est, et quicquid agitur a desperantibus. Temerarium videatur unam vocem antiquorum posuisse, et fortassis incredibile penitus æstimetur:<sup>10</sup> ‘Nihil minus expedire, quam agrum optime



—7 Vet. Dalec. *fraudabo, &c. Pompeium.*—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *corde esse debeat* Turneb. *cordi esse debere* Gronov. et vulgg.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *rura ergastulis* Gronov. et al. vett.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Semissem Africae*] Mediam Africae partem, hoc est, Zengitanæ regionis, de qua dictum est v. 3.

<sup>p</sup> *Non fraudando*] Familiaris scriptori nostro loquendi modus. Sic paulo ante c. 5. ‘non ingrante nominando M. Varrone,’ &c. Quo loco, inquit, fraudari non debet merita laude Pompeius, &c.

<sup>q</sup> *Agro emto*] Colum. i. 1. pag. 14. ‘Nisi præsentia domini frequens operibus intervenerit, ut in exercitu cum abest imperator, cuncta cessant officia. Maximeque reor hoc significantem Pænum Magonem, suorum scriptorum primordium talibus auspiciatum sententiis: Qui agrum parabit, domum vendat: ne malit ur-

banum, quam rusticum larem colere: Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico prædio non erit opus,’ &c.

<sup>r</sup> *Cato præcepit*] De Re Rust. c. 5. p. 10.

<sup>s</sup> *Quam proximum domino corde*] Peritia quam simillimum domino esse debere. ‘Egregie cordatus homo,’ egregie peritus. Optime scire oportet villicum, quæ dominus velit, ut obsequatur, et possit alius præcipere: et tamen sibimetipsi non videri: hoc est, quod Cato c. 5. dicit, p. 10. ‘Ne plus censeat sapere se, quam dominum: consideretque, ut quæ dominus imperaverit, fiant.’

colere.' L. Tarius<sup>11</sup> Rufus<sup>t</sup> infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritis, antiquæ alias parsimonix, circiter millies H-s.<sup>u</sup> liberalitate divi Augusti congestum, usque ad detractationem<sup>12 v</sup> hæredis exhaustit, agros in Piceno coëmendo, colendoque in gloriam. Internecionem<sup>w</sup> ergo<sup>13</sup> famemque censemus? Immo hercules, modum judicem<sup>x</sup> rerum omnium<sup>14</sup> utilissimum. Bene colere necessarium est: optime, damnosum, præterquam sobole,<sup>y</sup> suo colono, aut pascendis. Alioqui colente domino<sup>15</sup> aliquas messes colligere non expedit, si computetur<sup>z</sup> impendium operæ. Nec temere olivam:<sup>a</sup> nec quasdam terras diligenter colere, sicut in Sicilia,<sup>b</sup> tradunt: itaque decipi advenas.



cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *existimetur* Gronov. et vett.—11 *L. Tarius Vet. Dalec.*—12 Chiff. *detractationem.*—13 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Male recentiores, *colendoque. In gloria internecionem ergo.*' Brotier. *colendoque in gloriam. Internecionem ergo* Gronov. et al. vett. *colendoque. In gloria, &c.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hercule judico modum rerum omnium* Gronov. et vulgg.—15 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *suo colono aut pascendis. Alioqui colente domino* Chiff. *sua, colonore pascendis. Alioqui domino* Gronov. et al. vett. *suo colono pascendum. Alioqui domino* Turneb.

## NOTE

<sup>1</sup> *L. Tarius Rufus*] Anno Urbis DCCXXXVII. gessit Consulatum ex Kalendis Juliis, Augusti principatu, ut quidem Fasti tradunt.

<sup>u</sup> *Millies H-S*] Millies centena sestertium millia: quæ Gallicæ monetæ faciunt libras, ut vocant, 10000000. sen miliones decem.

<sup>v</sup> *Ad detractationem*] Ut gerere se pro hærede, eo mortuo, nemo non detractaret.

<sup>w</sup> *In gloriam. Int. [in gloria int.]* Neglectum agri. Numquid satius igitur, ut negligenter agrum colendo dominus esuriat?

<sup>x</sup> *Modum judicem*] Μέτρον ἔριστον esse censuerim.

<sup>y</sup> *Præterquam sobole*] Nisi ad co-

lendum agrum opera liberorum utatur, vel coloni sui, aut aliorum, quos alioqui pasci alique a domino opus sit.

<sup>z</sup> *Si computetur*] Cum sumtus fructum superet, si colere per se dominum ipsnm oporteat.

<sup>a</sup> *Nec temere olivam*] Subintellige, diligenter colere oportet: quoniam non ulla est oleis cultura, uti ex Virgilio observavimus xv. 28.

<sup>b</sup> *In Sicilia*] Ex Theophr. Hist. VIII. 6. locus hic desumptus procul dubio est: Παρ' ἄλλοις δὲ τὸ λίαν ἐργάζεσθαι βλάπτει, καθάπερ ἐν Σικελίᾳ. *Apud alios cultus nimius obest, ut in Sicilia.* Adde ejusdem Theophrasti historiam de Causis, c. 25. p. 209. de colono illo

VIII. Quonam igitur modo utilissime coluntur agri? <sup>1</sup> ex oraculo scilicet, malis bonis. Sed defendi æquum est abavos, qui præceptis suis prospexere vitæ. Namque cum <sup>2</sup> dicerent malis, intelligere voluere vilissimos. Summum providentiæ illorum fuit, ut quam minimum esset impendii. Præcipiebant enim ista, qui triumphales <sup>c</sup> denas <sup>3</sup> argenti libras in supellectile crimini dabant: qui mortuo <sup>d</sup> villico relinquere victorias, et reverti in sua rura postulabant: quorum hæredia <sup>e</sup> colenda <sup>4</sup> suscipiebat respublica, exercitusque ducebant, senatu <sup>5</sup> illis villicante.



CAP. VIII. 1 'Ita cod. Reg. 1.' Brotier. *colentur agri* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 *Nam cum* Edd. vett.—3 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Frustra in recentioribus emendatum, *triumphali denas*. Id a censoribus crimini datum Cornelio Rufino bis consuli et dictatura functo, anno Urbis conditæ 478. Vide Gellium iv. 8. et xvii. 21.' Brotier. *triumphali denas* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *triumphali viro denas* al. apud Dalec.—4 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. In Editione principe aliisque, *prædia*. Hæredium, parvum est prædium, quod hæreditate obvenit. Id contigit Atilio Regulo anno Urbis conditæ 498. Vide Val. Max. iv. 4.' Brotier. Chiff. aliique codd. *hærendia*; unde Turneb. conj. *hæredia*. Editiones autem Brotier omnes, *prædia colenda*.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *respub-*

#### NOTÆ

Corinthio in Syracusani agri cultura aberrante: quam Plinius et antea retulit, xvii. 3. et nunc iterum indicat, cum subjungit, 'Itaque decipi advenas.'

<sup>c</sup> *Qui triumphales [triumphali]* Hoc est, triumphali viro. Quem Plinius notet hoc loco, indicabimus libro xxxiii. 50. Signat hoc tempus egregio versiculo Ovid. Fast. i. 208. 'Cum levis argenti lamina crimen erat.'

<sup>d</sup> *Qui mortuo*] Atilium Regnum intelligit, qui maritimo ac terrestri prælio fractis Carthaginensium viribus, postea victus ab iis et in acie captus, anno Urbis duodecingentesimo. Valer. Max. iv. 4. 6. 'Ejusdem nominis et sanguinis Atilius Regulus, primi Punici belli gloria cladesque maxima, cum in Africa inso-

lentissimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognosset, Consulibus scripsit, villicum in agello, quem septem jugerum habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento, discessisse. Ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. Quæ postquam Senatus a Consulibus accepit, et agrum Atilii illico colendum locari, et alimenta conjugi ejus ac liberis præberi, resque quas amiserat, redimi publice jussit.'

<sup>e</sup> *Quorum hæredia [prædia]* Mss. *hærendia*. Forte, *hæredia*, ut visum est Turnebo Advers. xxx. 18. pag. 1106.



Inde illa reliqua oracula : 'Nequam agricolam esse, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Malum patremfamilias, quisquis interdium faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate cœli. Pejorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis<sup>f</sup> deberet. Pessimum, qui sereno die sub tecto potius operaretur, quam in agro.'

Nequeo mihi temperare, quominus unum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi possit, apud populum etiam de culturis agendi morem<sup>6</sup> fuisse, qualiterque defendi<sup>7</sup> soliti sint illi viri. C. Furius Cresinus<sup>8g</sup> e servitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albino<sup>h</sup> curuli die dicta, metuens



*lica; qui exerc. ducebant Senatu.*—6 Chiff. pro v. l. *modum.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *qualiter defendi* Gronov. et vulgus.—8 *Cresinius* Turneb. *Cresinus* Chiff.—9 Ita Har-

## NOTE

<sup>f</sup> *Quod feriatis*] Ut Maro cecinit Georg. 1. 268. 'Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas et jura sinunt. Rivos deducere nulla Religio vetuit: segeti prætere sepe, Insidias avibus moliri, incendere vepres, Balantumque greges fluvio mersare salubri.' 'Quamquam Pontifices,' inquit Columella, 'negant segetem feriis sepi debere: vetant quoque lanarum causa lavari oves, nisi propter medicinam: . . . Feriis autem ritus majorum etiam illa permittit: far piusere, faces incidere, candelas sebare,' &c. Et Cato c. 2. 'Per ferias vero fossas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi, hortum fodiri,' &c. 'M. Porcius Cato,' inquit Columella loc. cit. 'mulis, equis, asinis nullas esse ferias dixit,' &c.

<sup>g</sup> *Cresinus*] Mss. *Cresimus*. Apud Gruter. p. 35. 'Creusina Secundus' legitur. Habet aliquid huic narrati-

oni persimile Plinius ipse, de Remio Palæmone, XIV. 5.—'Ad hanc gentem Furiam nummus pertinet argenteus e Museo nostro, et apud Patinum, p. 117. n. 3. in quo Jani bifrontis imago est, cum Epigraphe, Μ. ΦΟΥΡΙ. Λ. Φ. .). Τροπæum portis civitatis impositum: hinc aquila legionaria, inde Roma stans galeata, sinistra hastam gerit, sive sceptrum, dextra coronam imponit τροπæο. Retro, ROMA. Infra PHIL, pro PHIL. Non est hic Furius cognomine Philus. Certe si nomen his literis designaretur, *Philus* esset, non *Philus*: ut *Sergius* scribi solet, pro *Sergius*, et cetera similiter omnia. At hic sententia est: 'M. Furius Lucii Filius Philippus Legionem Imposuit,' præsidariam scilicet, post prælinm Philippense, anni U. C. DCCXII.' *Ed. sec.*

<sup>h</sup> *Sp. Albino*] Sp. Postumio Albino,

damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, et adduxit familiam validam,<sup>9</sup> atque (ut ait Piso) bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos. Postea dixit: 'Veneficia mea, Quirites, hæc sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque, et sudores.' Omnium sententiis absolutus itaque est. Profecto<sup>10</sup> opera, non impensa, cultura constat. Et ideo majores fertilissimum in agro oculum domini<sup>1</sup> esse dixerunt.

Reliqua præcepta reddentur suis locis, quæ propria generum singulorum erunt. Interim communia, quæ succurrunt, non omittemus. Et inprimis Catonis humanissimum utilissimumque: 'Id agendum, ut<sup>j</sup> diligent vicini.'<sup>11</sup> Causas reddit<sup>k</sup> ille:<sup>12</sup> nos<sup>13</sup> existimamus nulli esse dubias. Inter prima idem cavet, ne familiæ malæ sint.<sup>1</sup> Nihil sero<sup>m</sup> faciendum in agricultura omnes censent, iterumque suo quæque tempore facienda. Ex tertio præcepto, prætermissa frustra revocari. De terra cariosa<sup>n</sup> execratio Catonis abunde indicata est. Quanquam prædicere<sup>14</sup> non

duin. 1. 2. 3. et recentt. *filiam validam* Gronov. et al. vett.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *absolutus. Itaque profecto* Gronov. et edd. vett.—11 Chiffi. *utilissimumque, &c. se vicini*; Gronov. et al. ante Harduin. *et utilissimum, &c.*—12 *Reddit ille causas* cod. Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quas* Gronov. et vulgg.—14 Vet. Dalec. *prædicare*.—15 Dalec. *at saxosus bi-*

## NOTÆ

ædili tum curuli, post Consule anno Urbis DLXVIII. Q. Marcio Philippo Collega.—<sup>c</sup> In hac narratione cum prius legeretur, *filiam validam*, reposuimus *familiam validam*: admoniti dicto Catonis, quod proxime sequitur, 'Ne familiæ male sit.' *Ed. sec.*

<sup>1</sup> *Oculum domini*] Vide quæ in eam sententiam attulimus, c. 6. extremo.—<sup>c</sup> Quibus adde hunc Æschyli versum: 'Ὅμια γὰρ Δόμων νομίζω δεσπότην παρουσίαν.' *Ed. sec.*

<sup>j</sup> *Id agendum, ut*] Cato c. 4. 'Vici-

nis bonus esto,' &c.

<sup>k</sup> *Causas reddit*] Quas afferemus in Notis et Emend. num. 5.

<sup>1</sup> *Ne familiæ malæ sint*] Vide Notas et Emend. num. proxime cit.

<sup>m</sup> *Nihil sero*] Cato c. 5. 'Opera omnia mature conficias face. Nam res rustica sic est, si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies.' His adde quæ ex Columell diximus, xvii. 19.

<sup>n</sup> *De terra cariosa*] Diximus de ea xvii. 3.

cessat is. Quicquid per asellum fieri potest, vilissime constat. Filix biennio<sup>o</sup> moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissime contingit, germinantis ramis baculo decussis. Succus enim ex ipsa defluens, necat radices. Aiunt et circa solstitium avulsas non renasci, nec arundine sectas, aut exaratas vomeri arundine imposita. Similiter<sup>p</sup> et arundinem exarari filice vomeri imposita præcipiunt. Juncosus ager verti pala<sup>q</sup> debet: at in saxoso bidentibus.<sup>15</sup> Fructecta<sup>16 r</sup> igni optime tolluntur. Humidior<sup>s</sup> agrum fossis<sup>17</sup> concidi atque siccari, utilissimum est: fossas autem cretosis locis apertas relinqui: in solutiore terra sepibus firmari, ne procidant: aut supinis<sup>18 t</sup> lateribus procumbere: quasdam occæcari,<sup>u</sup> et in alias dirigi majores patientioresque:<sup>19</sup> si sit occasio, silice vel glarea sterni. Ora autem<sup>v</sup> earum binis utrimque lapidibus statuminari,<sup>20</sup>



*dentibus; Chiff. in emend. ante infractus bidentibus.—16 ‘Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Male recentiores, Fructeta.’ Brotier. Fructeta Gronov. Hardnir. 1. 2. 3. et recentt.—17 Cod. Dalec. fossione.—18 Turneb. in recipibus, aut supinis; Chiff. divis in precipibus aut supinis. Margo edd. Dalec. et Gronov. aut supinæ lat. procumbant.—19 Vet. Dalec. quasdam observari, et in alias dirigi. Majores patientioresque. Alii ap. Dalec. et minores in alias dirigi majores, &c. Margo edd. Dalec. et Gronov. majores patientesque: et si sit, e Colum. majores patientioresque: et si sit Chiff.—20 Chiff. statuminari; sed in emend. intus muniri.*

## NOTE

<sup>o</sup> *Filix biennio*] Colum. II. 2. pag. 41.

<sup>p</sup> *Similiter*] Arundinis cum filice odia et ἀντιθέται altero vide exemplo firmata, XXIV. 50. Habet hæc quoque Diosc. IV. 187.

<sup>q</sup> *Juncosus ager verti pala*] Pastinari. Colum. loc. cit.

<sup>r</sup> *Fructecta* [*Fructeta*] Colum. loc. cit. ‘Nemorosi fructetosique tractus duplex cura est, vel extirpandis radicibus arboribus, et removendis: vel, si raræ sint, tantum succidendis, incendendisque, et inarandis.’

<sup>s</sup> *Humidiorum*] Colum. II. 2. ‘Si locus humidus erit abundantia uliginis, ante siccetur fossis. Earum duo

*Delph. et Var. Clas.*

genera cognovimus, cæcarum, et patientium. Spissis atque cretosis regionibus apertæ relinquuntur: at ubi soltior humus est, aliquæ fiunt patientes: quædam etiam obcæcantur, ita ut in patientes ora hiantia cæcarum competant.’

<sup>t</sup> *Aut supinis*] ‘Declives fossas,’ inquit Colum. loc. cit. ‘et ad imum solum coactatas, imbricibus supinis similes facere conveniet: nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur, et superioris soli lapsibus replentur.’

<sup>u</sup> *Quasdam occæcari*] Obtegi, in subterranei cuniculi modum.

<sup>v</sup> *Ora autem*] In principio atque

*Plinius.*

8 Q

et alio superintegi. Sylvæ extirpandæ rationem Democritus prodidit, lupini flore in succo cicutæ uno die macerato, sparsisque radicibus.

IX. (VII.) Et quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo <sup>a</sup> prima earum genera. Frumenta, ut triticum, hordeum: et legumina, ut faba, cicer. Differentia vero notior quam ut indicari deceat.<sup>1</sup>

X. Frumenti ipsius totidem genera, per tempora satu divisa.<sup>1 b</sup> Hyberna, quæ circa Vergiliarum occasum <sup>c</sup> sata terra per hyemem nutriuntur, ut triticum, far, hordeum. Æstiva, quæ æstate ante Vergiliarum exortum<sup>2</sup> seruntur, ut milium, panicum, sesama, horminum, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioqui in Græcia <sup>d</sup> et Asia omnia Vergiliarum occasu <sup>3</sup> seruntur. Quædam autem utroque tempore in

.....

CAP. IX. 1 Dalec. ut indicari debeat.

CAP. X. 1 Vet. Dalec. satus divisa.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. quæ ante astatem Vergil. exortu.—3 Vet. Dalec. a Vergiliarum occasu.—4 Se-

#### NOTÆ

exitu fossæ bina saxa pilarum vice constituentur, et iisdem singula superimponantur, more ponticulorum: ut ejusmodi constructio ripam sustineat, ne præcludatur humoris illapsus, atque exitus. Colum. loc. cit.

<sup>a</sup> *Sunt autem duo*] Ab hisce verbis ad eum locum: 'Ex hordeo alterum caput,' &c. expressa fidelissime omnia ex Theophr. Hist. VIII. 1. et 2. Et quidem cap. 1. Δύο δὲ γένη τὰ μέγιστα τυγχάνει· τὰ μὲν γὰρ σιτάδι, ὄλον πυροί, κριθαί, κ. τ. λ. Σίτος ἰgitur frumentum est, du Blé. Πυρὸς, triticum, du froment. Κριθή, hordeum, de l'orge.

<sup>b</sup> *Per tempora satu divisa*] Vel satus: hoc est, sationis tempore inter se discreta ac divisa. Theophrasto: ὦραι δὲ τοῦ σπόρου τῶν πλείστων δύο. Satus vel sementis tempora ut plurimum duo notantur.

<sup>c</sup> *Vergiliarum occasum*] De quo dicitur cap. 59. de exortu cap. 66. Columellam et Maronem sequitur. Is enim de Re Rust. II. 8. 'Placet nostro poetæ,' inquit, 'adoreum, atque etiam triticum, non ante seminare, quam occiderint Vergiliæ: quod ipsum numeris sic edisserit: 'At si triticeam in messem, robustaque farra, Exercebis humum, solisque instabis aristas, Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.' 'Absconduntur autem altero et trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod fere conficitur nono Kalendas Octobris: propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex et quadraginta, ab occasu Vergiliarum, qui fit ante diem IX. Kalendas Novembris, ad brumæ tempora.'

<sup>d</sup> *In Græcia*] In Bœotia, ut dicitur c. 56.

Italia. Ex his quædam<sup>e</sup> et tertio, veris scilicet. Aliqui verna, milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant.<sup>f</sup> Sementiva<sup>g</sup> autem, triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum causa sati, ut farrago:<sup>h</sup> et in leguminibus, ut vicia. At commune quadrupedum hominumque usui, lupinum.

Legumina omnia<sup>i</sup> singulas habent radices, præter fabam, easque surculosas,<sup>a</sup> quæ non in multa<sup>b†</sup> dividuntur: altissimas autem cicer. Frumenta multis radicanter fibris,

<sup>a</sup> Lignosas.

<sup>b</sup> In multos ramos.



mentica Vet. Dalec.—† Margo edd. Dalec. et Gronov. quæ etiamnum in mul-

#### NOTE

<sup>e</sup> Ex his quædam] Ut milium, ita prodente Virgilio Georg. I. 216. 'Vere fabis satio . . . Et milio venit annua cura.'

<sup>f</sup> Alicam appellant] Et genus esse tritici alica hic videtur: ut ait Gale-nus de Alim. Facult. c. 6. p. 314. tom. vi. Τοῦ γένους τῶν πυρῶν ἐστὶν ὁ χόνδρος, κ. τ. λ. Nempe alicam Plinius, tum hoc loco, tum XXII. 61. pro ea fruge accipit, ex qua sorbitio seu puls ejusdem nominis concinnatur. Et a Catone pariter sic videtur accipi c. 76. 'Placentam sic facito: Farinæ siliginæ libras II. . . farinæ libras IV. et alicæ primæ lib. II. Alicam in aquam infundito,' &c. Et cap. rursum 85.

<sup>g</sup> Sementiva] Theophr. Hist. VIII. 1. Πρωτοσπορα μὲν οὖν ἐστὶ, πυρῶς, κριθῆ . . . κῆραμος, κ. τ. λ. Quæ mature seri oportet, triticum, hordeum, . . . faba, &c. Unde intelligas quæ sementiva proprie appellantur.

<sup>h</sup> Ut farrago] Vulgo, du fourrage, de la dragée, ut diximus superiore libro, cap. 35. de ocymo. Festus: 'Farrago

appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur jumentis.' Columella II. 11. 'Farraginem in restibili stercoeratissimo loco . . . serere convenit. Ea fit optima, cum cantlierini hordei decem modiis jugerum obseritur, . . . Frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea hñbus ceterisque pecundibus optime desecta præbetur.' Fit ex farre, hordeo, tritico, vicia, &c. Vide c. 41.

<sup>i</sup> Legumina omnia] Legumina omnia singulari nituntur radice, eamque radicem lignosam habent, quia non in multos superne ramos ea legumina dividuntur, nec numeroso caule et ramulo se attollunt, præter fabam. Frumenta vero e diverso multis radicanter fibris, sed quæ ramos minime mittant. Hæc Plinii, hæc Theophrasti mens, Hist. VIII. 2. Τὰ μὲν χέδροπα ξυλάωδη, μονόρριζα, διὰ καὶ πολύκλαδα, καὶ πολύκαυλα, καὶ πολλὰς ἕνωθεν ἀπὸ τῶν καυλῶν ἀποφύσεις ἔχοντα, πλὴν κνάμου. Τὰ δὲ σιτηρὰ ἐναντίως, πολύρριζα, καὶ ἀπαράβλαστα,

sine ramis.<sup>5</sup> Erumpit<sup>l</sup> a primo satu hordeum die septimo : legumina<sup>6</sup> quarto, vel, cum tardissime, septimo : faba a xv. ad xx.<sup>7k</sup> Legumina in Ægypto tertio die. Ex hordeo<sup>l</sup> alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quæ et prior floret. Radicem<sup>m</sup> crassior pars grani fundit,<sup>8</sup> tenuior florem. Ceteris seminibus eadem pars, et radicem, et florem.<sup>n</sup>

Frumenta hyeme<sup>o</sup> in herba sunt: verno tempore fastigantur<sup>9</sup> in stipulam, quæ sunt hybèrni generis: at milium et panicum in culmum geniculatum, et concavum, sesama vero in ferulaceum. Omnium satorum<sup>10p</sup> fructus aut spicis continetur, ut tritici, hordei; muniturque vallo aristarum quadruplici:<sup>11</sup> aut includitur siliquis, ut leguminum: aut vasculis, ut sesamæ, ac papaveris. Milium, et panicum<sup>12</sup> tantum pro indiviso,<sup>q</sup> et parvis avibus expositum est. Indefensa quippe membranis<sup>13</sup> continentur. Pa-



tas, e Theophr.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fibris, ideoque sine ramis*, e Theophr.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *legumen*.—7 Vet. Dalec. aut XX.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *herbam quæ superior et tenuior grani pars, folium: quæ crassior et inferior radicem fundit*, e Theophr.—9 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *spicantur* Chiffi. *fastigiantur* Gronov. et al. vet.—10 *Omnium satorum* Chiffi.—11 Vet. Dalec. *quadrifido*; alii vet. *quadripedi*.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. *ac panicum* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *tantum producta, divisa, et parvis*. Deinde pro *expositum est*, quod habent Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *exposita sunt* Gronov. et vulgg.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *membrana*; *ὑμένι* Theophr.—14

#### NOTE

<sup>l</sup> *Erumpit*] Theophr. Hist. VIII. 1. Vide et Varronem de Re Rust. I. 45.

<sup>k</sup> *Faba a XV. ad XX.*] Theophr. Faba, inquit, quibusdam in locis die xv. alias etiam vicesimo: hæc enim omnium difficillime provenit: ac si frequens post sationem imber successerit, omnino difficillius proventu rediditur: Κύαμος δὲ ἐνιαχοῦ καὶ πεντεκαίδεκαταῖος ὅτε δὲ καὶ εἰκοσταῖος, κ. τ. λ.

<sup>l</sup> *Ex hordeo*] Theophr. Hist. VIII. 2.

<sup>m</sup> *Radicem*] Theophr. loc. cit.

<sup>n</sup> *Et florem*] Hoc est, ut dictum est proxime, in herbam exit, quæ et

prior floret, sive germinat. Theophr. loc. cit. 'et radicem, et caulem seu spicam' dixit: Κύαμος καὶ τὰ ἄλλα χερσποτὰ, οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν βίξαν καὶ τὸν καυλόν. *Faba, ceteraque legumina non eodem modo emittunt: sed eadem ex parte radicem fundunt, et caulem.*

<sup>o</sup> *Frumenta hyeme*] Theophr. loc. cit. et cap. 3.

<sup>p</sup> *Omnium satorum*] Theophr. Hist. VIII. 3.

<sup>q</sup> *Pro indiviso*] Hoc est, ex æquo. Diximus de ea voce, IX. 64.

nicum<sup>r</sup> a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo pæne in surculum,<sup>s</sup> prædensis acervatur granis, cum longissima pedali phoba.<sup>14</sup> Milii comæ granum complexæ fimbriato<sup>15</sup> capillo<sup>u</sup> curvantur. Sunt et panico genera: mammosa,<sup>v</sup> e pano<sup>16</sup> parvis racemata<sup>17</sup> paniculis: et cacumine gemino. Quin et colore distinguitur:<sup>18</sup> candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Panis multifarie et e milio fit,<sup>w</sup> e panico rarus.<sup>19</sup> Sed nullum frumentum ponderosius est, aut quod coquendo magis crescat: LX. pondo<sup>20</sup> panis e modio reducunt, modiumque pultis



‘*Pedali phoba*] Quam Theophr. Hist. Plant. VIII. 3. appellat *φόβην*. Male *obba*. Brotier. Codd. Harduini et Dalec. *obfa*; edd. ante Brotier, *obba*. Turneb. cum *longa pedali phoba*, qui et *loba* legi posse credit.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fibrato*.—16 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Sunt et pan. mammosa genera e pano* Turneb. et Chiffi. *Mammosum est pano* Vet. Dalec. *Mammoso e pano* Gronov. et vett. edd.—17 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Turneb. *racemato* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—18 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *distinguuntur* Gronov. et al. vett.—19 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *rarius* Gronov. et al. ante Harduin.—20 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. LX. enim pondo Gronov. et vulgg. Mox, alii

## NOTE

<sup>r</sup> *Panicum*] Grani minuti genus, milii instar: nostris, *Panis*. Joan. de Janua: ‘*Panicium*, a panis derivatur... quoddam genus annonæ, quod in quibusdam locis eo homines sustentantur vice panis: unde dicitur *panicum*, quasi panis vitium, quod vice panis fungatur, secundum quosdam.’ Gothorum rex Vitiges ‘de horreis Ticinensibus et Dertonensibus *panicum* populo esurienti distrahi’ præcepit, auctore Cassiod. Var. Ep. XII. 27.

<sup>s</sup> *In surculum*] In duritiem ligni.

<sup>t</sup> *Pedali phoba* [*obba*] In Mss. *Obfa*. Libentius multo agnoverim, literis permutatis, *fo*ba, vel potius, *phoba*. Est enim *φόβην* Theophrasto Hist. VIII. 3. arundinacea coma frugum omnium, quæ ad milii similitudinem accedunt: *Τὰ μὲν ἔχει στάχυν τὰ δὲ*

*χεδροπὰ, λοβόν τὰ δὲ κεγχρώδη, φόβην ἢ γὰρ καλαμάδης ἀπόφυσις, φόβην*. Hanc Latine panum Plinius ipse plane modo vocat.

<sup>u</sup> *Fimbriato capillo*] Instar crinium fimbriarumque, solutæ videri possint.

<sup>v</sup> *Mammosa*] *Mammosum* panici genus est, inquit, cui panus inest racemosus, exiguisque constans paniculis. *Panicum* est illud sativum Dalecampii in Hist. Plant. pag. 16. et idem vulgare Clusii pag. 215.

<sup>w</sup> *Et e milio fit*] Milii nunc in pulvere usus, qualis olim, auctore Festo, cum ‘puls miliacea ex melle, forma appellaretur: cum lacte non fastidenda,’ inquit Colum. II. 9. In panificio raro. Sed is olim usus, teste etiam Colum. II. 9. pag. 56. ‘Panis,’ inquit, ‘e milio fit, qui, antequam

ex tribus sextariis madidis. Milium intra hos<sup>x</sup> decem annos ex India in Italiam invectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis: lobas<sup>21</sup> vocant: omnium frugum fertilissimum. Ex uno grano sextarii terni gignuntur. Seri debet in humidis.

Frumenta quædam<sup>2</sup> in tertio genu<sup>22</sup> spicam incipiunt concipere, quædam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona. Sed non ante<sup>23</sup> supradictum geniculorum numerum conceptus est spicæ: qui ut spem<sup>a</sup> sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt: totidemque<sup>b</sup> aut paulo pluribus deflorescunt.<sup>24</sup> Hordea vero<sup>c</sup> cum tardissime septem. Varro<sup>d</sup> quater novenis<sup>25</sup> diebus fruges absolvi tradit, et mense nono meti.

Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem<sup>26</sup> emittunt, nullis distinctum<sup>e</sup> internodiis. Reliqua legumina surcu-



ap. Dalec. redeunt, modiusque pultis.—21 Scaliger e Theophr. *phobas*.—22 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in genu tertio cod. Dalec. in tertio geniculo Gronov. et al. ante Harduin.—23 Vet. Dalec. octona: et non ante.—24 Margo edd. Dalec. et Gronov. *totidem florescunt, qui ad summum expendunt, septimo aiunt deflorescere*, e Theophr.—25 Ursin. ad Varr. p. 45. *quadragenis quinis*.—26 Chiffli. *caules*. Mox, pro nullis,

#### NOTÆ

refrigescat, sine fastidio potest absumi.

<sup>x</sup> *Milium intra hos*] De milio Indico, eximie magnitudinis, culmique arundinei, vide Philostr. de Vita Apollon. III. 2. pag. 112. Hoc *Surgum* vocari apud populares suos auctor est Scaliger, Exercit. 292. pag. 869.—'Quidam malunt esse, *le blé d'Inde*.' Ed. sec.

<sup>1</sup> *Lobas vocant*] Ita Mss. omnes. Rectius tamen *phobas* dixeris, ex laudato proxime Theophrasti loco, qui leguminibus *χεδροποις λοβον*, miliaceis *φόβην* assignat.

<sup>2</sup> *Frumenta quædam*] Accepta hæc a Theophr. Hist. VIII. 2. et a Colum.

II. 12. pag. 67. Genna porro, sive genicula, sunt veluti nodi et articuli, quibus herbacei caules et stipulæ distinguuntur.

<sup>a</sup> *Qui ut spem*] Qui conceptus scilicet, seu spicæ partus. Theophr. loc. cit.

<sup>b</sup> *Totidemque*] Post dies totidem elapsos. Theophr. loc. cit.

<sup>c</sup> *Hordea vero*] Theophr. *πυρον και κριθην, triticum hordeumque*.

<sup>d</sup> *Varro*] Hæc apud Varronem nondum adhuc inventa.—'In libris deperditis.' Ed. sec.

<sup>e</sup> *Nullis distinctum*] Nullis certe geniculis interseptum, glabrum, inaneque caulem fabæ cernimus, etsi



losa sunt.<sup>f</sup> Ex his ramosa,<sup>g</sup> cicer, ervum, lens. Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisorum. Quod si non habuere, deteriora fiunt. Leguminum unicaulis<sup>27</sup> <sup>h</sup> faba sola, unus et lupinis: ceteris ramosus<sup>1</sup> prætenui surculo: omnibus vero fistulosus.

Folium quædam ab radice mittunt, quædam a cacumine.<sup>28</sup> Frumentum vero et hordeum, viciaque,<sup>j</sup> et quicquid in stipula est, in cacumine unum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, ceteris lævia. Multiplicia contra fabæ, ciceri, piso. Frumentis<sup>k</sup> folium arundinaceum,<sup>29</sup> fabæ rotundum, et magnæ leguminum parti. Longiora erviliæ,<sup>1</sup> et piso.<sup>30</sup> Faseolis<sup>m</sup> venosa: sesamæ,<sup>n</sup> et irioni sanguinea.<sup>31</sup> Cadunt folia lupino tantum, et papaveri. Legumina diutius<sup>o</sup> florent, et ex his ervum<sup>32</sup> ac cicer: sed diutissime faba XL diebus. Non autem singuli<sup>p</sup> scapi tamdiu, quoniam alio

Dalec. habet *multis*.—27 Margo edd. Dalec. et Gronov. *recticaulis*, e Theophrast.—28 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Fol. et radicem quædam mittunt ab eadem parte*, e Theophr. et mox, *quædam a cacumine folium mittunt*, &c. Alii vero ap. Dalec. *folium a grani cacumine triticum et hordeum. Utrumque vero et quicquid*, &c. Cod. Dalec. *et hordeum viciaque et quicquid*, &c. Gronov. et al. ante Harduin. *Frumentum et hordeum utrumque et quicquid*, &c.—29 Chiffi. *harundineum*.—30 Margo edd. Dalec. et Gronov. *lathyro*, e Theophr. *cicerulæ* Gaz.—31 Dalec. *erysimo*.—32 Margo edd. Dalec. et

## NOTÆ

Theophr. Hist. VIII. 2. γονατώδη κανλὸν κνάμου vocat.

<sup>f</sup> *Reliqua . . . surculosa sunt*] Hoc est, plures e sua radice canles emittunt: τὰ μὲν χεδροπὰ πολύκλαυα. Theophr. loc. cit.

<sup>g</sup> *Ex his ramosa*] Πολύκλαδα, quorum caulis in plures se fundit ramulos.

<sup>h</sup> *Leguminum unicaulis*] De faba Græca loquitur, seu Latina: ei enim quam nos fabam vulgo dicimus, caulem non unum ex singulari radice erumpere, ut unicum lupino, experientia commonstrat.

<sup>i</sup> *Ramosus*] Ceteris, inquit, caulis in ramos spargitur ligno prætenui, sed eodem instar fistulæ concavo.

<sup>j</sup> *Viciaque*] Vide Notas et Emend.

num. 6.

<sup>k</sup> *Frumentis*] Theophr. Hist. VIII. 3.

<sup>1</sup> *Erviliæ*] *Ervilia* Græcis ἄχρος est, *pisum minus* est. Nostris, *des Pois*. De majore piso, Dodonæus pag. 511. de minore pag. 512.

<sup>m</sup> *Faseolis*] In Mss. *rectius phasolis*. De his egimus XVI. 92.

<sup>n</sup> *Sesamæ*] Mss. ubique, *sesimæ*: Græci tamen *σῆσαμον* vocant, nempe ut *Μασσαλλαν*, Massiliani Latini dixerunt, et *Μιθραδάτην* quem nos Mithridatem. Gallis, *de la Jugoline*. Accurate pingitur a Dodonæo loc. cit. cap. 22. pag. 522.

<sup>o</sup> *Legumina diutius*] Hæc a Theophr. Hist. VIII. 2.

<sup>p</sup> *Non autem singuli*] Theophr. Hist. VIII. 2.

desinente alius incipit: nec tota seges, sicut frumenti; pariter. Siliquantur<sup>q</sup> vero omnia diversis diebus, et ab ima primum parte, paulatim flore subeunte.

: Frumenta, cum<sup>r</sup> defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus quadraginta: <sup>33</sup> item faba: paucissimis cicer. Id enim<sup>s</sup> a semente diebus XL. perficitur. Milium,<sup>t</sup> et panicum, et sesama, et omnia æstiva, XL. diebus maturantur a flore, magna<sup>34</sup> terræ cœlique differentia. In Ægypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade, hordeum.<sup>35</sup> In Peloponneso octavo, et frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. In faba leguminibusque, alternis lateribus siliquantur.<sup>c</sup> Fortiora<sup>v</sup> contra hyemes<sup>36</sup> frumenta, legumina in cibo.

Tunicæ frumento plures. Hordeum maxime nudum, et arinca,<sup>37</sup> sed præcipue avena. Calamus altior frumento,

<sup>c</sup> Grana in stipulis spica continentur quæ subtiliter textitur, desinitque in crinem. In faba et leguminibus, modo dextra latere, modo lævo, siliqua semina continentur.

\*\*\*\*\*

Gronov. e Theophr. et magis ervum.—33 Cod. Dalec. quadraginta perficiantur.—34 Cod. Dalec. a flore. Magna.—35 In Hellade VII. hordeum Chiffi.—36 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiffi. ad hyemes Gronov. al. vett. Harduin. et recentt.—37 'Vet. alica; id est, zea:

#### NOTÆ

<sup>q</sup> Siliquantur] Siliquas faciunt. Theophr. loc. cit. Neque ut frumenti, sic et fabarum scapi singuli aut seges integra simul floret, sed particulatim.

<sup>r</sup> Frumenta, cum] Hæc a Theophr. Hist. VIII. 3. Colum. II. 12. pag. 67. 'Omne autem frumentum, et hordeum, quicquid denique non duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum emittit: et cum totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit. Rursus quæ duplici semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus quadraginta florent, simulque

grandescunt.'

<sup>s</sup> Id enim] Theophr. loc. cit.

<sup>t</sup> Milium] Theophr. loc. cit.

<sup>v</sup> In Hellade, hordeum] Hoc est, septimo mense metitur. Theophr. Πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἐβδόμῃ περὶ τὴν Ἑλλάδα, κριθαί.

<sup>v</sup> Fortiora] Theophr. loc. cit. Validiora, inquit, ἰσχυρότερα contra hyemem, cœlique mutationes varias, frumentacea sunt, τὰ στερρά. Legumina vero in cibis valentiora putantur, πρὸς δὲ τὴν τροφήν, τὰ χεδροπά. Vide Celsum II. 18. 'Ex leguminibus valentior rapa, napique, et omnes bulbi,' &c. Locum consule.

<sup>w</sup> Et arinca] Dicitur de ea c. 20.

quam hordeo. Arista mordacior hordeo. In area exteruntur triticum, et siligo, et hordeum. Sic et seruntur pura,<sup>x</sup> qualiter moluntur,<sup>38</sup> quia tosta non sunt. E diverso far, milium, panicum, purgari, nisi tosta, non possunt. Itaque hæc<sup>y</sup> cum suis folliculis seruntur cruda. Et far in vaginulis suis servant ad satus, atque non torrent.

XI. Levissimum ex his hordeum, raro excedit<sup>a</sup> xv. libras, et faba XXII. Ponderosius far, magisque etiamnum triticum. Far in Ægypto ex olyra<sup>b</sup> conficitur. Tertium genus<sup>c</sup> spicæ hoc ibi est. Galliæ quoque suum genus farris dedere: quod illic bracem vocant,<sup>d</sup> apud nos sandaliam,<sup>16</sup> nitidissimi grani. Et alia<sup>2</sup> differentia est, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Populum Romanum farre tantum e frumento ccc. annis usum, Verrius tradit.<sup>3</sup>

XII. Triticici genera plura, quæ fecere gentes. Italico<sup>f</sup>



*olyra* Theophr. Dalec.—38 Ita codd. Harduini, Dalec. et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *moluntur* edd. vett. et Gronov.

CAP. XI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Gronov. et edd. vett. *brance* vocant apud nos sandalam; Chiffi. *bracum v. a. n. scandalum*; Turneb. *bracum v. a. n. scandalum*; cod. Dalec. *brance v. a. n. sandalam*.—2 *Est et alii* Chiffi. —3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tradidit* Gronov.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Seruntur pura*] Sine suis folliculis.

<sup>y</sup> *Itaque hæc*] Inprimis far, sive adorem, quod in siccis humidisque locis seri Columella ait, 11. 8. 'quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem adversus longioris temporis humorem habet.'

<sup>a</sup> *Raro excedit*] In singulos nimirum modios.

<sup>b</sup> *Far . . . ex olyra*] Far cibus hoc loco est, non, uti acceptum est hactenus, singulare aliquod frumenti genus. Far e frumento Plinius mox agnoscit, hoc est, ex iis frumenti generibus quæ commemoravit initio sup. cap. Far ex olyra, nunc etiam in Ægypto. Far ex hordeo, Palla-

dus lib. 1. tit. 29. de phasianis. Modum conficiendi farris docet Archigenes apud Aëtium Serin. ix. cap. 45. pag. 124.

<sup>c</sup> *Tertium genus*] Post triticum hordeumque.

<sup>d</sup> *Bracem vocant*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. non, ut editi, *brance*. *Le blé blanc de Dauphiné*. Vide Nic. Chorier Hist. Delph. lib. 1. pag. 54.

<sup>e</sup> *Sandalem*] Sic Mss. Colb. Th. aliique. Libri vulgati, *sandalum*. *Sandalium* Charta Rogerii Regis Siciliae, an. 1137. apud Ughellum, tom. vii. p. 564.

<sup>f</sup> *Italico*] Insignis propterea liberalitas Augustorum fuit, cum triticum plebi Romanæ erogarent. Ejus-

nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maxime discernitur: montanis modo comparetur Italiæ agris externum, in quo principatum tenuit Bœotia,<sup>g</sup> deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio, Syrioque,<sup>h</sup> deinde et Ægyptio,<sup>i</sup> athletarum<sup>i</sup> cum decreto, quorum capacitas jumentis similis, quem diximus, ordinem fecerat. Græcia et Ponticum laudavit, quod in Italiam non pervenit. Ex omni eadem genere grani prætulit dra-

~~~~~

CAP. XII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

#### NOTÆ

modi largitionis mentionem faciunt nummi duo imprimis eximii, prave hactenus intellecti. Prior est Pertinacis Augusti, alter Severi Alexandri Cæsaris. Prior est argenteus in Thesauro Regio, a Seguino delineatus, p. 124. primæ editionis IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. capite laureato: 'Imperator Cæsar Publius Helvius Pertinax Augustus.' )( Stat. Dea Liberalitas, ut pingi solet in nummis inscriptis, LIBERALITAS AVG. cum tabella, quam dextra manu gerit, quæque modicum tritici pretium indicaret: et cum cornucopia, quam lævo brachio tenet. Inscriptio: LIBERATIS CIVIBVS. Ejus hæc inscriptio est: 'LIBERALITAS Augusti Triticum Italicum Suppeditavit CIVIBVS.' Alioquin titulus non conveniret cum argumento, sive pictura. Alterius nummi, qui est Severi Alexandri, ingeniosior aliquanto inscriptio est, M. AVREL. ALEXANDER. CAES. Caput nudum. )( Corona laurea, in qua, S. P. Q. R. Hanc tenet Aquila Romana. In circuitu, METROPOLIS. Hoc est, 'Munificentissime Erogato Tritico Romanæ Plebi, Omnium Liberalitatem Imperatorum Superavit,' scilicet Cæsar Alexander. Est hic num-

mus, ut prior, argenteus, apud Oconem p. 409.' *Ed. sec.*

<sup>g</sup> Bœotia] Consentit Theophr. de Causis IV. 10. p. 310. Τοῦ μὲν ἄλλου πυροῦ δοκεῖ τοῦ Ἀθηναῖζε καταπλέοντος ὁ Σικελικὸς ἰσχυρότατος εἶναι τούτου ὁ ἔτι βαρύτερος μᾶλλον ὁ Βοιωτικὸς, ὡσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται.

<sup>h</sup> 'Syrioque] Defuit anno uno in Syria, cum agris Sidoniorum serenidis triticum suppeditavit Antonius Severus Augustus: quamobrem percussere ejus honori nummum ex ære magno, qui est in Cimelio D. de Boze, hoc titulo: AETERNVM BENEFICIVM SID. DAT. Hoc est, 'Sidoniis datum.' Implet nummi aream modius, e quo spicæ emicant. Pars prior, cum Antonini Severi capite, hos exhibet titulos: M. AVREL ANTONINVS PIVS AVGPBG MAX. 'Parthicus, Britannicus Germanicus Maximus.' *Ed. sec.*

<sup>i</sup> Athletarum] Athletis ita censentibus, quorum edacitas, seu voracitas potius, jumentorum similis, hunc quem modo diximus in pondere frumentorum ordinem fecit. Theophr. Hist. VIII. 4. In Bœotia, inquit, ternos semisextarios tritici absumunt: Athenis Siculi, facile quinos.

contion,<sup>j</sup> strangium, et Selenusium,<sup>2</sup> argumento crassissimi calami: ita pingui solo hæc genera assignabat. Levissimum et maxime inane, seu tenuissimi calami, in humidis seri jubebat, quoniam multo egeret alimento. Hæc fuere sententiæ Alexandro Magno regnante, cum clarissima fuit Græcia, atque in toto orbe terrarum potentissima: ita tamen, ut ante mortem ejus annis fere CXLV.<sup>k</sup> Sophocles poëta in fabula Triptolemo<sup>1</sup> frumentum Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum translata sententia:

Et fortunatam Italiam frumento canere<sup>3</sup> candido.

Quæ laus peculiaris hodieque Italico est. Quo magis admiror, posteros Græcorum nullam mentionem hujus fecisse frumenti.

Nunc ex his generibus, quæ Romæ<sup>m</sup> invehuntur,<sup>4</sup> levissimum est Gallicum, atque e Chersoneso advectum: quippe non excedunt in modium vicenas libras, si quis granum ipsum ponderet.<sup>5</sup> Adjicit Sardum selibras,<sup>n</sup> Alexandrinum et trientes:<sup>o</sup> hoc et Siculi pondus. Bœoticum



recentt. *deinde Ægyptio* Gronov. et al. vett.—2 ‘Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ Brotier. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dracontiam, strangiam et Selenusium*; Margo edd. Dalec. et Gronov. *canchrydiam, stlengyn, et Alexandream*, e Theophr. *dracontion, et istelepant, et selinusium* Chiffli.—3 Chiffli. *carere*.—4 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Nec aliter dixit Tacitus, Annal. II. 23. ‘Oceano invexit.’ Brotier. Ita quoque Chiffli. *Romam invehuntur* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Tur-

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Dracontion*] Pro his tritici generibus, tergeminum aliud Theophrastus affert Hist. VIII. 4. *καρχυρδιαν, σπλεγγυν, Ἀλεξανδρειον*.

<sup>k</sup> *Fere CXLV.*] Egit ergo Sophocles eam fabulam Olymp. LXXVII. anno quarto, ætatis suæ vicesimo, si Suidæ credimus, qui natum ait Olymp. LXXIII. Obiit enim Alexander Olymp. CXIV. anno primo, teste Diodoro Sic. Bibl. lib. XVII. p. 579.—‘Obiit enim Alexander Olymp. CXX. anno primo, Olympiadibus Pliniano calculo computatis, U. C. a. 432.’

*Ed. sec.*

<sup>1</sup> *Triptolemo*] In ea fabula Ceres Triptolemem edocet, quantum terrarum necesse sit peragrari seminandis a se datis frugibus, Italiamque præ ceteris laudat. Vide Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. I. p. 10.

<sup>m</sup> *Quæ Romæ [Romæ]* Mss. omnes, *quæ Romæ*.

<sup>n</sup> *Selibras*] Dimidiam libram.

<sup>o</sup> *Et trientes*] Gallici, inquit, tritici pondus, non selibra tantum, sed præterea triente, hoc est, tertia libræ parte, ab Alexandrino Siculoque superatur.

totam libram addit: Africum et dodrantes.<sup>p</sup> In Transpadana Italia scio vicens quinque libras farris modios pendere: circa Clusium<sup>q</sup> et senas.<sup>6</sup> Lex certe naturæ,<sup>7</sup> ut in quocumque<sup>r</sup> genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat: sicut optimum frumentum esse, quod in subactu<sup>8</sup> congium aquæ capiat. Quibusdam generibus per se pondus, sicut Balearico: modio tritici panis pondo xxxv.<sup>9</sup> reddit: quibusdam binis<sup>t</sup> mixtis,<sup>10</sup> ut Cyprio et Alexandrino, xx. prope libras<sup>u</sup> non excedentibus. Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, redduntque xxv. pondo. Thebaicum libras<sup>v</sup> adjicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis in locis faciunt, occasione lucrandi salis, inutilissimum.<sup>12</sup> Non alia de causa opportuniora morbis cor-

neb. *siliquæ granum ipsum pondere*; Vet. Dalec. *sicli pondere*.—6 Gronov. *senas*.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Lex naturæ certe est* cod. Dalec. *Lex certa naturæ* Gronov. et al. vett.—8 Chiffi. *subactum*.—9 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. *modo tritici panis pondo XXXV*. Chiffi. *modo tritici p. p. XXX*. Gronov. et al. vett. *modio panis pondo XXXV*. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quod modio* Vet. Dalec.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Quibus binis mixtis* Dalec. sub. 'pondus est.' *Quibusdam in binis mixtis* Gronov. et al. vett.—11 Chiffi. *libram*.—12 Vet. Dalec. et Chiffi. *vilissimum*.—13 *Gallia et Hispania*

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Et dodrantes*] Et præterea dodrantem, hoc est, libræ partes tres quartas.

<sup>q</sup> *Circa Clusium*] Hoc est, circa Clusium farris modios pendere non vicens quinque tantum libras, sed et senas: hoc est, vicens senas. Dalecampius perperam existimat *senas* hoc loco Senensis esse in Etruria oppidi nomen. De farre Clusino, ejusque parandi modo, vide Aëtium Serm. ix. c. 45. p. 325. Colum. ii. 6. 'Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi.' Martialis in Xenii, xiii. 8. 'Far: 'Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas,' &c.

<sup>r</sup> *Ut in quocumque*] Ut cujuscumque frumenti modius in panem sub-

actus militarem, sive castrensem, (*le pain de munition*) triente toto seu tertia parte ponderosior sit, quam granum ipsum, prius quam molatur, et subigatur in panem.

<sup>s</sup> *Quod in subactu*] Dum subigitur in panificio.

<sup>t</sup> *Quibusdam binis*] Subintellige, pondus est.

<sup>u</sup> *XX. prope libras*] Antequam in panem subigantur.

<sup>v</sup> *Thebaicum libras*] Sive granum ipsum per se alteri e duobus istis misceatur, Cyprio vel Alexandrino: sive cum altero subigatur, libram ad pondus adjicit. Thebaicum porro ex Ægypto intellige.

pora existunt. Galliae et Hispaniae<sup>13</sup> frumento in potum<sup>w</sup> resoluto, quibus diximus<sup>x</sup> generibus, spuma ita concreta pro fermento utuntur. Qua de causa levior illis, quam ceteris, panis est.<sup>14</sup>

Differentia est et calami. Crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis<sup>y</sup> Thracium triticum vestitur, ob nimia frigora illi plagæ exquisitum. Eadem causa et trimestre<sup>15</sup><sup>z</sup> invenit, detinentibus terras nivibus, quod tertio fere a satu mense et in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, et hyemalibus provinciis nullum hoc frumento lætius. Unicalamum<sup>a</sup> præterea, nec usquam capax:<sup>16</sup> seriturque non nisi tenui terra. Est et bimestre<sup>b</sup> circa Thraciæ Ænum,<sup>17</sup> quod quadragesimo die, quam satum est, maturescit: mirumque, nulli frumento plus esse ponderis, et furfuribus carere. Utitur eo et Sicilia, et Achaia, montuosis<sup>18</sup> utraque partibus. Eubœa quoque circa Carystum. In tantum fallitur Columella,<sup>c</sup> qui ne trimestris<sup>19</sup> quidem



cod. Dalec.—14 Verbum *est* deest cod. Dalec. et Chiff. —15 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et trimestria* Gronov. et al. vett.—16 Dalec. *usquam non capax*.—17 Ita codd. Harduini et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in Eubœa Th. circa Thraciæ fenum* Chiff. et pro v. l. *finem*. Gronov. et al. vett. *circa Thracium sinum*.—18 Gronov. *montosis*.—19 Chiff. *trimestri*.—20 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Frumento in potum*] Cum e madi-da fruge parant sibi potus, zythum scilicet, Gallis *Bière*, Hispanis *Cerveza*.

<sup>x</sup> *Quibus diximus*] Tritico nempe Balearico, in Hispaniis: in Galliis farris genere, quod bracem vocabant, ut dictum est, tum isto cap. tum superiore.

<sup>y</sup> *Plurimis tunicis*] Theophr. Hist. VIII. 4. ὁ Θράκιος πολυκάλαμος.

<sup>z</sup> *Et trimestre*] Tritici genus, quod intra tres menses maturescit: bimestre, quod intra binos. De his Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ τῶν τριμήνων, καὶ τὸ τῶν διμήνων, καὶ εἶτι γένος ἐν ἐλάττοσιν ἡμέ-

ραις τελειοῦται. Trimestre, siliginis genus esse docet Colum. II. 6. de generibus seminum.

<sup>a</sup> *Unicalamum*] Unicum e radice calamum trimestre id triticum emittit: nec potest ferre plures. Theophr. loc. cit. Τριμήνηοι δὲ πολλοὶ . . . μονοκάλαμοι, κατὰ τὴν ἔκφυσιν, καὶ τὸ ὄλον ἀσθενεῖς.

<sup>b</sup> *Est et bimestre*] Theophr. loc. cit. etsi de Æno Thraciæ silet: in Eubœa solnum reperiri illud affirmat, et in Sicilia, Achaiaque.

<sup>c</sup> *Columella*] Lib. II. 9. p. 53. 'Necque enim est ullum, sicut multi crediderunt, natura trimestre semen:

proprium genus existimaverit esse, cum sit antiquissimum. Græci setanion<sup>20d</sup> vocant. Tradunt in Bactris<sup>e</sup> grana tantæ magnitudinis fieri, ut singula spicas<sup>21</sup> nostras æquent:

XIII. Primum ex omnibus frumentis seritur hordeum. Dabimus et dies serendo<sup>1</sup> cuique generi, natura singulorum exposita. Hordeum Indis sativum et sylvestre, ex quo panis<sup>f</sup> apud eos præcipuus, et alica.<sup>5</sup> Maxime quidem<sup>h</sup> oryza gaudent,<sup>2</sup> ex qua ptisanam<sup>1</sup> conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzæ<sup>j</sup> folia<sup>3</sup> carnosa, porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeæ<sup>4</sup> rotunditatis.

XIV. Antiquissimum<sup>k</sup> in cibus hordeum, sicut Atheniensium<sup>l</sup> ritu Menandro auctore apparet: et gladiatorum<sup>m</sup>



cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sicanion* Turneb. *trimenon* Gronov. et vulgg.—21 Margo edd. Dalec. et Gronov. *olivæ nucleos*, e Theophr.

CAP. XIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *serendi* Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *præcipuus*. *Italica max. quidam oryza gaudent* Gronov. et al. vett. *præcipuus*. *Oryza quidem max. ut Itali gaudent*, sub. 'Indi.' Dalec. *præcipuus*. *Italici max. quidam or. gaudent* al. ap. Dalec. *præcipuus*. *Italia maxime quidem or. gaudet* Vet. Dalec. et Chiffi.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *oryzæ quidem folia* Gronov. et vulgg.—4 'Chiffi. *geminæ*. Fortassis, *genuinæ*.' Dalec.

#### NOTÆ

quippe idem jactum autumno melius respondet.' Non negat is peculiare tritici genus dictum antiquis esse trimestre: sed ab eo quod autumno seritur, quodque melius ita provenit, differre negat. Et c. 6. triticum trimestre, et trimestre alicastrum agnoscit.

<sup>d</sup> *Græci setanion*] Ita Mss. non *trimenon*, ut editi. *Σηράνιον πυρρός*, sive *σηράνειος*, triticum quod hoc anno, id est, vere inente satum est. Vide Rob. Constant. in Lexico.

<sup>e</sup> *Tradunt in Bactris*] Theophr. loc. cit. nucleis olivæ singula Bactrici frumenti grana æquiparat.

<sup>f</sup> *Ex quo panis*] Vide Notas et Emeud. num. 7.

<sup>5</sup> *Et alica*] Hoc est, ptisana ex hordeo Indico, ut ipse loquitur xxii. 66.

<sup>h</sup> *Maxime quidem*] Theophr. Hist. iv. 8.

<sup>1</sup> *Ex qua ptisanam*] Ptisana pultis genus est, quod ex farina fit hordeacea, aliisque frugibus. Hanc quæ ex oryza conficitur, nostri ipsius oryza nomine, *du Ris* vocant: quæ ex hordeo, *Orge mondé*.

<sup>j</sup> *Oryzæ*] Depictam vide apud Dodon. p. 500.

<sup>k</sup> *Antiquissimum*] Vide Dionys. Hallic. Rom. Antiq. lib. 11. p. 95.

<sup>l</sup> *Atheniensium*] Quoniam in Eleusinio certamine præmiium victori hordeum fuit, uti testatur Pindari Schol.



cognomine, qui hordearii vocabantur. Polentam<sup>n</sup> quoque Græci non aliunde præferunt. Pluribus fit hæc modis. Græci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt, deinde<sup>1</sup> molis<sup>o</sup> frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua aspergant, et siccent<sup>2</sup> prius, quam molant. Alii vero virentibus spicis decussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbibus eluunt,<sup>3</sup> ac siccatum Sole rursus tundunt, et purgatum molunt. Quocumque autem genere præparato,<sup>4</sup> vicens hordei libris, ternas seminis lini, et coriandri selibram,<sup>5</sup> salisque acetabulo,<sup>p</sup> torrentes ante omnia miscent in mola. Qui diutius volunt servare, cum polline ac furfuribus suis condunt novis ficitilibus. Italia sine perfusione tostum in subtilem farinam<sup>6</sup> molit, iisdem additis, atque etiam milio. Panem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadrupedumque<sup>q</sup> ferecibus est.<sup>7</sup>



CAP. XIV. 1 Cod. Dalec. *dein*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *siccentque* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *dicidunt*.—4 Vet. Dalec. *præparata*, sub. 'polenta.'—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *selibras* Gronov. et al. Mox, Vet. Dalec. *acetabulum, torrentes ante, omnia, &c.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et quæ secutæ; *formam* Gronov. et

## NOTE

liastes, Olymp. Ode 9. p. 93. Ἄγεται δὲ αὐτόθι (de Eleusine loquitur) ἀγῶν Κόρης καὶ Δημήτερος, ὃς καλεῖται Ἐλευσίνια· οὗ ἔπαθλον κριθαί. Hoc ipsum scribunt Aristides, Suidas, et auctor Etymologici.

<sup>m</sup> *Et gladiatorum*] Et præterea, inquit, id ex quodam gladiatorum genere intelligitur, qui hordearii appellantur, quod vetustiore ævo eo cibi genere uterentur. Milites etiam, 'qui parum in armorum prolusione profecerant,' inquit Vegetius i. 13. p. 14. 'pro frumento hordenm cogebantur accipere: nec ante eis in tritico reddebatur annona, quam sub præsentia Tribunorum experimentis datis ostendissent se omnia, quæ erant in

militari arte, complexisse.'

<sup>n</sup> *Polentam*] Polentam Græci ἀλφίτα vocant, torrefacti hordei farinam. In Gallia vocant, *du Gruau*. Spissandis carniū juribus venalis circumfertur: cœpitque et ex avena retorrida fieri, et eadem noniniis ambage proferri.

<sup>o</sup> *Deinde molis*] Veteres hordenm, similesque fruges, prius torrebant, deinde molebant. Unde Virgil. *Æn.* i. 183. 'Et torrere parant flammis, et frangere saxo.' Nec ullum ibi ὑστερον πρότερον, ut sibi vulgus interpretum fingit. Vide quæ dicenda sunt cap. 23.

<sup>p</sup> *Acetabulo*] De hoc mensuræ genere dicitur *xxi.* 109.

xv. Ptisanæ inde usus validissimus saluberrimusque tantopere probatur. Unum laudibus ejus volumen dicavit Hippocrates<sup>a</sup> e clarissimis<sup>1</sup> medicinæ scientia. Ptisanæ bonitas præcipua Uticensi. In Ægypto vero est,<sup>2</sup> quæ fit ex hordeo, cui sunt bini anguli. In Bætica et Africa genus, ex quo fiat, hordei, glabrum appellat Turranius.<sup>3</sup> Idem olyram et oryzam eandem esse existimat. Ptisanæ conficiendæ vulgata ratio est.

xvi. Simili modo ex tritici semine<sup>b</sup> tragum<sup>1</sup> fit, in Campania duntaxat et Ægypto.

xvii. Amylum vero<sup>c</sup> ex omni tritico<sup>1</sup> ac siligine, sed optimum e trimestri.<sup>d</sup> Inventio ejus Chio insulæ debetur: et hodie laudatissimum inde est:<sup>2</sup> appellatum ab eo,<sup>e</sup> quod sine mola fiat: proximum trimestri,<sup>f</sup> quod e minime pon-

//////////

al. vett.—7 Ita codd. Harduini, et recentt. *quadrupedumque tradidit hordeum refectibus* Vet. Dalec. *quadrupedumque fere cibus est. Cum ptisanæ . . . probe-* tur Chiffi. *quadrupedumque tradidit refectibus* Gronov. et vulgg.

CAP. xv. 1 *Hippocrates clarissimus* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *in Ægypto ea est* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Turranius* Gronov. et vulgg.

CAP. xvi. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *tragos*, e Diosc.

CAP. xvii. 1 Ita Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. et Bipont. *ex tritico* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Chiffi. *id est*; et pro v. l. in marg.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Quadrupedumque*] Equorum: quibus olim non avena dabatur, sed hordeum. Unde Festus: 'Hordearium æs,' inquit, 'quod pro hordeo equiti Romano dabatur.'

<sup>b</sup> *Hippocrates*] Is liber est, qui alias de ptisana, ut auctor est Athenæus lib. 11. p. 57. nunc de victu in morbis acutis, vel contra Cnidias sententias inscriptus legitur, tomo undecimo operum Galeni, qui quatuor in eum librum Commentarios edidit.

<sup>c</sup> *Ex tritici semine*] Hoc est, e zea, ut ipse postea explicaturus est. Galenus in Comm. 1. ad librum Hippocr. de victu in morbis acutis, p. 14. toin. xi. Ζεΐται, ἐξ ὧν ὁ καλούμενος τρά-

γος γίνεται. In indice hujus loci Plinius: *De trago*. Celsus 1v. 4. de difficultate spirandi, inter cibos non nimium acres, cum lenticula ptisanaque tragum recenset.

<sup>e</sup> *Amylum vero*] Et ex zea parari amyllum scribit Diosc. 11. 123. Gallis, *Amidon*.

<sup>d</sup> *E trimestri*] Hoc est, e trimestri tritico, de quo cap. 12. Sic Diosc. loc. cit. Ἀριστον δὲ ἐστὶ τὸ σκευαζόμενον ἐκ πυροῦ σπηταίου.

<sup>e</sup> *Appellatum ab eo*] Diosc. loc. cit. Ἀμυλον ὀνόμασται, διὰ τὸ χωρὶς μύλου κατασκευάζεσθαι.

<sup>f</sup> *Proximum trimestri*] Vide Notas et Emend. num. 8.

deroso<sup>3</sup> tritico. Madescit<sup>8</sup> dulci aqua ligneis vasis, ita ut integatur,<sup>4</sup> quinquies in die mutata. Melius si et noctu, ita ut misceatur pariter. Emollitum, priusquam acescat, linteo aut sportis saccatum,<sup>5</sup> tegulæ infunditur illitæ fermento, atque ita in Sole densatur. Post Chium<sup>1</sup> maxime laudatur Creticum, mox Ægyptium. Probatur autem lævore, et levitate:<sup>6</sup> atque ut recens sit: jam et Catoni dictum apud nos.<sup>7</sup><sup>j</sup>

XVIII. Hordei farina<sup>k</sup> et ad medendum utuntur. Mirumque, in usu jumentorum, ignibus durato, ac postea molito, offisque humana manu demissis in alvum, majores vires, torosque corporis fieri. Spicæ quædam<sup>l</sup> binos ordines habent, quædam plures usque ad senos. Grano ipsi<sup>m</sup> aliquot<sup>1</sup> differentiæ, longius, leviusque,<sup>2</sup> aut brevius, aut rotundius,<sup>3</sup> candidius, nigrius, vel cui purpura est. Ultimo



*idem, appellatum, &c.*—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *proximum et trimestri quodam minime ponderoso* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Chiffli. *in ligneis vasis, ita ut integatur*; et in emend. *intingatur*.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ita ut misceatur pariter emollitum, priusquam acescat. Linteo aut sportis siccatum* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *levitate et lævore* Gronov. et vulgg.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. sic et cod. Dalec. *jam et Catoni dictum. Apud nos hordei* Gronov. et vulgg.

CAP. XVIII. 1 Cod. Dalec. *aliquid*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *majusque*, e Theophr.—3 *Ibid. ex eodem, ac rotundius. Mox, Dalec. nigrius, cui purpura est, optimum ad polentam. Contra, &c.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *et contra temp. major firmitas*, e Theophr. *vel cui purpura est, ultimo ad*

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Madescit*] Diosc. loc. cit.

<sup>h</sup> *Linteo aut sportis saccatum*] Hoc est, per saccum colatum: quo modo vinum Hippocraticum colant pharmacopola. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>1</sup> *Post Chium*] Creticum pariter landat Diosc. loc. cit. mox Ægyptium: Chii non meminit. Alexandrinum commendat et Theodorus Priscian. lib. iv.

<sup>j</sup> *Catoni dictum apud nos*] Etsi res sit exotica amylinum, inquit, jam tum ætate tamen Catonis, Romæ id cog-

Delph. et Var. Clas.

nitum est. Verba hæc sunt Catonis c. 87. 'Amylum sic facito. Siliginem purgato bene,' &c.

<sup>k</sup> *Hordei farina*] Ad aurium dolorem utitur ea Marcellus Empir. c. 9. p. 78. In pluribus vero morbis Galenus, quos in Indice Brassavoli leges.

<sup>l</sup> *Spicæ quædam*] Hordei scilicet. Theophr. Hist. VIII. 4. τῶν μὲν κριθῶν αἱ μὲν εἰσι δίστιχοι, αἱ δὲ τρίστιχοι . . . πλείσται καὶ ἐξάστιχοι.

<sup>m</sup> *Grano ipsi*] Theophr. loc. cit.

Plinius.

8 R

ad polentam: <sup>n</sup> contra tempestates <sup>o</sup> candido maxima infirmitas. Hordeum frugum omnium mollissimum est: seri non vult, <sup>p</sup> nisi in sicca et soluta terra, ac nisi læta. Palea <sup>q</sup> ex optimis: stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur quam triticum <sup>t</sup> occupet rubigo. Itaque sapienter agricolæ triticum cibariis tantum <sup>r</sup> serunt. Hordeum sarculo <sup>s</sup> seri dicunt, propterea celerrime redit: fertilissimumque, quod in Hispaniæ Carthagine Aprili mense collectum est: hoc seritur eodem mense in Celtiberia, eodemque anno bis <sup>6</sup> nascitur. Rapitur omne a primâ statim maturitate festinantius, quam cetera. Fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam <sup>t</sup> polentam fieri tradunt, si non excocta <sup>7</sup> maturitate tollatur.

//////////

*polentam. Contra, &c. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. quia tollitur antequam triticum Gronov. et vulgg.—5 'Chiffi. sacco; sic et Turneb. vel, seculo: neutrum apte.' Dalec. dicunt, propt. quod celer. reddit cod. Dalec. Mox, fertile est quod Vet. Dalec. et Chiffi.—6 Chiffi. eodemque a nobis; et in emend. eodemque nobis.—7 Turneb. exacta.*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Ultimo ad polentam]* Postremum, hoc est, purpurascens, imbecille in polenta: etsi plurimum farinæ reddit: αἱ δὲ ἐπιπορφυρίζουσαι, ἀπὲρ καὶ πολυάλφειτοι δοκοῦσιν εἶναι. Theophr. loc. cit.

<sup>o</sup> *Contra tempestates]* Contra hyemem, ventosque, et cæli mutationes varias. Theophr. de purpurascente hordeo: καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας δὲ, καὶ τὰ πνεύματα, καὶ ὅλως τὸν ἀέρα, τῶν λευκῶν ἰσχυρότεραι, candido firmitus.

<sup>p</sup> *Seri non vult]* Mss. *Seri non volet*, forte pro *non roll*. Non placet certe legi, non valet.

<sup>q</sup> *Palea]* Didymus in Geopon. iv. 14. pag. 114. ad certos quosdam usus hanc reliquis anteponit: τῶν δὲ σιτίων τὰ κριθίνα αἰρετώτερα.

<sup>r</sup> *Cibariis tantum]* Tantum tritici

serunt, quantum ad familiæ cibaria satis est.

<sup>s</sup> *Hordeum sarculo]* Terra levissima mota, ac veluti suspensa, quemadmodum fere fit sarriendo: sarculo opus est, non aratro: atque idcirco celerrime erumpit, et matrescit. 'Agros findere sarculo' dixit Horat. i. Od. i. 11.

<sup>t</sup> *Meliorem etiam]* Galenus quoque de Alim. Facult. i. 11. p. 317. tom. vi. ex recenti hordeo mediocriter frixo laudatissimam fieri polentam docet: odoris etiam eximii: si arista non omnino sicca: Ἐκ τῶν νέων κριθῶν φρυγισῶν συμμέτρως τὸ κάλλιστον ἄλφειτον γίνεται . . . μάλιστα ἐστὶν εὐόδη τὰ ἐκ τῶν ἀρίστων καὶ νέων κριθῶν γιγνώμενα, μὴ πάνυ ξηρὸν ἐχουσῶν τὸν στάχυν.

XIX. (VIII.) Frumenti genera non eadem ubique: nec,<sup>1</sup> ubi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima far, quod adoreum<sup>a</sup> veteres appellavere, siligo, triticum. Hæc plurimis terris communia. Arinca<sup>b</sup> Galliarum propria, copiosa et Italiæ est. Ægypto<sup>2</sup> autem ac Syriæ, Ciliciæque et Asiæ, ac Græciæ peculiare, zea, olyra, tiphe.<sup>c</sup> Ægyptus similaginem conficit e tritico<sup>3</sup> suo, nequaquam Italicæ parem. Qui zea utuntur, non habent far.<sup>d</sup> Est et hæc Italiæ in Campania maxime, semenque appellatur. Hoc habet nomen res præclara, ut mox docebimus:<sup>e</sup> propter quam Homerus<sup>f</sup> ζειδωρος ἄρουρα dixit: non, ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylum quoque ex ea fit, priore crassius.<sup>g</sup> Hæc sola differentia est.<sup>4</sup>



CAP. XIX. 1 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. neque Gronov. et vulgg.—2 In Ægypto Chiffi.—3 Chiffi. conficit tritico, omitta præpositione.—4 Dalec. differentia. Durissimum.—5 Codd.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Quod adoreum] Unde 'adorea liba' apud Maronem Æneid. vii. 109. Festus: 'Ador farris genus, edor quondam appellatum ab edendo: vel quod aduratur, ut fiat tostum: unde in sacrificio mola salsa efficitur.'

<sup>b</sup> Arinca] Nunc corrupto vetere vocabulo, in Delphinatu Riguet id tritici genus appellant. Nic. Chorier Hist. lib. i. p. 54. De arinca plura dicemus c. 20.

<sup>c</sup> Zea, olyra, tiphe] Tiphen et olyram rem alii eandem esse, alii diversam, veteres prodiderunt, referente eorum sententias Galeno loc. cit. c. 13. p. 319. περί τῖφῶν, καὶ ὀλυρῶν, καὶ ζειῶν. Ipse Galenus tom. ii. in Explic. Vocum Hippocr. pag. 91. Ζείας, ὀλύρας, interpretatur: perinde ac si res una sit, nominibus diversis. Hæc tria tamen et nominibus et re distinguit Anguillara, par. vi. p. 98. Tipham ait Italiam appellari Spelta: Olyram, Scandella: Zeam, Farro. Asclepiades apud Galen. κατὰ τόπους,

ix. 3. Φάρβους ἢ καλοῦσι ζέα. Et quod Straboni lib. v. p. 242. ζέα dicitur, id Plinius cap. 29. far appellat. Et Dionys. Antiq. Rom. lib. ii. pag. 95. Φάρβος, ἢ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέα. Ægyptios ποιεῖτο panem ἐκ τῶν ὀλυρῶν fecisse auctor est Herod. ii. 77. pag. 118.

<sup>d</sup> Non habent far] Sed zeam pro farre habent. Nam et ipsa zea far est: nec semen tantum appellatur, ut Plinius ait, sed cum farre nomen alterum commune habet, adoreum, teste Isidoro xvii. 3. 'Adoreum, tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur.'

<sup>e</sup> Ut mox docebimus] Cap. 29. ubi e zea quæ conficitur, alicam commendat.

<sup>f</sup> Homerus] Iliad. B. 548. et alibi passim. Quod ζείαν ferret: non ἀπὸ τοῦ ζῆν, vivere.

<sup>g</sup> Priore crassius] Priore amylo, de quo c. 17.

Ex omni genere durissimum far, et contra hyemes firmissimum Patitur frigidissimos locos, et minus subactos, vel æstuosos,<sup>h</sup> sitientesque. Primus antiquis<sup>i</sup> Latio cibus, magno argumento in adores donis, sicuti diximus.<sup>j</sup> Pulte autem,<sup>k</sup> non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria<sup>l</sup> hodieque dicuntur. Et Ennius, antiquissimus vates, obsidionis famem exprimens, offam eripuisse<sup>m</sup> plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca, atque natalium,<sup>n</sup> pulte fritilla<sup>o</sup> conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuisse, quam Italiæ polenta.



Dalec. Chiff. aliique, æstuosos.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd.

#### NOTE

<sup>h</sup> *Æstuosos*] In Mss. ubique, *æstivosos*.

<sup>i</sup> *Primus antiquis*] Vide Dionys. Halic. Rom. Antiq. lib. II. p. 95. ubi far esse zeam docet.

<sup>j</sup> *Sicuti diximus*] Cap. 3.

<sup>k</sup> *Pulte autem*] Valerius Max. II. 5. 'Erant majores nostri adeo continentiaæ attenti, ut frequentior apud eos pultis usus, quam panis, esset.' Et ad hunc veterem morem Juvenalis respiciens, Sat. XIV. 171. 'Grandes fumabant pultibus ollæ.'

<sup>l</sup> *Pulmentaria*] Varro de Ling. Lat. lib. IV. 'Pulmentum,' inquit, 'quod idem cum pulte essent,' hoc est, cum pulte comederent: 'inde pulmentarium dictum.' Pulmentarium igitur obsonium quodvis dicebatur, non quod ex pulte esset: ut Lexicorum auctoribus videtur: sed quod, uti postea cum pane, sic olim cum pulte, ederet: inde nomen. Græcis *προσφάγιον* inde dictum, quod addatur pani, ut notat Erasmus in c. 21. Joan. ubi Latinus interpres *pulmentarium* translulit. Joan. de Janua: 'Pulmentum vel pulmentarium dicitur quilibet cibus citra panem.' Apud Phæd. lib.

III. Fab. Canis ad Lupum: 'Afferatur ultro panis, de mensa sua Dat ossa dominus, frustra jactat familia, Et quod fastidit quisque pulmentarium.' Et Seneca ficus caricas pulmentarii vicem habere dixit, obsonii Plinius, ut annotavimus xv. 21.

<sup>m</sup> *Offam eripuisse*] Offa enim antiquis fuit, auctore Festo quoque, glomerata puls.

<sup>n</sup> *Atque natalium*] Subintellige, natalium sacra. Sequioribus tamen temporibus, superstitione crescente, etiam cruentas in natalitiis sacris hostias mactare. Horat. IV. Od. 11. die natali Mæcenatis dicta: 'Ara castis Vincita verbenis, avet immolato Spargier agno.' Lampridius, in Alexandro Severo: 'Cum ejus natalem aruspices commendarent, dixerunt eum summam rerum tenturum: idcirco quod hostiæ de ea villa, quæ esset Severi Imp. adductæ essent.'

<sup>o</sup> *Pulte fritilla*] Sic Mss. omnes: forte pro *fritilla* seu *fritilli*, a frigendo, quoniam esset ea puls e farina fricta. An huc pertinet quod habet Varro de Vita Populi Rom. lib. I. apud Nonium c. 4. num. 291. 'Quod Ka-

XX. Tritici semine avidius nullum<sup>a</sup> est, nec quod plus alimenti trahat. Siliginem<sup>b</sup> proprie dixerim tritici delicias: candor est, et sine<sup>c</sup> virtute, et sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, et Galliæ Comatæ. Sed et trans Alpes in Allobrogum tantum Remorumque<sup>d</sup> agro pertinax: in ceteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium,<sup>e</sup> ut gravissima quæque grana ejus serantur.

(IX.) E siligine lautissimus panis, pistrinarumque<sup>d</sup> opera laudatissima.<sup>3</sup> Præcellit in Italia, si Campana Pisis natæ misceatur. Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosiorque cretacea.<sup>4e</sup> Justum est e grano Campanæ, quam vocant castratam,<sup>f</sup> e modio<sup>g</sup> redire sextarios quatuor sili-



Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pulte fitilla* Chiff. *pulle fitilla* Gronov. et vulgg.

. CAP. XX. 1 Cod. Dalec. *delicias candore, sed sine*; Chiff. ut in vulgg. ante Dalecampium, *delicias candore, &c.* sed in emend. *candore, virtute, pondere conveniens.*—2 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps. Male cod. Reg. 1. *Memorum*: unde emendatum in recentt. edd. *Meminorum*.' Brotier. *Meminorumque* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Nerviorum* cod. Dalec. *Morinorum* Vet. Dalec. *Avernorumque* alii vett. ap. Dalec. *Remorum* Turneb. *Memorumque* Chiff.—3 Vet. Dalec. *pistorumque opera lautissima.*—4 Ita codd.

#### NOTÆ

lendis Junii et publice et privatim fatuam pulvem Diis mactat.' Apud Arnobium lib. VII. p. 230. *fitilla* dici videtur.

<sup>a</sup> *Aridius nullum*] Quod plus ex terra alimenti trahat.

<sup>b</sup> *Siliginem*] Candidi levissimique tritici genus, vulgo *Blé blanc*. Juvenal. Sat. v. 70. 'Sed tener et niveus, mollique siligine factus Servatur domo,' panis videlicet. Columella II. 6. de generibus seminum: 'Tritici genera complura cognovimus. Verum ex his maxime serendum est, quod robus dicitur, quoniam et pondere et nitore præstet. Secunda conditio est habenda siliginis, cujus species in

pane præcipua pondere deficitur.' Et c. 9. humido statu cæli recte hanc provenire ait.

<sup>c</sup> *Remedium*] Columella II. 9. p. 55. ubi et post tertiam sationem omne triticum solo uliginoso converti ait in siliginem.

<sup>d</sup> *Pistrinarumque*] Huc pertinet CORPVS. PISTORVM. SILIGINIARIO- RVM, cujus mentio in inscriptione vetere apud Gruter. p. 81.

<sup>e</sup> *Cretacea*] Cui, ob candorem cretæ similem, inditum id nomen videtur: aut cui creta potius Campana admixta est, ad conciliandum alicæ candorem, ut dicitur c. 29.

<sup>f</sup> *Vocant castratam*] Purgatam, di-

ginis,<sup>b</sup> vel e gregali<sup>5</sup> sine castratura sextarios quinque, præterea floris semodium: et cibarii,<sup>i</sup> quod secundarium vocant, sextarios quatuor: furfuris, sextarios totidem. E Pisana autem siliginis sextarios quinque: cetera paria<sup>j</sup> sunt. Clusina, Aretinaque etiamnum sextarios siliginis asciunt:<sup>6k</sup> in reliquis pares.<sup>l</sup> Si vero pollinem<sup>m</sup> facere libeat, XVI. pondo panis redeunt, et cibarii<sup>n</sup> tria, furfurumque semodius. Molæ discrimine hoc constat. Nam quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullam:<sup>o</sup> verum plus retinent in furfure. Farinam a farre dictam nomine ipso apparet. Siligineæ farinæ modius Gallicæ XXII. libras panis reddit, Italicæ<sup>p</sup> duabus tribusve amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adjiciunt libras in quocumque genere.



Harduini et Chiffi. *ponderosior vero cretacea Gronov. et vulgg.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. ut e gregali. Mox, Vett. ap. Dalec. semod. et cib. vel, Et in cibarium panem, quem secundarium vocant, farinæ sextarios quatuor.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiffi. adsciscunt cod. Dalec. assumunt Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bispont. et Franz. Mox, Dalec. 'Si vero panem fac. lib. XVI. primarii panis.—*

#### NOTÆ

ligentiusque excretam cribro pollinario. *Bluter la farine.*

<sup>5</sup> *E modio]* Capit modius sextarios sedecim. Nam amphora, seu quadrantal, sextarii sunt duodequingenta, inquit Festus: amphora eadem modios tres continet, auctore Volusio Mæciano. De sextariis diximus XIV. 6.

<sup>b</sup> *Siliginis]* Farinæ e siligine.

<sup>i</sup> *Et cibarii]* Cibarium appellat, farinam crassiore, quæ post pollinem vel florem excutitur, quam furfures sequuntur. Ex ea panis conficitur, quem cibarium quoque, et secundarium vocant, *Pain bis.*

<sup>j</sup> *Cetera paria]* Ut in Campana siligine: quæ reddit in modios singulos, floris semodium, cibarii sextarios quatuor, &c.

<sup>k</sup> *Siliginis asciunt [assumunt] Mss.*

*adsciunt. Forte adjiciunt.* Clusina, inquit, et Aretina farinæ reddunt non sextarios modo quinque, ut Pisana, verum etiam senos. De Clusino farre dictum est c. 12.

<sup>l</sup> *In reliquis pares]* Reddunt nimium floris semodium, cibarii sextarios quatuor, &c.

<sup>m</sup> *Si vero pollinem]* Hoc est, si tenuissimam libet farinam excernere, quæ tenuitate etiam id superet, quod florem farinæ siligineæ diximus appellari.

<sup>n</sup> *Et cibarii]* Quid cibarium vocetur, paulo ante diximus.

<sup>o</sup> *Medullam]* Farinam.

<sup>p</sup> *Italicæ]* Farina, inquit, e siligine Italica panis libras reddit XXIV. aut etiam vicenas quinas, si sit artopticus panis. De eo panis genere diceamus sect. 27.



(x.) Similago e tritico<sup>7</sup> fit laudatissima. Ex Africo justum est e modis redire semodios, et pollinis sextarios quinque. Ita autem<sup>q</sup> appellant in tritico, quod florem in siligine. Hoc ærariæ officinæ chartariæque utuntur.<sup>r</sup> Præterea secundarii sextarios quatuor, furfurumque tantundem. Panes vero<sup>s</sup> e modio similaginis cxxii.<sup>s</sup> e floris modio cxvii. Pretium huic annona media<sup>t</sup> in modios farinae, xl. asses:<sup>u</sup> similagini castratæ octonis assibus amplius,<sup>v</sup> siligini castratæ duplum.<sup>w</sup> Est et alia distinctio similaginis, tempore L. Pauli<sup>x</sup> nata, prima xvii. pondo panis reddere visa, secunda xviii. tertia xix. cum triente:<sup>a</sup> et secundarii<sup>9</sup> panis quinas selibras, totidem cibarii, et furfurum sextarios sex.

Siligo nunquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem, iis quæ<sup>10</sup>

<sup>a</sup> Est et alia bonitatis distinctio in similagine, semel tempore L. Pauli nata, cum xvii. libras panis reddere visa primum est: secunda bonitas, cum xviii. Tertia, quando xix. cum triente.

//////////

7 *Similago ex tritico* Edd. vett.—8 Ita bene mediæ editiones. Male in codd. Reg. Editione principe, et recentioribus, *Panis vero.* Brotier. *Panis vero* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 'Locus hic mirum in modum corruptus est in scriptis editisque libris. Quam meliorem putavi emendandi rationem sum secutus. Si quis meliora reperire valeat, experiatur.' Brotier. Est et alia distinctio. *Similago L. pollin autem xvii. pondo panis reddere visa, tritici xxx. cum triente, et secundarii Gronov. et vulgg. Est et alia distinctio, semel tempore L. Pauli nata, xvii. pondo panis reddere visa, xviii. Tertia xix. cum triente: et secundarii Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Est et alia distinctio, semel tempore L. Pauli nata, pondo panis reddere visa xviii. Tertia, xix. cum triente, &c. Turneb. et Chiffi. Quidam vero, Similago tritici xvii. pondo panis reddere visa, pollin autem xxx. cum triente, et secundarii* margo edd. Dalec. et Gronov.—10 Vet. Dalec. *spicis, quæ.*—

#### NOTÆ

<sup>q</sup> Ita autem] Similaginem, inquit, appellant in tritico, quod in siligine florem. *Fleur de farine de froment.*

<sup>r</sup> Hoc ærariæ . . . . utuntur] Quæ farina cum argilla mixta operum suorum formas effingunt, ut recte Dalecampius.

<sup>s</sup> cxxii.] Subintellige, pondo, seu libræ redeunt.

<sup>t</sup> Annona media] Moderatiore annona, cum nec omnino gravis est, nec

omnino laxa.

<sup>u</sup> xl. asses] E nostris assibus, asses sunt xxxii.

<sup>v</sup> Octonis . . . . amplius] Hoc est, xlvi. assibus: monetæ nostræ asses efficiunt circiter octo et triginta.

<sup>w</sup> Duplum] Hoc est, asses xcvi. monetæ Gallicæ asses circiter lxxvi.

<sup>x</sup> [Semel] tempore L. Pauli] Vide Notas et Emend. num. 10.

maturuere, protinus granum dimittentibus. Sed minus, quam cetera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat.

Ex arinca<sup>11</sup> y dulcissimus panis: ipsa spissior, quam far, et major spica, eadem et ponderosior. Raro modius grani non XVI. libras implet. Exteritur<sup>2</sup> in Græcia difficulter: ob id jumentis dari ab Homero<sup>a</sup> dicta. Hæc enim est, quam olyram vocat. Eadem in Ægypto facilis,<sup>b</sup> fertilisque. Far sine arista<sup>c</sup> est: item siligo, excepta quæ<sup>12</sup> Laconica appellatur. Adjiciuntur his genera, bromos,<sup>d</sup> siligo excepta,<sup>e</sup> et tragos, externa omnia ab Oriente inuenta, oryzæ<sup>13</sup> similia. Tiphe<sup>f</sup> et ipsa ejusdem est generis, ex qua fit in nostro orbe oryza.<sup>14</sup> g Apud Græcos est zea.<sup>15</sup> Traduntque eam ac tiphen, cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ serantur:<sup>h</sup> nec protinus, sed tertio anno.



11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Et arinca* Gronov. et vulgg. *Et Africa* Chiff. Mox, Vet. Dalec. *et majore spica.*—12 Dalec. *item siligo exceptitia, quæ*; et mox, *A. his generibus, bromos, siligo et tragos, expuncta voce excepta*; pro qua Gronov. et vulgg. *exceptitia*. Turneb. et Chiff. etiam *excepta.*—13 Ita codd. Harduini et Chiff. Mox, *et ipsa ejusdem generis* Gronov. et vulgg.—14 Dalec. *olyra.*—15 Chiff. *et ixia.*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Ex arinca*] De ea diximus cap. sup.

<sup>2</sup> *Exteritur*] In area difficulter teritur.

<sup>a</sup> *Ab Homero*] Iliad. E. 195. Παρὰ δὲ σφιν ἑκάστω δίσυγγες ἵπποι Ἑστᾶσι, κρὶ λευκὸν ἑρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας. Ubi Didymus interpres: Ὀλύρας, εἶδος κριθώδους καρποῦ· τισὶ μὲν βικία, καὶ βικίον· τισὶ δὲ ζεῖα, καὶ ζέα. Id rursus Homerus habet Iliad. B. 560.

<sup>b</sup> *In Ægypto facilis*] Haud difficulter exteritur.

<sup>c</sup> *Far sine arista*] In Ægypto.

<sup>d</sup> *Bromos*] Hoc est, avena sativa, *de l' Avoine*. Βρόμος Galeno, de Alim. Facult. 1. 14. pag. 322. tom. vi.

semen est in Asia frequens, præsertim in Mysia supra Pergamum: jumentorum cibus, non hominum, nisi in fame.

<sup>e</sup> *Siligo excepta*] Ita Mss. non *exceptitia*. Laconicam siliginem intelligit, diversi generis a communi siligine, propter peculiarem aristam.

<sup>f</sup> *Tiphe*] Scaliger Exerc. 292. pag. 868. existimat esse nostrum Secale, *le Seigle*: sed falso. De secali dicemus cap. 40.

<sup>g</sup> *In nostro orbe oryza*] Hoc est, ptisana oryzæ similis.

<sup>h</sup> *Si pistæ serantur*] Hoc est, si purgatæ, sive decorticatæ. Theophr. Hist. 11. 5. a quo Plinius mutuatus

XXI. Tritico nihil est fertilius: hoc ei natura tribuit; quoniam eo maxime alebat<sup>1</sup> hominem: utpote cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio<sup>i</sup> Africæ campo, centeni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco Divo Augusto procurator ejus<sup>j</sup> ex uno grano (vix credibile dictu) cccc. paucis minus<sup>2</sup> germina,<sup>k</sup> extantque de ea re epistolæ. Misit et Neroni similiter ccclx.<sup>3</sup> stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt, aliique, et tota Bætica,<sup>4</sup> et inprimis Ægyptus. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranum<sup>5</sup> vocant. Inventus est jam et scapus unus centum fabis onustus.

XXII. Æstiva frumenta diximus,<sup>1</sup> sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis venit: ex ea et oleum<sup>m</sup> faciunt:<sup>2</sup> color ejus candidus. Huic simile est in Asia Græciaque erysimum,<sup>n</sup> idemque erat, nisi pinguius esset: quod apud nos vocant ironem:<sup>2</sup> medicaminibus annumerandum po-



CAP. XXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *alat* Gronov. et vulgg.—2 Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Male eruditus Harduinus, *quadraginta paucis minus.* Brotier. *XL. paucis minus* codex vetustior Dalecampii; *quadringenta paucis minus* codex alter; item Gronov. et vulgg. ante Harduin. *quadringenta paucissimis* Chiffli. Mox, *grana pro germina* Dalec.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. recentt. *CCCXL.* edd. vet. et Gronov.—4 *Bæotica* codd. Turneb. et sic Theophr.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *centigranum* Gronov. et vulgg.

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *conficiunt.*—2 Cod. Dalec. *trinon*; Turneb.

#### NOTÆ

est: Ἡ τρίφη καὶ ἡ ζειὰ μεταβάλλουσιν εἰς πυρρον, ἐὰν πτισθεῖσαι σπείρονται. Varia hujus vocis πτίσσειν significatio est. Hesychius: Πτίσαι, κόψαι· πτίσει, κόψει. πτίσατε, ἀποδερματίσατε. Πτίσσειν igitur Græcis est *tundere, pinsere, purgare, decorticare.*

<sup>1</sup> Quale in Byzacio] *Supra xvii. 3.* 'In Byzacio Africæ illum centena quinquagena fruge fertilem campum,' &c.

<sup>j</sup> Procurator ejus] Procurator Cæsaris vectigalia colligebat, fisci jura tuebatur, &c.

<sup>k</sup> Germina] Stipulas, sive culmos.

<sup>1</sup> Æstiva . . . diximus] Initio cap. 10.

<sup>m</sup> Ex ea et oleum] Σήσαμον Diosc. II. 121. Γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτοῦ, ᾧ καὶ Αἰγύπτιοι χρῶνται.

<sup>n</sup> Erysimum] Ἐρύσιμον Theophrasti, Hist. VIII. 7. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἐρύσιμον ὁμοιον σησάμφω, καὶ λίπος ἔχει. Hoc de semine accipiendum, non de canle. Gallis *Cameline*, a Dodonæo pingitur, Pempt. IV. lib. II. cap. 23. pag. 523. Irio Latinorum est. Vidimus in horto Regio.

tius, quam frugibus. Ejusdem naturæ et horminum,<sup>o</sup> a Græcis dictum, sed cumino<sup>p</sup> simile, seritur cum sesama: hac, et irione,<sup>q</sup> nullum animal vescitur virentibus.

XXIII. Pistura non omnium facilis: quippe Etruria<sup>r</sup> spicam farris tosti pisente pilo præferrato, fistula serrata,<sup>r</sup> et stella<sup>2</sup> intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana, ferrumque frangatur. Major pars Italiæ ruidio utitur pilo:<sup>s</sup> rotis etiam quas aqua verset obiter, et molat. De ipsa ratione pisendi<sup>t</sup> Magonis proponetur sententia: triticum ante perfundi aqua multa jubet, postea evalli,<sup>u</sup> deinde Sole siccatum pilo repeti. Simili modo hordeum. Hujus sextarios xx. spargi duobus sextariis aquæ. Lentem torrere<sup>3</sup> prius, deinde cum furfuribus leviter pisi. Aut



trionum.—3 'Male codd. Regg. et Editio princeps, hæc, et irione: recentiores, hoc, et irione.' Brotier. hæc, et irione Dalec. sub. 'sesama;' hoc, et irione edd. Harduin. et quæ sunt secutæ.

CAP. XXIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quippe et Etruria Gronov. et vulgg. Mox, pinsit pilo Vet. Dalec.—2 'Quidam, stela; id est, columnula, sive columella; ut si interriti pinsant (intriti pinsant Chiffi.) concid. gr. ferrumque frangatur. Turneb. et Chiffi. etiam et mola, quas aqua verset obiter. De ipsa.' Dalec. ferroque frangantur, &c. Gronov. et vulgg. ante Harduin. Mox, ratione pisendi margo edd. Dalec. et Gronov. Deinde, proponemus sententiam Chiffi.—3 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Horminum*] "Ορμενον Theophr. Hist. VIII. 7. Diosc. III. 145. "Ορμινον. Nostris *Orrale*, et *Toutebonne*. A Dodonæo delineatur, pag. 290. Genus illius alterum, pag. 292.

<sup>p</sup> *Scd cumino*] Theophr. loc. cit. Τὸ δὲ ὄρμενον κυμινῶδες, μέλαν σπείρειται δὲ ἅμα καὶ τὸ σήσαμον.

<sup>q</sup> *Hac, [hoc] et irione*] *Hormino* scilicet, et *irione*. De sesama quidem et *irione* id Theophrastus asseverat, de Causis VI. 19. pag. 374. De *hormino* considerandum ait, Hist. VIII. 7.

<sup>r</sup> *Fistula serrata*] *Fistula* in rustico instrumento quid esset, diximus XVII. 23. sed hæc serrata dicitur, in quo ab illa altera discrepat. *Fistulam ferrariam* appellat Cato cap. 10.

Ait igitur Plinius in extremo ambitu præferrati pili fistulam esse serratam, sive cultri serrati similitudinem, prætereaque in medio denticulata stellæ effigiem: ut nisi erecto semper pilo pinsatur, frangi ferrei isti denticuli possint.

<sup>s</sup> *Ruidio utitur pilo*] *Aspero*, et *impolito*: ut recte Hermolans.

<sup>t</sup> *Pisendi*] Sic Mss. ubique: 'pisendi,' et 'pisente,' et 'pisant,' et 'pisi:,' nusquam, ut nunc fere usus obtinuit, 'pinsendi,' 'pinsente,' 'pinsant,' 'pinsi,' &c.

<sup>u</sup> *Postea evalli*] Vallo suo excludi, *deglubi*, *gluina*, corticeque suo spoliari. 'Gluma' proprie 'hordei tunica est,' apud Festum.

addito in sextarios XX. lateris crudi frusto, et arenæ semodio. Erviliam iisdem modis, quibus lentem: sesamam in calida maceratam exporrigi: deinde confricari, et frigida mergi,<sup>4</sup> ut paleæ fluctuent,<sup>v</sup> iterumque exporrigi in Sole super lintea: quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa autem, quæ evalluntur, variam pisturarum<sup>s</sup> rationem habent. Acus vocatur, cum per se<sup>w</sup> pisitur spica,<sup>6</sup> tantum aurificum ad usus.<sup>x</sup> Si vero in area teritur cum stipula, palea, ut majore in terrarum parte, ad pabula jumentorum.<sup>7</sup> Milii, et panici, et sesamæ purgamenta apludam<sup>y</sup> vocant, et alibi aliis nominibus.

XXIV. Milio Campania<sup>a</sup> præcipue gaudet, pultemque candidam ex eo facit. Fit et panis<sup>b</sup> prædulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, et cruda



*torreri.* Mox, *leviter pinsi* Dalec.—4 Ita codd. Hardnini et Chiffli. cum edd. Hardnin. et recent. *confricari, frigida immergi* Gronov. et vulgg.—5 Chiffli. *pristinorum.*—6 Dalec. *pinsitur spica.*—7 Chiffli. *in majore ter. parte est ad pabulum.* Jun. &c. Turneb. *ut in majore ter. &c.* Cod. Dalec. *et majore in ter. &c.* Vet. Dalec. habet etiam *pabulum.*

CAP. XXIV. I Chiffli. *vel sanguine cruris, omissa præpositione.*

### NOTÆ

<sup>v</sup> *Ut paleæ fluctent*] Mss. omnes, *fluctuentur.*

<sup>w</sup> *Cum per se*] A calamo, stipula, stramento, decisa ac separata. Acus, aceris, est tritici purgamentum: glutinam complectitur, aristam, et spicæ scapum. Græcis ἄχυρον. Hinc 'acerosum far' apud Nonium, ex Lucilio. Festusque, verbo 'Obacerare:' 'Obacerare,' inquit, 'obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire: quod sumtum videtur a paleis, quas Graeci ἄχυρα vocant. Itaque et frumentum, et panis non sine paleis, acerosus dicitur: item lutum aceratam, paleis mixtum.'

<sup>x</sup> *Aurificum ad usus*] Forte quoniam, ut Plinius ipse scribit xxxiii. 19. palea citissime ardescit aurum,

hoc est, acere: nam 'acus palea est,' Varroni, apud Festum: 'et quædam paleæ de frumento acus dicuntur.'

<sup>y</sup> *Apludam*] Festus: 'Apluda est genus minutissimæ paleæ frumenti, sive panici,' &c. Vix Gellium audio qui xi. 7. 'apludam,' ait, 'veteres rusticos frumenti furfurem appellasse.'

<sup>a</sup> *Milio Campania*] Vide quæ diximus cap. 10. Colum. ii. 9. pag. 56. 'Milium quoque pultem, maxime cum lacte, non fastidiendam præbet.' Gallis *Millet.*

<sup>b</sup> *Fit et panis*] Vide Galenum de Alim. Facult. i. 15. pag. 323. tom. vi. et ea adjice quæ diximus cap. 10.

etiam farina, equino lacte, vel sanguine e cruris<sup>1</sup> venis admixto. Æthiopes non aliam frugem quam milli hordeique novere.

XXV. Panico<sup>c</sup> et Galliæ quidem,<sup>1</sup> præcipue Aquitania utitur. Sed et Circumpadana Italia addita faba,<sup>d</sup> sine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præferunt. Cetero<sup>2</sup> æstiva frumenta riguis magis etiam, quam imbribus, gaudent. Milium et panicum<sup>e</sup> aquis minime, cum in folia exeunt. Vetant ea inter vites arboresve frugiferas seri, terram emacrari<sup>f</sup> hoc satu<sup>3</sup> existimantes.

XXVI. (XI.) Milii præcipuus<sup>g</sup> ad fermenta usus, e musto<sup>1</sup> subacti<sup>a</sup> in annuum tempus. Simile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis et optimis, e musto albo triduo maturato<sup>2h</sup> subactis, ac Sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo dilutos, cum similagine seminis<sup>3i</sup> fervefaciunt, atque ita farinæ miscent, sic optimum panem fieri arbitrantur. Græci in binos semodios farinæ satis esse

<sup>a</sup> Cum musto triti.



CAP. XXV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. P. et Galliæ quidam Chiffi. Panico Galliæ quædam Gronov. et vulgg.—2 Cetera codd. Dalec. et Chiffi.—3 'Vet. emaciari horum satu. Turneb. emactari; id est, veluti enecari. Legit et emactari Chiffi. in emend. vero, emacerari.' Dalec.

CAP. XXVI. 1 Edd. quædam vett. ex musto.—2 Turneb. et Chiffi. macerato.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Panico] De eo diximus cap. 10.

<sup>d</sup> Addita faba] Paulinus Epist. III. ad Severum: 'Fabam intrivit panicio.' Et infra, 'Fabam tantum milio panicioque confundens.'

<sup>e</sup> Milium et panicum] Theophr. Hist. VIII. 7.

<sup>f</sup> Terram emacrari] Mss. Reg. Colb. &c. emactari. Forte, emaciari: qua voce Columella usus II. 10. de lupino.

<sup>g</sup> Milii præcipuus] Ita plane Geopon. auctor II. 31. pag. 68. Εἰ δὲ θέλεις εἰς ἕτος ἔλαι εἶναι ζύμην, κ. τ. λ.

Si vero in totum annum fermentum habere vis, cum in doliis mustum ebullierit, spumose illud quod efferbuit, eximito, cum farina milii commisceto, diligenterque trita in massas cogito, quas ad Solem siccatas in humido loco repones: et inde sufficienti accepta quantitate pro fermento ulitor.

<sup>h</sup> Triduo maturato] Musto recenti, et triduo. Mss. quidam, macerato, male.

<sup>i</sup> Cum similagine seminis] Hoc est, zææ, quam peculiari nomine semen diximus appellari c. 19.

besses<sup>4</sup> fermenti<sup>j</sup> constituere. Et hæc quidem genera vindemiis<sup>b</sup> tantum fiunt. Quo libeat vero tempore, ex aqua hordeoque bilibres offæ ferventi foco vel fictili patina torrentur cinere et carbone, usque dum rubeant. Postea operiuntur in vasis, donec acescant: hinc fermentum diluitur. Cum fieret autem panis hordeaceus, ervi aut cicerculæ farina ipse fermentabatur: <sup>c</sup> justum erat, duæ libræ in quinque semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina, quæ subigitur prius quam addatur sal, ad pulvis modum decocta, et relicta donec acescat. Vulgo vero nec suffervefaciunt, sed tantum pridie asservata materia utuntur. Palamque est naturam<sup>k</sup> acore fermentari: sicut et validiora<sup>6</sup> esse corpora, quæ fermentato pane aluntur: quippe cum apud veteres ponderosissimo cuique tritico præcipua salubritas perhibita sit.

XXVII. Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur: alias ab obsoniis appellati,<sup>1</sup> ut ostrearii:<sup>1</sup> alias a deliciis, ut artolagani:<sup>m</sup> alias a festinatione, ut speustici:<sup>n</sup>

<sup>b</sup> Vindemiæ tempore.    <sup>c</sup> E farina ervi aut cicerculæ fermentum adhibebatur.



—3 Turneb. *semilaginis heminis*.—4 Chiffi. *bessem*.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffi. et Turneb. item edd. Harduin. et quæ deinceps secutæ; *erriæ et cicerculæ farina ipse præfermentabatur* Gronov. et vulgg. *cicer admixtione fermentabatur* Vet. Dalec. *ipse fermentabatur* alii vett. ap. Dalec. Mox, Gronov. et vulg. *justumque erat*; codd. Harduini et Dalec. *justum erat*.—6 Turneb. *naturam est ac. ferm. sicut evalidiora*; Chiffi. *est naturam ac. ferm. sicut evalidiora*.

CAP. XXVII. 1 Chiffi. *appellari*.—2 Ita codd. Harduin. et Chiffi. cum edd.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Besses fermenti*] Uncias octo, seu duas tertias, ut vocant, libræ partes.

<sup>k</sup> *Palamque est naturam*] Ita Mss. Reg. ceterique. Naturam vocat subactam farinam, quæ interveniente acore fermentatur.

<sup>1</sup> *Ut ostrearii*] Quo genere panis vesci cum ostreis veteres solebant.

<sup>m</sup> *Artolagani*] Delicati panes, quos e vino modico, pipere, lacte, oleo vel adipe, et farina parari solitos, ait Athenæus l. III. p. 113. *Ἄπρος πανέμ,*

*λάγανα* placentam sonat.

<sup>n</sup> *Speustici*] Α σπεύδω, *accelero*: quod nec fermentum apponitur, nec calefit aqua: sed statim subacta farina igni committitur. Is esse videtur, quem Cato c. 74. 'depsticium' vocat: 'Panem depsticium sic facito. Manus, mortariumque bene lavato. Farinam in mortarium indito: aquæ paulatim addito, subigitoque pulchre: ubi bene subegeris, defingito, coquitoque sub testu.'

necnon a coquendi ratione, ut furnacci,<sup>o</sup> vel artopticii, aut in clibanis cocti: non pridem etiam e Parthis invectus,<sup>2</sup> quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur<sup>p</sup> a tenui et spongiosa inanitate,<sup>3</sup> alii Parthicum. Summa laus siliginis bonitate et cribri tenuitate constat. Quidam ex ovis<sup>4</sup> aut lacte subigunt: butyro vero gentes etiam pacatae, ad operis pistorii genera transeunte cura.<sup>q</sup> Durat sua Piceno in panis inventione gratia, ex alicae materia.<sup>r</sup> Eum novem diebus macerant:<sup>5</sup> decimo ad speciem tractae<sup>t</sup> subigunt uvae passae succo: postea in furnis, ollis inditum, quae



recentt. *invecto* Gronov. et al. vett.—3 ‘Ita bene cod. Reg. 1.’ *Brotier*. Ita quoque Turneb. Edd. ante *Brotier*, *tenuem et spongiosa inanitate*; Chiffi. *ad tenuem et spongiosam inanitatem*.—4 *Quidam ovis* Gronov. et vulgg. ante *Harduin*. qui ex codd. suis ‘et Chiffi. recepit, *Quidam ex ovis*.—5 ‘Turneb. *eo novem diebus macerato*. Al. *eam* (sub. ‘materiam’) *nodi: macerant ura passae succo: decimo ad speciem tractae subigunt: postea in furnis, ollis inditam, quae rump. igni, torrent, &c.* In Chiffi. vero: *cum novem, &c. macerato: dec. ad sp. tr.*

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Furnacei*] Qui in furnis coquuntur: *invlras* appellat *Tryphon* apud Athen. l. iii. p. 109. Ἀρτοπτικιοι apud eundem p. 113. nomen habent a vase, sive testo, in quo ii excoquebantur, quod et ἀρτοπτεῖον et ἀρτοπτην vocabant. Pollux l. x. Denique κριβαλίτην, (sic enim Attici pronuntiant apud eundem Athen. p. 109.) in clibanis coctum vocant: hoc est, in furnaculo ferreo, æneove, sive testacco, in quo pruna subjecta, vel superne congesta, panificium coquitur: vulgo *une Tartière*.

<sup>p</sup> *Aqua trahitur*] Dum in panificium massa subigitur, aqua plurima addita diducitur, protrahiturque: et ante coctionem levis spongiosusque redditur.

<sup>q</sup> *Transeunte cura*] Bellorum immunes, ad opera pistoria transferunt curam.

<sup>r</sup> *Ex alicae materia*] Ex eodem frumenti genere, quo fit et alica. De

pane Picentino, *Martialis* mox appellandus.

<sup>s</sup> *Macerant*] *Aqua*. ‘*Placentam*,’ inquit *Cato* c. 76. ‘sic facito... Alicam in aquam infundito,’ &c.

<sup>t</sup> *Ad speciem tractae*] *Tracta*, ut ex *Catone* liquet, subacta manibus farina est, depsita, agitata, in longum protracta: ut ea agitatione melius fermentetur. *Cato* loc. cit. ‘*Alicam* in aquam infundito: ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, sicatoque bene. Deinde manibus deposito: ubi bene subactum erit, farinae libras quatuor paulatim addito: id utrumque tracta facito. In qualo ubi arescant, composito,’ &c. *Tracta* neutro genere *Cato* pronuntiavit: tractam fœmineo *Plinius*. *Tractam* *Turnebus* *Advers.* xxii. 10. p. 755. putat esse quam ‘*Tartam*’ vulgo vocant, cui minime nos assentimur. Vide *Rob. Constant.* in *Lexico*, verbo *Τρακτόν*.



rumpantur ibi, torrent: neque est ex eo cibus, nisi madefacto: quod fit lacte maxime mulso.<sup>6</sup><sup>u</sup>

XXVIII. Pistores Romæ non fuere<sup>1a</sup> ad Persicum<sup>b</sup> usque bellum, annis ab Urbe condita super DLXXX. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat,<sup>2</sup> sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam<sup>3</sup> Plautus<sup>c</sup> appellat in fabula, quam Aululariam scripsit: magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poëtæ sit illius: certumque fit, Ateii Capitonis<sup>4</sup> sententia coquos tum<sup>d</sup> panem lautio-

*subacto,* &c. Dalec.—6 Vet. Dalec. *lacte maxime, aut mulso.*

CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fuerunt edd. vett. et Gronov.—2 Chiffli. *id opus maxime erat.*—3 *Artoptasiam* Chiffli. et mox in eodem, *ob id cum certatione.*—4 ‘Ita codd. Regg. Ambrosian. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.’ Brotier. A. *Atteii Capitonis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *sententia coquos tum panem* Turneb. *tostum panem* Chiffli. *sententia tostum panem* Gronov.

#### .NOTE

<sup>u</sup> *Quod fit lacte max. mulso*] Hoc est, melle admixto. Eo lacte madefactus panis turgebat eximie, et erat sic in deliciis. Martialis XIII. 47. *cus lemma, ‘Panis Picentini:’ ‘Picentina Ceres niveo sic nectare crescit, Ut levis accepta spongia turget aqua.’*

<sup>a</sup> *Pistores Romæ non fuere*] *Des Boulangers.* Varro, in *ταφή Μενιπρον*, referente Nonio: ‘Nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.’ Et de Vita populi Rom. l. 1. ‘Nec pistoris nomen erat, nisi ejus qui far pinsebat,’ hoc est, molebat. Nam, ut Festus ait, ‘Pistum a pinsendo pro molitum antiqui usurpabant.’ Sic Plautus pistor fuit, cum molas trusatiles versando operam locaret. Minutius Felix: ‘Octavius homo Plautinæ prosapiæ, ut pistorum præcipuus, ita postremus Philosophorum.’ Ævo tamen subsequente, florente Repub. ac deinceps, pistores, ut notum est, ἀρτοποιοί appellati. Apud Plautum sane coquum sæpius, pistorem nunquam offendas,

nisi pro eo qui far pinsit, hoc est, molit.

<sup>b</sup> *Ad Persicum*] Usque ad bellum cum Perseo Macedonum rege, quod quidem tam illius, quam totius Macedonici imperii clade ac servitute finitum est, anno Urbis conditæ DLXXXVI. Macedonia in provinciæ formam cedente.

<sup>c</sup> *Artoptam Plautus*] In *Aulularia*, II. 9. 4. ‘Ego hinc artoptam ex proximo utendum peto A Congrione.’ Vas illud fuit, ut diximus, in quo panis tostus coquebatur. In Mss. tamen Plinianis omnibus *Artoptasiam* hoc loco legitur: ut pro muliere panifica accepta ea vox a Plinio videatur, desumptaque ex alio quopiam Plauti versiculo, qui ex ea fabula nunc exciderit: vel pro ipsa arte coquendi, ut Fulvio Ursino visum, in appendice ad lib. P. Ciacconii, de Triclinio, p. 160.

<sup>d</sup> *Coquos tum*] Ita recte Turnebus emendavit *Advers.* XXVIII. 42. pag. 1027. cum prius legeretur, *tostum*. In Reg. 2. *costum*. Non placet Fulvii

ribus coquere solitos: pistoresque tantum eos, qui piscabant, nominatos. Nec coquos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant. Cribrorum genera Galli e setis equorum invenere, Hispani e lino<sup>5</sup> excussoria<sup>c</sup> et pollinaria, Ægyptus e papyro atque junco.

XXIX. Sed inter prima<sup>1</sup> dicatur et alicæ ratio, præstantissimæ saluberrimæque, quæ palma frugum indubitata Italiam contingit.<sup>2</sup> Fit sine dubio et in Ægypto, sed admodum spernenda. In Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro: in Campania<sup>f</sup> tamen laudatissima. Campus est subjacens montibus nimbosis, totis quidem XL. M. passuum planitie. Terra ejus<sup>3</sup> (ut protinus soli natura dicatur) pulvereæ summa, inferior bibula, et pumicis vice fistulosa:<sup>4</sup> montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atque transmittit: nec dilui aut madere<sup>5</sup> voluit<sup>5</sup> propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum<sup>6</sup> humorem nullis fontibus reddit, sed temperat, et concoquens intra se vice succi continet.<sup>h</sup> Seritur



et vulgg. ante Harduin. elisa voce, coquos.—5 Chiffi. Gallæ setis equorum inven. Hispaniæ lino. Mox, excussoria pollinaria Dalec.

CAP. XXIX. 1 Sed inter hæc prima Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quam palmam fr. indubitanter Italia contingit Turneb. quæ palmæ fr. indubitanter Italiæ contigit Vet. Dalec. quæ palma fr. indubitanter Italiam contingit Gronov. et vulgg. quæ palma fr. indubitata Italiæ contigit Chiffi.—3 Terra ejus provinciæ Turneb. et al. Gratia terræ ejus Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. fistulans Gronov. et vulgg.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. nec dilui madere vult. Mox, Chiffi. felicitatem, pro facilitatem.—6 Eadem igitur acceptum Vet. Dalec. Mox,

#### NOTÆ

Ursini conjectura, loc. cit. legentis, *testu panem*: etsi Vossius approbat in Etymologico. Quos pistores scilicet posterior appellavit ætas, prisca coquos vocitabat. Festus: 'Coquum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accipimus. Nævius: Coquus, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat, per Cererem, panem: per Neptunum, pisces: per Venerem, olera.'

<sup>c</sup> Excussoria] Excussoria sunt, quæ ad excutiendam farinam facta: pollinaria, quæ ad purgandum pollinem.

<sup>f</sup> In Campania] Hinc 'alicariæ metrices,' et 'alicariorum pistrina in Campania,' auctore Festo.

<sup>5</sup> Nec dilui aut madere] Ne si in lutum abiret, non tam facilis esset cultura.

<sup>h</sup> Vice succi continet] Mss. omnes, vice fusi.

toto anno,<sup>i</sup> panico semel, bis farre. Et tamen vere segetes,<sup>j</sup> quæ interquievere, fundunt<sup>7</sup> rosam odoratiorem sativa: adeo terra non cessat parere. Unde vulgo dictum, 'Plus apud Campanos unguenti,<sup>k</sup> quam apud ceteros olei fieri.' Quantum autem universas terras campus Campanus<sup>8</sup> antecedit, tantum ipsum pars ejus, quæ Laboriæ<sup>l</sup> vocantur, quem Phlegræum Græci appellant. Finiuntur<sup>m</sup> Laboriæ via ab utroque latere consulari, quæ a Puteolis, et quæ a Cumis Capuam ducit.

Alica<sup>n</sup> fit e zea, quam semen<sup>o</sup> appellavimus. Tunditur granum ejus in pila lignea:<sup>p</sup> ne lapidis<sup>q</sup> duritia con-

//////////

Chiffi. temperare concoquens i. se vice fusi. Turneb. etiam, vice fusi.—7 Vet. Dalec. vere, cum segetes interquievere, fundit.—8 Margo edd. Dalec. et Gro-

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Seritur toto anno*] Strabo idem Græce, l. v. p. 242. de Campania agro: 'Ἰστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους, δις μὲν τῇ ζέῃ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμα' τινὰ δὲ καὶ λαχανεύεσθαι τῷ τετάρτῳ σπόρῳ. *Truditum memoria est quædam Campaniæ arva toto anno conseri: bis zea, tertium panico: quædam etiam quarto satu oleru producere. Ubi fur appellavit zeam* perspicue Strabo.

<sup>j</sup> *Segetes*] Seges hic ipsa humus est, quæ ad accipiendum semen apta est. Hanc Plinius ait in eo tractu, cum interquievit a frugibus, sponte rosam fundere, quæ sit odoratior sativa.

<sup>k</sup> *Plus... unguenti*] Quoniam rosæ in unguenta transeunt.

<sup>l</sup> *Quæ Laboriæ*] Plinius III. 9. 'Ibi Laborini campi sternuntur, et in deliciis alicæ populatur messis.' Vide quæ ibi diximus in Notis.

<sup>m</sup> *Finiuntur*] Laborini campi finiuntur, inquit, utrimque via gemina Consulari: quarum altera a Capua Puteolos, altera Cumas ducebat. Plinium hoc loco carpit immerito Clu-

verius Ital. Antiq. IV. 2.

<sup>n</sup> *Alica*] Alica Plinio genus sorbitionis ac pulvis est, cujusmodi fere nos ex oryza conficimus.

<sup>o</sup> *Fit e zea, quam semen*] Cap. 19. Zeam Strabonis farrem esse Plinianum jam ante monuimus. Idem Strabo loc. cit. fieri alicam e tritico ait in hoc ipso Campaniæ tractu, omni oryza potiore: λέγω δὲ τὸν πύρινον σῖτον, ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης, κ. τ. λ. Diosc. II. 118. e zea: 'Ὁ δὲ χόνδρος γίνεταί μὲν ἐκ τῆς καλουμένης δικόκκου ζέας, κ. τ. λ.

<sup>p</sup> *In pila ligneu*] Pila, sive mortarium, *un mortier*, vas concavum, quo antiqui siccata frumenta pinsebant, ac contundebant. Cato c. 14. in rustico instrumento recenset, 'paululum latam pilam, ubi triticum pinsant, unam: fullonicam unam.' Et c. 10. 'Pilam ligneam unam, fullonicam unam' dixerat. Marcellus Empir. c. 26. ad calculosos: 'Hoc medicamentum,' inquit, 'tunditur vel componitur in pila lignea, et pilo ligneo.'

<sup>q</sup> *Ne lapidis*] Ne duritia lapideæ pilæ, ferreique pili farinæ in modum

terat.<sup>9</sup> Nobilius, ut notum est, pilo, victorum pœnali opera. Primori<sup>r</sup> inest pyxis ferrea. Excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla.<sup>5</sup> Ita fiunt alicæ tria genera: <sup>t</sup> minimum, ac secundarium: grandissimum vero aphærema<sup>u</sup> appellant. Nondum habent candorem suum quo præcellunt: jam tamen Alexandrinæ præferuntur. Postea (mirum dictu) admiscetur creta, quæ transit in corpus,<sup>v</sup> coloremque, et teneritatem affert. Invenitur hæc inter Puteolos et Neapolim, in colle Leucogæo<sup>w</sup> appellato. Extatque Divi Augusti decretum, quo annua vicena<sup>10x</sup> millia Neapolitanis pro eo numerari jussit e fisco suo, coloniam deducens Capuam. Adjecitque causam afferendi,<sup>11</sup> quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo<sup>y</sup> posse. In eodem reperitur et sulfur:

\*\*\*\*\*

nov. *circumcampanus*. Mox, Vet. Dalec. *Leboriæ*: et sic paulo post.—9 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nam lapidis duritia congeritur* Gronov. et edd. vet. Mox, Vet. Dalec. *Nobilior*, sub. 'alica.'—10 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *anno ad vicena*; Chiffi. *annua ducena*.—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. *offerendi*; alii *præbendi*.—12 'Ita

#### NOTÆ

grana conterat: quæ nunc satis est ita contundi, ut suis tunicis seu folliculis spolientur, solaque medulla supersit, detritis utriculis.

<sup>r</sup> *Primori*] In extrema pili ferrei parte.

<sup>5</sup> *Conciditur medulla*] Non conteritur, ut farina, ad lævorem usque: sed in particulas quaternas quinasve grana singula franguntur. *Concasser*.

<sup>t</sup> *Ita . . . tria genera*] Infra, quod in farinario primum cribro remansit, grandissimum est: quod arctiore deinde cernitur, secundarium vocatur: quod angustissimo, cribrarium ac minimum. Nunc vero grandissimum alicæ genus appellatur, quod leviter tusum est, cui excussæ modo sunt tunice: secundarium, medulla ipsa in crassiores concisa partes: minimum,

in tenuiores.

<sup>u</sup> *Aphærema*] Ἀφαίρεμα, forte a cortice seu tunicis zææ ablatis.

<sup>v</sup> *Transit in corpus*] Nempe in corpus et naturam alicæ, cui colorem et teneritatem affert. Sic in fine hujus sectionis, candorem alicæ conferre lactis incocti mixtura vice cretæ dicitur.

<sup>w</sup> *Leucogæo*] A terræ seu cretæ albedine id ei colli nomen. Hodie *la Lumera*. Vide Camill. Pellegr. in Campan. Felice, p. 245. et 266.

<sup>x</sup> *Annua vicena*] In Mss. *annoadvicena*. Forte *annua ducena*.

<sup>y</sup> *Sine eo metallo*] Quicquid e terræ visceribus effoditur, id metallum dicitur. Multa affert exempla Rosvvedus noster, in Notis ad Paulinum, p. 859.

emicantque fontes Araxi<sup>12z</sup> oculorum claritati, et vulnerum medicinæ, dentiumque firmitati.

Alica adulterina<sup>a</sup> fit maxime quidem e zea, quæ in Africa degenerat. Latiores ejus spicæ, nigrioresque, et brevi stipula.<sup>13</sup> Pisunt cum arena, et sic quoque difficulter deterunt utriculos, fitque dimidia<sup>b</sup> nudi<sup>14</sup> mensura. Posteaque gypsi<sup>c</sup> pars quarta inspargitur, atque ut cohæsit,<sup>d</sup> farinario cribro succernunt. Quæ in eo remansit, exceptitia appellatur, et grandissima est. Rursus quæ transit,<sup>15</sup> arc-tiore cernitur, et secundaria vocatur. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, et tau-tum arenas<sup>e</sup> transmittente. Alia ratio ubique adulterandi. Ex tritico candidissima et grandissima eligunt grana, ac se-micocta in ollis, postea arefaciunt Sole ad initium,<sup>16f</sup> rur-susque leviter aspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius, quam ex tritico, fit graneum,<sup>17g</sup> quamvis id alicæ<sup>h</sup> vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

XXX. (XII.) Sequitur natura leguminum inter quæ max-imus honos fabæ: <sup>i</sup> quippe ex qua tentatus sit etiam pa-



codd. Regg. et Editio princeps. Tota hæc Campaniæ pars scatet fontibus medicatis. Brotier. Ita quoque Turneb. et Chiffi. Oraxi Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—13 Dalec. brevis stipula. Idem mox, Pinsunt.—14 ' Vet. modii; alii, nude, sub. ' alicæ.' Alii nudi grani intelligunt.' Dalec.—15 Dalec. transiit.—16 Vet. Dalec. ad indicium; Chiffi. ad initium.—17 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem, fit granatum; Turneb.

#### NOTE

<sup>a</sup> Fontes Araxi [Oraxi] Mss. Araxi.

<sup>b</sup> Alica adulterina] Prorsus hunc alicæ conficiendæ modum Geopon. auctor expressit, III. 7. pag. 90. tit. Χόνδρον πολῆρος.

<sup>c</sup> Fitque dimidia] Nudati tunicis suis grani mensura dimidio minor est, quam erat cicumvestiti.

<sup>d</sup> Gypsi] Tenuissime cribrati. Geopon. auctor, loc. cit.

<sup>e</sup> Ut cohæsit] Ubi cum farina probe permixta est, et in unum veluti corpus coit.

<sup>e</sup> Et tantum arenas] Admixtas scilicet, ut dictum est prius, ' Pisunt cum arena,' &c.

<sup>f</sup> Ad initium] Mss. Reg. Colb. Chiffi. ad initium. Forte, ad motum.

<sup>g</sup> Fit graneum [granum] Vel potius graneum, quod pulvis vel ptisanæ genus e tritico fuisse videtur. Vide Notas et Emend. num. 11.

<sup>h</sup> Quamvis id alicæ] Quamvis hæc sit alica inferioris notæ, minusque nutriat.

<sup>i</sup> Fabæ] Quæ faba veterum fuerit,

nis. Lomentum<sup>j</sup> appellatur farina ea, aggravaturque pondus<sup>1k</sup> illa, et omni legumine. Jam vero<sup>2</sup> et pabulo<sup>l</sup> venalis fabæ multiplex usus omnium quadrupedum generi, præcipue homini. Frumento<sup>m</sup> etiam miscetur apud plebrasque gentes, et maxime panico<sup>n</sup> solida, ac delicatius<sup>3o</sup> fracta. Quin et prisco ritu fabata<sup>4p</sup> suæ religionis Diis in sacro est, prævalens pulmentari cibo,<sup>q</sup> et hebetare<sup>r</sup> sensus



*fit tragram*; Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *fit granum*. Tacite Brotier, *fit graneum*.

CAP. XXX. 1 Dalec. *farina ejus* (sic et Chiff.) *aggravaturque tritici pondus*. Mox, pro *et omni*, quod servant codd. Harduini, Turneb. et Chiff. cum edd. recentt. *ex omni* exhibent edd. vett. et Gronov.—2 *Jumentorum* Dalec. Mox, *venalis. Fabæ*, &c. Gronov. et al. ante Harduin.—3 Dalec. *aut delicatius*.—4 <sup>4</sup> Ita bene codd. Regg. 1. 2. <sup>4</sup> Brotier. Ita quoque Turneb. et Chiff. De pulte fabata vide Festum v. <sup>4</sup> Refriva. <sup>4</sup> *fabacia* Gronov. et al. vett. item Har-

#### NOTÆ

haud ita est proclive statuere. Palam enim est non esse eam quam eo nomine vulgus indigitat, *Fève*: cui faseli nomen accommodari verius censeat Dodonæns, Pempt. iv. lib. ii. c. 505. Certe Græcorum *κύαμον*, Latinorumque fabam, et rotundam esse, et exiguæ molis, ex variis antiquorum testimoniis perspicuum est: quæ dos utraque a faba nostra vulgari abest.

<sup>j</sup> *Lomentum*] Farina fabacea *ἐρέγγμιον ἔλευρον, κνύμιον*, et *ἔλευρον*.

<sup>k</sup> *Aggravaturque pondus*] Frumenti, vel panici, cui immiscetur in panificio.

<sup>l</sup> *Jam vero et pabulo*] Pellicerius conjiciebat in notis sinceriolem forte lectionem fore, *Jam vero et pabulo venalium, fabæ multiplex usus*, &c. Nos vix assentimur.

<sup>m</sup> *Frumento*] Quem morem hodieque Allobroges tenent, ut fiat solidior panis.

<sup>n</sup> *Et maxime panico*] Vide quæ diximus c. 25.

<sup>o</sup> *Delicatius*] Levius, molliusque

fracta, nec in tenuem omnino farinam.

<sup>p</sup> *Fabatu* [*fabacia*] A jactandis fabis deducta vox, ut suspicari quidem licet, ex eo Varronis loco de Vita Populi Rom. apud Nonium, i. 2. <sup>4</sup> *Quibus temporibus*, inquit, <sup>4</sup> *in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra januam jacere.* *Fabacia* pulte Carnæ Deæ, Jani uxori, sacrificari solitum, Kalendis Junii, quas Fabarias appellabant, auctor est Macrobius Saturn. i. 12. p. 248. hunc ritum instituyente Tarquinio post exactos reges. In Mss. Reg. Colb. Th. non *fabacia* sed *fabata* legitur: et Græci recentiores fabas coctas hodieque *φάβαρον* vocant: et pultem fabatam Festus appellat, verbo *Refriva*. Apicius tamen, v. 6. *Fabacias virides, fabacias frictas, fabacias Baianas* in obsonium parandi modum edocet.

<sup>q</sup> *Pulmentari cibo*] Pulmentarii vice. Vide quæ diximus c. 19.

<sup>r</sup> *Et hebetare*] Didymus in Geopon. ii. 33. p. 69. *Οἱ δὲ φυσικὸι φασὶ τοὺς*

existimata, insomnia quoque facere. Ob hæc Pythagoricæ<sup>s</sup> sententiæ<sup>s</sup> damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. Qua de causa parentando<sup>t</sup> utique assumitur. Varro et ob hæc flaminem<sup>u</sup> ea non vesci tradit, et quoniam in flore ejus literæ lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio: namque fabam utique e frugibus referre mos est auspicii causa, quæ ideo referiva<sup>v</sup> appellatur. Et auctionibus adhibere<sup>7</sup> eam lucrosam pu-



duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Ita quoque Chiffli. *Pythagorica sententia* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Ita codd. Harduini, et edd. recentt. *referiva* codd. Dalec. Turneb. et Chiffli. *refriva* Scalig. *refrina* Gronov. et al. vett.—7 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adhiberi* Gronov. et

## NOTE

κυρίως ἀμβλύνει τὰς καρδίας τῶν ἐσθιόντων αὐτοῦς· διὸ καὶ ἐμποδίζει τὰς εὐθουνοειρίας νομίζονται, εἰσὶ γὰρ πνευματώδεις.

<sup>s</sup> *Ob hæc Pythagoricæ*] Pythagorici lujusee placiti quæ sententia sit, fuse disputatur a Gellio iv. 11. pag. 296. Facit cum Plinio Apollonius Hist. Comm. c. 46. et Tullius de Divin. i. 62. 'Jubet Plato,' inquit, 'sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitatem mentis quærentibus contrariam.' Et ii. 119. 'Faba quidem Pythagorici utique abstinere: quasi vero eo cibo mens, non venter infletur.' Trahit alio eam Pythagoræ sententiam Plutarchus de Educ. Pueris, pag. 12. rursumque in Quæst. Rom. p. 286.

<sup>t</sup> *Parentando*] Parentalibus sacrificiis fabas adhiberi solitas, Festus affirmat. Parentalia autem epulæ erant in parentum aut propinquorum

funeribus datæ.

<sup>u</sup> *Flaminem*] Gellius x. 15. p. 530. ex Fabii Pictoris Annalibus: 'Fabam neque tangere Diali mos est, neque nominare.' Quæ verba Festus transcribens, etiam causas adjicit: 'quod ea putatur ad mortuos pertinere: nam et lemuralibus jacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore ejus literæ apparere videntur.' Vide Erasm. Chil. i. Cent. i. p. 15. Adag. 'A fabis abstineto.' Adde auctorem Geopon. ii. 33. pag. 70.

<sup>v</sup> *Quæ ideo referiva*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. non *refrina*. Festus: 'Refrina, (vel *referiva* potius) faba dicitur, ut ait Cincius, quæ ad sacrificium referri solet domum ex segete auspicii causa, quasi revocet fruges. Ælius dubitat an ea sit, quæ prolata in segetem domum referatur, an quæ refrigatur, quod est torreatur. Sed opinionem Cincii adjuvat, quod in sacrificiis publicis, cum puls fabata Diis datur, nominatur *refriva*.' Cincio Plinius astipulatur.

tant.<sup>a</sup> Sola certe<sup>w</sup> frugum etiam exesa repletur crescente Luna. Aqua marina,<sup>x</sup> aliave salsa non percoquitur.

Seritur ante<sup>y</sup> Vergiliarum occasum leguminum prima, ut antecedit hyemem. Virgilius<sup>z</sup> eam per ver seri jubet, Circumpadanæ Italiæ ritu. Sed major pars malunt<sup>8</sup> fabalia<sup>a</sup> maturæ sationis, quam trimestrem fructum. Ejus namque siliquæ caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas in flore<sup>b</sup> maxime concupiscit: cum vero defloruit, exiguas desiderat. Solum, in quo<sup>c</sup> sata est, lætificat stercoreis vice. Ideo circa<sup>d</sup> Macedoniam, Thessaliamque, cum florere cœpit,<sup>9</sup> vertunt arva.

Nascitur et sua sponte plerisque in locis, sicut septem-

<sup>a</sup> Et in venditionibus publicis, si faba simul proponeretur venalis, lucrum ex ea re, et ex eo omine, maximum futurum putabant.

~~~~~

vulgg.—8 Vet. Dalec. *marvult*. Mox, Dalec. *fructum*. Ejus utique *siliqua caulisque*; Gronov. et vulgg. *fructum ejus*. Nam *siliquæ caulesque*. Deinde, cod. Dalec. *gratissimi sunt pabuli*.—9 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Har-

#### NOTE

<sup>w</sup> *Sola certe*] Didymus loc. cit. *Ἡσὶ δὲ τὸν κύαμον ἐκβρωθέντα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῆς σελήνης αὐξουμένης*.

<sup>x</sup> *Aqua marina*] Didymus loc. cit. Et pisa nos observavimus puteana etiam aqua vix, fluviatili laud ægre cœqui.

<sup>y</sup> *Seritur ante*] De Vergiliarum occasu, c. 59. Pallad. l. xii. in Novembri, tit. i. p. 161. 'In principio Novembris fabam spargimus,' &c.

<sup>z</sup> *Virgilius*] Libro Georg. i. 215. 'Vere fabis satio.' Extremo mense Junio fabam seri eodem die metique, visum a se Seneca prodit Epist. 87.

<sup>a</sup> *Fabalia*] Siliquas fabales, sen grandiores culmos, ex quibus siliquæ pendent. Desumpta hæc a Columella, ii. 10. de faba: 'Post brumam parum recte seritur: pessime vere: quamvis sit etiam trimestris faba, quæ mense Februario seratur: . . .

sed exiguas paleas, nec multam siliquam facit. Veteres itaque rusticos plerumque dicentes audio, malle se matura fabalia, quam fructum trimestrem.'

<sup>b</sup> *Aquas in flore*] Theophr. Hist. viii. 6.

<sup>c</sup> *Solum, in quo*] Theophr. Hist. viii. 9. Columella ii. 10. p. 57. 'Sunt etiam qui pntent in arvis hanc eandem vice stercoreis fungi: quod sic ego interpretor, ut existimem non sationibus ejus pinguescere humum, sed minus hanc quam cetera semina vim terræ consumere. Nam certum habeo frumentis utiorem agrum esse, qui nihil, quam qui istam siliquam proximo anno tulerit.' Vide etiam Palladium in Novemb. tit. i. pag. 161.

<sup>d</sup> *Ideo circa*] Theophr. loc. cit.



trionalis oceani insulis, quas ob id nostri Fabarias<sup>e</sup> appellant: item in Mauretania sylvestris passim, sed prædura, et quæ percoqui non possit.

Nascitur in Ægypto<sup>f</sup> spinoso caule:<sup>g</sup> qua de causa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo<sup>h</sup> scapo quatuor cubitorum est, amplissima crassitudo:<sup>i</sup> nec genicula<sup>j</sup> habet, molli calamo: simile caput<sup>k</sup> papaveri,<sup>10</sup> colore roseo: in eo fabæ non supra tricenas:<sup>l</sup> folia ampla: fructus ipse amarus et odore:<sup>m</sup> sed radix<sup>n</sup> perquam lauta incolarum cibus, cruda, et omnino decocta, arundinum radicibus similis.<sup>12</sup> Nascitur et in<sup>n</sup> Syria, Ciliciaque, et in Torone Chalcidis lacu.

XXXI. Ex leguminibus autem Novembri<sup>o</sup> seruntur lens, et in Græcia pisum.<sup>1</sup> Lens amat<sup>p</sup> solum tenue magis,

//////////

duin. et recentt. incepti Gronov. et vulgg.—10 Turneb. *ampl. crassitudo digiti, in genicula abessent, molli calamo similis. Caput papaveris*; Chiffi. *ampl. crassitudo intogenicula abesset molli calamo similis. Cap. &c.*—11 Dalec. *et inodorus. Mox, perquam lata* Turneb.—12 Margo edd. Dalec. et Gronov. *arundinis radice crassissima crassior, e* Theophr.

CAP. XXXI. I *Ex leg. aut. comere ser. lens et pisum* al. ap. Dalec. *Ex leg.*

#### NOTE

<sup>e</sup> *Fabarias*] De his dictum est IV. 17.

<sup>f</sup> *Nascitur in Ægypto*] Hæc a Theophr. Hist. IV. 10. quæ transcripsit etiam Athenæus lib. III. pag. 72. A solo in quo provenit, faba Ægyptia vocitatur: sed colocasiam esse cave credas.

<sup>g</sup> *Spinoso caule*] Theophr. loc. cit. non *caule spinoso* dixit, sed *radice spinosa*. Ἰσχυρά γὰρ ἡ ῥίζα, καὶ οὐ πόρρω τῆς τῶν καλάμων, πλὴν ἐπακανθίζουσα· καὶ κροκόδειλος φεύγει, μὴ προσκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ, τῷ μὴ ὀξὺ καθαράν. Legisse Plinius videtur, vel in Theophrasti codicibus, vel apud scriptores alios, καυλὸς δ' ἐπακανθίζων.

<sup>h</sup> *Longitudo*] Theophr. loc. cit.

<sup>i</sup> *Crassitudo*] Digitalis, πάχος δὲ δακτυλιαῖος. Theophr.

<sup>j</sup> *Nec genicula*] Non habet genicula, sed calamum mollem: ὁμοίος δὲ καλάμῳ μαλακῷ ἀγονάτῳ. Theophr.

<sup>k</sup> *Simile caput*] Flos scilicet. Τὸ δὲ ἔνθος διπλάσιον ἢ μήκωνος· χρώμα δὲ ὁμοίον ῥόδῳ κατακορές. Theophr.

<sup>l</sup> *Non supra tricenas*] Πλήθος δὲ οἱ πλείστοι τριάκοντα.

<sup>m</sup> *Sed radix*] Theophr. loc. cit. et Athen.

<sup>n</sup> *Nascitur et in*] Theophr. et Athen. loc. cit.

<sup>o</sup> *Autem Novembri*] Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>p</sup> *Lens amat*] Ita Colum. II. 10. p. 59. 'Lentem sementi media, crescente Luna usque in duodecimam, solo tenui et resoluto, vel pingui et sicco maxime loco seri convenit: nam in flore facile luxuria et humore cor-

quam pingue, cœlum utique siccum. Duo genera ejus in Ægypto: <sup>2</sup> <sup>1</sup> alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura. <sup>r</sup> Unde vario usu translatum est in lenticulas <sup>s</sup> nomen. Invenio apud auctorem, æquanimitatem <sup>t</sup> fieri vescentibus ea. Pisum <sup>u</sup> in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideo in Italia, et in austeriore cœlo, non nisi verno tempore, terra facili ac soluta.

XXXII. Ciceris natura est gigni cum salsilagine: <sup>a</sup> ideo solum <sup>b</sup> urit. Nec nisi <sup>c</sup> madefactum pridie, seri debet. Differentiæ <sup>d</sup> plures, magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti simile, unde ita appellant, <sup>e</sup> album <sup>t</sup>



Novembr. ser. &c. Turneb. Ex leg. autumno vere ser. &c. Chiffi. Ex l. a. Novembri s. lens in Græcia et pisum Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. ejus Ægypto, ommissa præpositione.

CAP. XXXII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. appellatur: est et album Vet. Dalec. appellatur album edd. vett. et Gronov. Mox, Dalec. Est et orobinum, quod al. Ven. vocant, et candi-

#### NOTÆ

rumpitur.' Nostris, *Lentille*. Pingitur a Dodon. p. 517.

<sup>1</sup> In Ægypto] De ea lente Virgilius Georg. i. 228. 'Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.' Et Martialis xiiii. 9. 'Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem.'

<sup>r</sup> Sua figura] Qualis est lenti vulgari.

<sup>a</sup> In lenticulas] Maculas in facie, quas et lentiginis vocant: Græci φακίας: ut lentem ipsam, cujus a similitudine deductum lenticulæ nomen, φακόν.

<sup>t</sup> Æquanimitatem] Auctor Geopon. ii. 35. p. 71. 'Ἡ δὲ Αἴγυπτία φακὴ εὐθυμίας παρέχει τοῖς ἐσθλοῦσι. Ægyptia lens in cibo sumta lætitiā affert vescentibus ea. Lenticulam videri volunt sic appellatam, quoniam lenes, et lentos, et moderatos reddit eos, qui eam in cibos adhibent.

<sup>u</sup> Pisum] Columella ii. 10. p. 57. 'Similis quoque ratio est pisi: quod tamen facilem et solutam terram de-

siderat, tepidumque locum, et cœlum frequentis humoris.' Vulgo, *Pois*.

<sup>a</sup> Cum salsilagine] Cum quodam liquore salis, qui ei legumiui peculiaris et insitus: quem si nimii imbres abluant, legumen ipsum tabe interit, et ab erucis erosum perit, inquit Theophr. Hist. viii. 6. 'Ἐρέβινθοι ἀποκλυσθείσης τῆς ἄλμης σφακελίζοντες, καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθίμενοι. Cicer nostris, *Pois chiche*.

<sup>b</sup> Ideo solum] Colum. ii. 10. pag. 60.

<sup>c</sup> Nec nisi] Colum. loc. cit. Pallad. lib. iv. in Martio, tit. 4. pag. 85. et auctor Geopon. ii. 34. p. 70.

<sup>d</sup> Differentiæ] Theophr. Hist. viii. 5.

<sup>e</sup> Unde ita appellant] Cicer arietinum, Columellæ loc. cit. Theophr. κριοὶ ἐρέβινθοι. Athen. lib. ii. p. 54. τῶν ἐρεβίνθων τινὰς καλοῦσι κρείους. Iconem arietini ciccris habet Dodonæus, p. 515.

nigrumque.<sup>f</sup> Est et columbinum, quod alii Venerium vocant, candidum, rotundum, leve, arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet. Est et cicercula<sup>g</sup> minuti ciceris, inæqualis, angulosi,<sup>2</sup> veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod ervo<sup>h</sup> simillimum: firmissusque<sup>i</sup> quod nigrum et rufum, quam quod album.

XXXIII. Siliquæ<sup>j</sup> rotundæ ciceri, ceteris leguminum longæ, et ad figuram seminis latæ: piso cylindratae:<sup>k</sup> faseolorum<sup>l</sup> cum ipsis manduntur granis. Serere eos qua velis terra licet ab Idibus Octobris in Kalendas Novembres. Legumina, cum maturescere cœperunt,<sup>2</sup> rapienda sunt, quoniam cito exsiliunt, latentque cum decidere, sicut et lupinum: quanquam prius<sup>m</sup> de rapis dixisse conveniat.<sup>3</sup>



dum. Pro vocant, Chiff. habet appellat.—2 Cod. Dalec. inæquales angulos habent.

CAP. XXXIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Hardnini. 1. 2. 3. et recentt. cylindratae Gronov. et al. vett. Mox, cum ipsis manducant Dalec. cum ipsis mandunt Chiff.—2 Ita codd. Hardnini et Chiff. cum edd. recentt. cœperint Gronov. et al. vett.—3 ‘Lego: lupinum. Ad alia transeamus, quanquam prius de rapis,’ &c. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Album, nigrumque*] In his regionibus non sunt arietini ciceris differentia ullæ ex colore: est enim omne ex purpura subnigrum. Neque vero Theophrasti verba ista, quæ habuisse ob oculos Plinius videri forsitan possit, in arietino genere nigrum candidumque esse persuadent: Οἱ δὲ ἐρέβινθοι καὶ . . . ταῖς χρώμασι, καὶ ταῖς μορφαῖς διαφέρουσιν ὅλον κριοί, ὀροβιαῖοι . . . ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα. Nam ἐπὶ πᾶσι non in omni genere ciceris album reperiri significat, sed in omni leguminum genere, ut in cicerere, lente, aliisque, album nigro antecellere.

<sup>g</sup> *Est et cicercula*] Diosc. II. 126. ἐρέβινθος ὁ ἡμερος, cicer sativum, ut dicitur xxii. 72. Colum. II. 10. p. 60. ‘Cicercula, quæ piso est similis.’

<sup>h</sup> *Quod ervo*] Unde ὀροβιαῖος ἐρέβιν-

θος a Theophr. appellatur, ab ervi similitudine, quod Græci ἔροβον vocant.

<sup>i</sup> *Firmissusque*] Theophr. Hist. VIII. 6.

<sup>j</sup> *Siliquæ, &c.*] Theophr. totidem verbis Hist. VIII. 5. Καὶ οἱ καλούμενοι λοβοὶ σχεδὸν ἀκόλουθοι τοῖς σπέρμασιν εἶσιν, κ. τ. λ.

<sup>k</sup> *Cylindratae*] Theophr. κυλινδρῶδεις, ad similitudinem cylindri.

<sup>l</sup> *Faseolorum*] Subintellige, *siliquæ*. Faseolos porro eos intellige, de quibus egimus XVI. 92. vulgo *Fève-roles*. Dioscoridi II. 176. σμίλαξ κηπαῖα est: cuius siliquam cum semine, asparagi modo elixam, oleris instar edi pariter prodidit. Græci scriptores alii δολίχους et φασιόλους vocant. Virgilius, vilem faseolum, uti ex Plinio liquet, faseolos appellante

XXXIV. (XIII.) In transcurso ea attingere nostri, paulo diligentius Græci, et ipsi tamen inter hortensia: si justus ordo fiat, a frumento protinus aut certe faba dicendis, quando alii<sup>n</sup> usus præstantior ab his non est.<sup>1</sup> Ante omnia<sup>o</sup> namque cunctis animalibus nascuntur, nec in novissimis satiant ruris alitum quoque genera, magisque si decoquantur aqua. Quadrupedes et fronde eorum gaudent. Et homini non minor rapaciorum<sup>p</sup> suis<sup>2</sup> horis gratia, quam cymarum: flavidorum<sup>3</sup><sup>q</sup> quoque, et in horreis enecatorum, vel major quam virentium. Ipsa vero durant et in sua terra servata: et postea passa,<sup>r</sup> pæne ad alium provenitum,<sup>s</sup> famemque sentiri prohibent. A vino, atque messe, tertius hic Transpadanis fructus. Terram non morose eligit, pæne ubi nihil aliud seri possit. Nebulis, et pruinis, ac frigore ultro<sup>4</sup><sup>s</sup> aluntur, amplitudine<sup>t</sup> admirabili. Vidi

<sup>a</sup> *Usque ad aliam messem.*

//////////

CAP. XXXIV. 1 Chiffi. *quando alius us. præst. his non est; Dalec. dicenda, quando alius usus præst. quam his, &c. alii ap. Dalec. quando aliorum us. præst. quam horum, &c.*—2 Chiffi. *minor est raparum suis.*—3 Ita codd. Harduini, Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Non admodum opportune.' Dalec. *flaccidorum* Gronov. et vulgg.—4 Vox ultro non legitur in cod.

#### NOTÆ

libri hujus c. 56. quos poëta faseelos vocat.

<sup>m</sup> *Quanquam prius*] Quam de lupino dicamus.

<sup>n</sup> *Quando alii*] Cum aliud nullum sit legumen præstantioris usus, quam rapa: de iis statim post frumentum fabamque instituenda videbatur oratio. Rapum Græcis γογγυλις et γογγύλη, nostris *une Rare*.

<sup>o</sup> *Ante omnia*] Colum. II. 10. 'Boves pascunt,' inquit, 'præcipue in Gallia,' &c.

<sup>p</sup> *Rapaciorum*] Rapacia, sive rapicia, canaliculi sunt teneri raporum, qui decocti sumuntur in cibis: sicuti cymæ ipso teste Plinio XIX. 41. sunt brassicæ caulium teneriores pariter,

delicatioresque canaliculi. De rapiciis Capito c. 35. 'Rapinam et caules rapicii unde fiant, et raphanum in loco stercoreato bene, aut in loco crasso serito.'

<sup>q</sup> *Flavidorum*] Ita Mss. omnes: non *flaccidorum*. Vide quæ de voce *flavescere*, quæ Plinio familiaris est, congressimus xv. 36.

<sup>r</sup> *Postea passa*] Sub dio siccata.

<sup>s</sup> *Ac frigore ultro*] Martialis XIII. 16. 'Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa Quæ danus, in cælo Romulus esse solet.' Adde Nicandrum in Georg. lib. II. cujus carmen recitat Athen. lib. XIV. p. 133.

<sup>t</sup> *Amplitudine*] Quotiam incrementum omne, non in folia, sed in radi-

XL.<sup>u</sup> libras excedentia. In cibis quidem nostris pluribus modis commendantur: durantque ad alia, sinapis<sup>v</sup> acrimonia domita, etiam coloribus picta, præter suum, sex aliis, purpureo quoque: neque aliud in cibis tingui decet.

Genera eorum<sup>w</sup> Græci duo prima fecere, masculum, foemininumque, et ea serendi modo ex eodem semine: densiore enim<sup>x</sup> satu masculoscere, item in terra difficili. Semen<sup>y</sup> præstantius, quo subtilius. Species vero omnium tres. Aut enim in<sup>z</sup> latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari.<sup>5</sup> Tertiam speciem<sup>a</sup> sylvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, et folio anguloso scabroque, succo acri: qui circa messem<sup>b</sup> exceptus oculos purget, medeaturque<sup>6</sup> caligini, admixto lacte mulierum. Frigore<sup>c</sup> dulciora fieri existimantur et grandiora: tepore<sup>d</sup> in folia exeunt. Palma in Nursino<sup>e</sup>



Dalec. et Vet. ejusdem.—5 Vet. Dalec. funditur, aut in r. globatur.—6 Cod. Dalec. purgat, medeturque.

#### NOTÆ

cum vertitur, ut ait Theophr. Hist. VII. 4.

<sup>u</sup> Vidi XL.] Matthioli in Diosc. II. 104. vidisse se innumera scribit, quæ XXX. libras penderent, et quibusdam locis centenas: magno certe naturæ miraculo, e tam exiguo semine, tribus fere mensibus tantas radices gigni.

<sup>v</sup> Sinapis] Ita Nicander in Georg. loc. cit.

<sup>w</sup> Genera eorum] Ex Theophr. loc. cit. a quo et Athenæus accepit, IX. 369.

<sup>x</sup> Densiore enim] Theophr. totidem verbis: Γίνεσθαι δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἕμφω πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλύνεσθαι, πηγνύναι δὲ μανὰς. ἐὰν γὰρ πυκνὰς, πάσας ἀπαρβενούσθαι, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, κἂν ἐν γῆ μοχθηρᾷ σπαρῶσι.

<sup>y</sup> Semen] Theophr. Βέλτιον λεπτόν.

<sup>z</sup> Aut enim in] Hanc speciem Ni-

cander prætermisit: duas reliquas expressit eo carmine, quod Athenæus recitat loc. cit. Γογγυλίδος δισση γὰρ ἰδ' ἐκ βαφάνοιο γενέθλη, Μακρὴ τε, στιφρὴ τε φαίνεται ἐν πρασιῆσι, κ. τ. λ. Tria hæc raporum genera depicta vide apud Dalec. Hist. v. p. 640. Orbiculatum Galli vocant, *Naveau rond*.

<sup>a</sup> Tertiam speciem] Theophr. Hist. VII. 6.

<sup>b</sup> Qui circa messem] Et hanc vim lactucæ sylvestris folio Theophrastus attribuit, loc. cit. Plinius ex aliis auctoribus, et raporum succo, qui e caule exciso excipitur.

<sup>c</sup> Frigore] Nicander Georg. II. apud Athen. Theophr. Hist. VII. 4. et Martialis, allato paulo ante epigrammate.

<sup>d</sup> Tepore] Austrino tempore incrementum omne et succus abit in fo-

agro nascentibus. Taxatio in libras sestertii singuli, et in penuria bini.<sup>f</sup> Proxima in Algido<sup>g</sup> natis.

XXXV. Napi vero<sup>h</sup> Amiternini, quorum eadem fere natura, gaudent æque frigidis. Seruntur et ante Kalendas Martias, in jugero sextarii<sup>i</sup> quatuor. Diligentiores quinto sulco<sup>j</sup> napum seri jubent, rapa quarto, utrumque<sup>k</sup> stercorato. Rapa lætiora fieri,<sup>2</sup> si cum palea seminentur. Serere nudum volunt, precantem sibi et vicinis serere se. Satus utrique generi justus, inter duorum numinum dies festos, Neptuni atque Vulcani.<sup>k</sup> Feruntque subtili observatione, quota Luna præcedente<sup>3</sup> hyeme nix prima ceciderit,<sup>a</sup> si totidem luminum die<sup>4</sup> intra prædictum temporis spatium serantur, mire provenire. Seruntur et vere in calidis atque humidis.

<sup>a</sup> Si tot diebus post Neptuni festum serantur, quota Luna fuerat præcedente hyeme, cum nix prima cecidit.

//////////

CAP. XXXV. 1 Vet. Dalec. utroque.—2 Vet. Dalec. fiunt.—3 Pintian. procedente.—4 Vet. Dalec. luminis diebus.

#### NOTE

lia, non in radicem. Theophr. loc. cit.

<sup>e</sup> Palma in Nursino] Columella in Hortulo: 'Quin et Tardipedi sacris jam rite solutis, Nube nova seritur, cœli pendentibus undis, Gongylis illustri mittit quam Nursia campo, Quæque Amiterninis defertur bunias arvis.'

<sup>f</sup> In penuria bini] Bini sestertii, monetæ nostræ asses sunt quaterni. Mille aureis rapum emisse a Conone rustico Ludovicum XI. Regem Galliarum, ferunt.

<sup>g</sup> In Algido] Mons est in agro Tusculano, conjunctus Albano monti ab urbe Roma xv. mill. pass. quem ab algendo dictum Grammatici volunt. Vide Strab. v. p. 237.

<sup>h</sup> Napi vero] Martialis xiii. 20. cujus lenima, 'Napi: 'Hos Amiternus ager felicibus educat hortis: Nursinas

poteris parcius esse pilas.' Nursinæ pilæ rapa sunt in rotunditatem globata, de quibus dictum est proximo cap. Napus Græcis, et Columellæ paulo ante laudato, *Bovvids*: nostris, *un Navet*. Pingitur a Dodon. p. 663. Ut olim porro Nursinis, sic modo Sabaudis rapis, Lemovicisque, palma tribuitur.

<sup>i</sup> In jugero sextarii] Colum. ii. 10. p. 61.

<sup>j</sup> Quinto sulco] Terram ante quinques arandam, quam napus seratur. Vide infra c. 49. 'Quarto seri sulco,' &c.

<sup>k</sup> Neptuni atque Vulcani] In Calendario rustico, apud Gruter. pag. 139. Augusto mensi Neptunalia: Vulcanalia Septembri dicantur. Et p. 133. Vulcanalia decimo Kalend. Septemb. Neptunalia decimo Kalend. Aug.

XXXVI. (XIV.) Lupino<sup>1</sup> est usus proximus,<sup>m</sup> cum sit homini, et quadrupedum generi ungulas<sup>1</sup> habenti, communis. Remedium ejus,<sup>n</sup> ne metentes fugiat exsiliendo, ut ab imbre tollatur. Nec ullius, quæ seruntur,<sup>2</sup> natura assensu terræ<sup>o</sup> mirabilior est.<sup>b</sup> Primum omnium<sup>p</sup> cum Sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter præterea<sup>q</sup> floret: terram amat, terraque operiri<sup>r</sup> non vult. Et unum hoc seritur non arato.<sup>3</sup> Quærit<sup>t</sup> maxime sabulosa,<sup>3</sup> et sicca, atque etiam arenosa. Coli<sup>u</sup> utique non vult. Tellurem<sup>v</sup> adeo amat, ut quamvis frutescens solo conjectum<sup>4</sup> inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere hoc satu arva vineasque diximus.<sup>w</sup> Itaque adeo<sup>x</sup> non eget fimo, ut optimo vi-

<sup>b</sup> Nec ullius eorum quæ seruntur natura, terra ei admodum favente, mirabilior est.

CAP. XXXVI. 1 Dalec. *fissas ungulas*.—2 Dalec. *quod seritur*.—3 Turneb. *non arata, si fuerit maxime sabulosa*.—4 Cod. Dalec. *solo coactum*; Turneb.

## NOTE

<sup>1</sup> *Lupino*] Nostri *Lupin*, Græci *θερμὸν ἡμερον* vocant.

<sup>m</sup> *Usus proximus*] Post rapa, quæ cunctis pariter animalibus nasci diximus c. 34. 'Boves enim lupinum,' inquit Colum. II. 10. p. 56. 'per hyemem coctum maceratumque probe alit: famem quoque, si sterilitas annonæ incessit hominibus, commode propulsat.' Qui *promiscuus* hoc loco quam *proximus* legi malunt, et a Mss. fide et a Plinii mente desciscunt.

<sup>n</sup> *Remedium ejus*] *Lupinum*, inquit Theophr. Hist. VIII. 10. non prius metunt, quam imber incesserit: quoniam alioqui inter metendum e vaginulis exsiliret, atque ita periret semen. Sic etiam auctor Geopon. II. 37. p. 72. Post dies ferventes, aëre madefacto, mane demeti oportere scribit Theophr. de Causis IV. 14. p. 318.

<sup>o</sup> *Assensu terræ*] Mss. *adsensu terræque*.

<sup>p</sup> *Primum omnium*] Hæc totidem verbis Geopon. auctor, ex Apuleio, loc. cit.

<sup>q</sup> *Ter præterea*] Geopon. loc. cit.

<sup>r</sup> *Terraque operiri*] Theophr. Hist. VIII. 11. Καὶ τὸ ἔλυν δὲ οὐκ ἐθέλει θέρμος καλύπτεσθαι τῇ γῆ· διὰ καὶ οὐχ ὑπαροῦντες σπείρουσι. Vide et ejusdem scriptoris Hist. I. 12.

<sup>s</sup> *Non arato*] Subintellige, solo. Sic etiam Geopon. auctor, loc. cit. Colum. II. 10. 'Crudis novalibus licet ingeras: et qualitercumque obruas, sustinet coloni negligentiam.'

<sup>t</sup> *Quærit*] Hoc iterum inculcat c. 46. post Theophr. Hist. VIII. 11.

<sup>u</sup> *Coli*] Theophr. et Geopon. auctor, locis citatis.

<sup>v</sup> *Tellurem*] Theophr. loc. cit.

<sup>w</sup> *Vineasque diximus*] Lib. XVII. 6. et 7. Colum. II. 10. de lupino: 'Maxime ex iis quæ seruntur, juvat agrum. Nam vincis jam emaciatis, et arvis, optimum stercus præbet,' &c.

cem repræsentet. Nihilque aliud nullo impendio constat, ut quod ne serendi quidem gratia opus sit afferre. Protinus seritur ex arvo :<sup>y</sup> ac ne spargi quidem postulat decedens sponte. Primumque omnium<sup>z</sup> seritur, novissimum tollitur : utrumque Septembri<sup>a</sup> fere mense : quia si non antecessit hyemem, frigoribus obnoxium est. Impune præterea jacet, vel derelictum etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua<sup>b</sup> tutum. Plerumque tamen levi sulco integunt. Ex densiore<sup>c</sup> terra rubricam maxime amat. Ad hanc alendam post tertium florem verti debet, in sabulo post secundum. Cretosa tantum, limosaque odit, et in iis non provenit. Maceratum<sup>d</sup> calida aqua homini quoque in cibo est. Nam bovem unum<sup>e</sup> modii singuli satiant, validumque præstant : quando etiam<sup>f</sup> impositum puerorum ventribus,<sup>f</sup> pro reme-



loco jactum.—5 Dalec. *quinetiam* ; vel, *atque etiam*.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Itaque adeo*] Auctor Geopon. loc. cit.

<sup>y</sup> *Ex arvo*] Unde metitur. Ita Mss. omnes, librique editi : non *ex area*, uti reponere nititur Pintianus, contra scriptoris sententiam : etsi emendationi suffragari Columella videtur, II. 10. p. 56. 'Spargitur,' iuquit, 'statim ex area. Atque id solum omnium leguminum non desiderat requiem in horreo, sive Septembri mense,' &c.

<sup>z</sup> *Primumque omnium*] Theophr. Hist. VIII. 1.

<sup>a</sup> *Septembri*] Columella loc. cit. 'Sive Septembri mense ante æquinoctium, seu protinus a Kalendis Octobris crndis novalibus ingeras qualitercumque obruas, sustinet coloni negligentiam. Teporem tamen autumni desiderat, ut celeriter confirmetur. Nam si non ante hyemem convaluerit, frigoribus affligitur.' Adde Geopon. loc. cit.

<sup>b</sup> *Amaritudine sua*] Theophr. Hist. VIII. 7. Auctor Geopon. loc. cit.

<sup>c</sup> *Ex densiore*] Colum. II. 10. p. 57. 'Lupinum exilem amat terram, et rubricam præcipue : nam cretam reformidat, limosoque non exit agro.'

<sup>d</sup> *Maceratum*] Galenus lib. VI. de Facult. Simp. Medic. p. 177. Θέρμος εσθεται μὲν ἐψηθείς τε, καὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐναποθέμενος ὕδατι τὴν πικρότητα. *Lupinus edi potest coctus, multis ante diebus per macerationem amarore in aqua deposito.* Auctor Geopon. loc. cit. farina hordei, aut frumenti admixta, panificio aptum esse prodidit. Multum alere id cibi genus, Diphilus Siphnius Medicus, apud Athen. lib. II. p. 55.

<sup>e</sup> *Nam bovem unum*] Anno bovis cibario modios lupini sexaginta Cato requirit, c. 60. p. 44.

<sup>f</sup> *Puerorum ventribus*] Marcellus Empir. c. 28. p. 199. 'Farina lupinorum decocta ex aqua, et more cata-



dio est. Condi in fumo<sup>g</sup> maxime convenit, quoniam in humido vermiculi umbilicum ejus in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

XXXVII. (XV.) Et vicia<sup>h</sup> pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco<sup>i</sup> sata, non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccurtur.<sup>j</sup> Sationis<sup>k</sup> ejus tria tempora: circa occasum Arcturi,<sup>l</sup> ut Decembri mense pascat:<sup>m</sup> tunc optime<sup>n</sup> seritur in semen. Æque namque fert depasta. Secunda satio mense Januario est: novissima Martio: tum ad frondem utilissima. Siccitatem<sup>o</sup> ex omnibus, quæ seruntur, maxime amat: non aspernatur etiam

## NOTE

plasmatis ventri imposita lumbricos vel tineas necat.' Sic etiam auctor Geopon. loc. cit. *Τὸς ἔλμινθας ἐκβάλλουσιν.* Galenus autem, non impositum modo, sed etiam ex melle potum, ei morbo mederi scribit: loc. cit. *Ἀναίρει δὲ καὶ ἔλμινθας ἐπιπλαττόμενος τε, καὶ μετὰ μέλιτος ἐκλειχόμενος, κ. τ. λ.*

<sup>g</sup> *Condi in fumo*] Colum. II. 10. p. 56. 'Reliquum, quod seminis superest, in tabulatum, quo fumus pervenit, optime reponis: quoniam si humor invasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars nasci non potest.' Palladius quoque, lib. VII. in Junio, tit. 3. p. 123. *Rodunt igitur vermes umbilicum (le germe) et sterilem reddunt.*

<sup>h</sup> *Et vicia*] Varro de Re Rust. I. 31. 'Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet, ut vitis, quibuscum sursum vorsum serpit, ad scapum lupini, aliumve quem, ut hæreat: id solet vincire.' Vide plura apud Voss. in Etymol. Gallis, *de la Vesce.* Pingitur a Dodon. p. 521. Arva ea pinguescere jam diximus XVII. 7.

<sup>i</sup> *Uno sulco*] Terra semel tantum proscissa.

<sup>j</sup> *Deoccurtur*] Glebæ confringuntur, et comminuntur. Varro, loc. cit. 'Occare, id est, comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt.' Rura nostra vulgo, *Herser.*

<sup>k</sup> *Sationis*] Duo priora serendi tempora agnoscit etiam Colum. II. 11. p. 63. alterum, circa æquinoctium autumnale: Januario mense alterum, vel serius etiam.

<sup>l</sup> *Arcturi*] De quo c. 74.

<sup>m</sup> *Ut Decembri ... pascat*] Ut eo mense, viciam tenera depascat in herba molle pecus, uti cecinit Maro Georg. I. 112.

<sup>n</sup> *Tunc optime*] Circa Arcturi occasum.

<sup>o</sup> *Siccitatem*] Colum. de Re Rust. II. 11. p. 63. 'Id genus præcipue non amat rores, cum seritur: itaque post secundam diei horam, vel tertiam, spargendum est, cum jam omnis humor Sole ventove detersus est: neque amplius projici debet, quam quod eodem die possit operiri: nam si nox incessit, quantulumque humore prius, quam obruatur, corrumpetur.'

umbrosa. Ex semine ejus, si lecta matura est, palea ceteris præfertur. Vitibus præripit succum: languescuntque, si in arbusto<sup>p</sup> seratur.<sup>1</sup>

XXXVIII. Nec ervi<sup>q</sup> operosa cura est. Hoc amplius, quam vicia, runcatur:<sup>r</sup> et ipsum medicaminis<sup>s</sup> vim obtinens. Quippe per ervum Divum Augustum curatum, epistolis ipsius memoria extat. Sufficiunt<sup>t</sup> singulis boum jugis modii quini sati. Martio mense<sup>u</sup> satum, noxium esse bubus aiunt, item autumnno gravedinosum: innoxium autem fieri primo vere satum.

XXXIX. (XVI.) Et silicia,<sup>v</sup> hoc est, fœnum Græcum, scarificatione<sup>w</sup> seritur, non altiore quatuor digitorum sulco, quantoque pejus tractatur, tanto provenit melius. Rarum dictu,<sup>1</sup> esse aliquid cui prosit negligentia. Id autem quod secale, ac farrago<sup>2x</sup> appellatur, occari tantum desiderat.



CAP. XXXVII. 1 Cod. Dalec. *si in arboribus seratur.*

CAP. XXXIX. 1 *Mirum dictu* margo edd. Dalec. et Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atque farrago* Gronov. et al. ante Harduin.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Si in arbusto*] Si in loco serantur, ubi vites sunt arboribus applicatæ.

<sup>q</sup> *Nec ervi*] *Errum* Græcis ἔροβος, Gallis *Ers*, a Dodonæo ciceris sativi nomine describitur, p. 514. a Dalecampio Hist. Plant. iv. 47. p. 468.

<sup>r</sup> *Runcatur*] Runcare segetes, est herbas e segetibus expurgare, quod Græci ὑποτίλλειν, et βοτανίζειν vocant: runcationem ipsam βοτανισμὸν, ipso teste Plinio, cap. 47. *Nettoyer les blés, en arrachant les méchantes herbes.*

<sup>s</sup> *Medicaminis*] Vide xxii. 73.

<sup>t</sup> *Sufficiunt*] Colum. de Re Rust. II. 11. p. 64.

<sup>u</sup> *Martio mense*] Colum. loc. cit. 'Mensem Martium universum negant agricolæ huic legumini convenire: quod eo tempore satum pecori sit noxium, et præcipue bubus, quos pa-

bulo suo cerebrosos reddat.' Palladius lib. III. in Febr. tit. 7. 'Martio ervum serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, et boves reddat insanos.' Theophr. Hist. II. 5. primo vere satum ait esse innoxium: autumnno, gravedinosum.

<sup>v</sup> *Et silicia*] In Indice, *silicia*. Colum. II. 11. *siliqua*. Plinio ipsi xxiv. 120. ex Mss. omnibus, *silica*. Gallis, *Senegré, ou Fenugrec*. Pingitur a Dodonæo, p. 526.

<sup>w</sup> *Scarificatione*] Hoc est, proscissa leviter tellure, nec alte arata. Columella loc. cit. de fœno Græco: 'Datur opera, ut spisse terra aretur, nec tamen alte: nam si plus quatuor digitis adobrutum est, semen ejus non facile prodit: propter quod nonnulli, priusquam serant, minimis aratris proscindunt, atque ita jaciunt semina, et sarculis adobruunt.'

XL. *Secale*<sup>a</sup> Taurini sub Alpibus asiã vocant, deterri-  
mum,<sup>1</sup> et tantum ad arcendam famem: fœcunda,<sup>2</sup> sed  
gracili stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Ad-  
miscetur<sup>b</sup> huic far, ut mitiget amaritudinem ejus: et tamen  
sic quoque ingratisimum ventri est. Nascitur qualicum-  
que solo cum centesimo grano: ipsumque pro lætamine<sup>c</sup>  
est.<sup>a</sup>

XLI. Farrago<sup>d</sup> ex recrementis<sup>b</sup> farris prædensa seritur,  
admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hor-  
deo. Omnia hæc pabularia: <sup>c</sup> degeneransque ex legumini-  
bus quæ vocatur cracca: <sup>1</sup> in tantum columbis grata, ut  
pastas ea negent fugitivas illius loci fieri.

XLII. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato<sup>f</sup> oci-  
num<sup>1</sup> vocat, quo sistebant<sup>g</sup> alvum bubus. Id erat e pa-  
bulis, segete viridi desecta, antequam gelaret.<sup>2h</sup> Sura Ma-

<sup>a</sup> Fimi loco est.

<sup>b</sup> Purgamentis.

<sup>c</sup> Pabulo animalium nata.

CAP. XL. 1 Vet. Dalec. *aterrimum*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum  
edd. recenti. *ad arcendam famem utile: fecunda* Gronov. et al. vet. Mox, Vet.  
Dalec. *sed gracili fistula*.

CAP. XLI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aruchos*, e Theophr. et Diosc.  
*croaca* Chiffi.

CAP. XLII. 1 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quo-  
que Turneb. et Chiffi. et hic et paulo post. Mox, pro *sistebant*, margo edd.  
Dalec. et Gronov. *ciebant*, vel *citabant*, e Varrone.—2 Fulv. Ursin. super

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Secale ac farrago*] Res sunt duæ  
diversissimæ, quod Plinius evidenter  
ostendit, utriusque historiam seorsim  
persecutus: et de utroque diversis-  
sima prodens.

<sup>a</sup> *Secale*] Apud Gallos veteris no-  
menclaturæ vestigia retinet, *le Ségle*:  
ut recte Dodonæus, a quo pingitur,  
p. 490. et Joan. Ruellius, aliique.

<sup>b</sup> *Admiscetur*] In panificio.

<sup>c</sup> *Pro lætamine*] Lætamen pro fimo  
dicitur, quod agros lætos, hoc est,  
pingues et uberes, facit. Usus et ea  
voce Palladius, in Februar. tit. 20.  
aliique.

<sup>d</sup> *Farrago*] De ea diximus c. 10.

*Delph. et Var. Clas.*

num. 1. Ex hordeo quoque canthe-  
rino, sive hexasticho, fieri Columella  
admonet II. 11.

<sup>e</sup> *Cracca*] Sic Mss. omnes, tum hoc  
loco, tum in Indice. Viciæ id genus  
adulteranum videtur.

<sup>f</sup> *Quod Cato*] Cap. 54. et 60. atque  
alibi passim. De ocymo egimus XVII.  
35.

<sup>g</sup> *Quo sistebant*] Ita libri omnes:  
at Varro de Re Rust. I. 31. *quo cie-  
bant*. Varronis verba retulimus XVII.  
35. Forte *citabant* hic agnoscendum.  
Ant, quod aliis quoque accidit, alia  
vis est ei, si parcius; alia, si suma-  
tur largius.

*Plinius.*

8 T

milius<sup>3</sup> aliter id interpretatur, et tradit fabæ modios decem,<sup>1</sup> viciæ duos, tantundem erviliæ in jugero autumno misceri et seri solitos.<sup>4</sup> Melius et avena Græca,<sup>1</sup> cui non cadit semen, admixta. Hoc vocitatum ocinum, boumque causa seri solitum. Varro<sup>k</sup> appellatum a celeritate proveniendi, e Græco quod *ὠκείως* dicunt.<sup>5</sup>

XLIII. Medica<sup>1</sup> externa etiam Græciæ est,<sup>1</sup> ut a Medis advecta per bella Persarum, quæ Darius<sup>m</sup> intulit: sed vel in primis dicenda, tanta dos<sup>n</sup> ejus est: cum ex uno satu<sup>2</sup> amplius quam tricenis annis duret. Similis est<sup>o</sup> trifolio: caule, foliisque<sup>3</sup> geniculata: quicquid in caule<sup>p</sup> assurgit, folia contrahuntur. Unum de ea et cytiso volumen Amphilochnus fecit confusum.<sup>4</sup> Solum, in quo<sup>q</sup> seratur, elapi-

//////////

Varr. de Re Rust. p. 45. *genaret*, aut *genicularet*, aut *siliquaret*.—3 Ita codd. Harduini, Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Manilius Gronov. et vulgg.*—4 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *erviliæ autumnum miscere, et in jugerum serere solitos* Vet. Dalec. legitur et *solitos* in cod. Dalec. *erviliæ in j. a. m. et seri solitum* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Ita codd. Harduini, Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *ὠκείως dicunt* Gronov. et al. vett.

CAP. XLIII. 1 Verbum *est* desideratur in edd. Gronov. et al. vett. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum uno satu* Gronov. et vulgg.—3 Chiffi. et Turneb. *postea caule foliisque*. Mox, Vet. Dalec. *geniculata, ea cum in caulem ass. in folio contrahitur*.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. et re-

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Antequam gelaret*] Ita Mss. at ex Varrone sincerius, *antequam siliquaret*, vel *generet siliquas*. Itaque ocimum ex fabali caule, ervo, viciæ, ceterisque ejusmodi parabatur, quæ siliquas habent.

<sup>1</sup> *Modios decem*] Modius, sive modium, ea mensura est quam Parisienses vocant, *un boisseau*.

<sup>3</sup> *Avena Græca*] Quæ Græcis *βρόμος*, ut diximus c. 20. *L'Avoine*.

<sup>k</sup> *Varro*] Loco proxime citato.

<sup>1</sup> *Medica*] Nunc trifolium magnum vocant, fœnumque Burgundicum, *Grand trèfle, ou foin de Bourgogne, ou Luzerne*: vulgatiore vero nomenclatura, *Sainfoin*. A Clusio pingitur, Rator. Plant. lib. vi. p. 242. voca-

turque *Medica Legitima*. A Lobelio quoque, in *Observ. stirpium*, p. 498. fœni Burgundiaci nomine.

<sup>m</sup> *Quæ Darius*] Xerxes, si credimus Isidoro Orig. xvii. 4. 'Medica dicta, quia a Medis translata est in Græciam, tempore quo eam Xerxes rex Persarum invasit.'

<sup>n</sup> *Tanta dos*] Vide Colum. ii. 11. p. 62. ex quo Isidorus accepit loc. cit. et Pallad. in Aprili, tit. 1. Non hi 'tricenis,' sed 'denis' habent.

<sup>o</sup> *Similis est*] Diosc. ii. 177.

<sup>p</sup> *Quicquid in caule*] Caule crescente fiunt angustiora folia, *προάγουσα δὲ στενοφυλλότερα γίνεταί, κ. τ. λ.* Diosc. loc. cit.

<sup>q</sup> *Solum, in quo*] Iisdem fere ver-

datum purgatumque subigitur autumno: <sup>r</sup> mox aratum, et occatum integitur <sup>s</sup> crate iterum ac tertium, quinis diebus interpositis, et fimo addito. Poscit autem siccum succosumque, vel riguum. Ita præparato seritur mense Maio: <sup>s</sup> alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, internascentesque herbas excludi. Id præstant in jugera modia vicena. Movendum <sup>t</sup> ne aduratur, terraque protinus <sup>6</sup> integri debet. Si sit humidum solum herbosumve, vincitur, et desciscit in pratium. Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est, manu potius, quam sarculo. Secatur incipiens florere, et quoties refloruit. Id sexies <sup>u</sup> evenit per annos, cum minimum, quater. In semen maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est usque ad trimatum. Verno seri <sup>v</sup> debet, liberarique ceteris herbis: ad trimatum, marris <sup>w</sup> ad solum radi. Ita reliquæ herbæ intereunt sine ipsius damno, propter altitudinem radicum. Si evicerint herbæ, remedium unicum est aratio,<sup>7</sup> sæpius vertendo, donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad <sup>x</sup> satietatem debet, ne



centt. *confusim* Gronov. et vulgg.—5 ‘Lego e Colum. Martio tertiatum et occatum integitur.’ Dalec. et *occultum integitur* Chiff. Mox, et tertium Gronov. et vulgg. ante Harduin.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cavendum ne*, &c. Gronov. et vulgg. *Monendum ne*, &c. Turneb. *Vindemia dura terra protinus* al. ap. Dalecamp. Mox, *integri debet* Turneb. Paulo post hæc verba, *Verno seri debet, liberarique ceteris herbis: ad trimatum*, ex errore typhotætæ desunt in ed. Brotier.—7 ‘Chiff. *inaratio*. Lege, in *avatro*.’ Dalec.—8 Ita

## NOTÆ

bis Colum. loc. cit.

<sup>r</sup> *Autumno*] Circa Kalendas Octobris, Colum.

<sup>s</sup> *Mense Maio*] Mense ultimo Aprilii, Colum. et Pallad. lib. v. in Aprili, tit. I.

<sup>t</sup> *Movendum*] Semen scilicet, terræ commissum. Ita Mss. non *cavendum*, ut editi. Colum. loc. cit. ‘Ligneis rastris, id enim multum confert, statim jacta semina obruantur, nam celerrime Sole aduruntur.’


<sup>u</sup> *Id sexies*] Colum. et Pallad. loc.

cit.

<sup>v</sup> *Verno seri*] Ita etiam Mss. sed *sarriri* malim.

<sup>w</sup> *Marris*] De marra dixi lib. sup. cap. 35. Colum. loc. cit. ‘Atque, ut dixi, ligneis rastris sarrriendus, et identidem runcandus est, ne alterius generis herba invalidam medicam perimat.’

<sup>x</sup> *Dari non ad*] Colum. loc. cit. pag. 63. ‘Teneram jumentis præheas, sed inter initia parcius, dum consuescant, ne novitas pabuli no-



deplere sanguinem necesse sit. Et viridis utilior est. Arescit surculose,<sup>y</sup> ac postremo in pulverem inutilem extenuatur. De cytiso,<sup>z</sup> cui et ipsi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda est: cujus in parte de morbis<sup>8</sup> quoque dicatur.

XLIV. (XVII.) Primum omnium frumenti vitium avena est:<sup>a</sup> et hordeum in eam degenerat: sicut ipsa frumenti fit instar: quippe cum Germaniæ populi serant eam, neque alia pulte vivant. Soli maxime cœlique humore hoc evenit vitium. Sequentem causam habet imbecillitas seminis,<sup>a</sup> si diutius retentum est terra,<sup>1</sup> priusquam erumpat. Eadem est ratio, si cariosum<sup>b</sup> fuit cum sereretur. Prima autem statim eruptione agnoscitur: ex quo apparet in radice esse causam. Est et aliud<sup>c</sup> ex vicino avenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, priusquam

<sup>a</sup> *Secunda causa cur in avenam semen degeneret, oritur ex imbecillitate seminis.*



codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vitii* Gronov. et vulgg.

CAP. XLIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum diutius retentum est terra* Gronov. et vulgg. *si diutius, &c.* Chiffli.

#### NOTÆ

ceat: inflat enim, et multum creat sanguinem.' Sic etiam Pallad. loc. cit.

<sup>y</sup> *Arescit surculose*] Utilior est, inquit, dum virescit: nam cum cœpit arescere, lignosa tota est.

<sup>z</sup> *De cytiso*] Lib. XIII. cap. 47.

<sup>a</sup> *Avena est*] Hæc ipsa sativa, ex qua pultem hodieque conficiunt rustici. Græcis βρόμος, ut diximus cap. 20. *L'Avoine*. Aliunde hæc Plinius hausit, quam a Theophrasto: nam quæ ille de ægilope retulit, Hist. VIII. 8. quæ spectari nunc a Plinio nonnulli putant, ea mox summa fide recitat, ægilopem appellans: quam festucam verius appellari Latine ipse

monet.

<sup>b</sup> *Si cariosum*] Si vetustum aut exesum fuit.

<sup>c</sup> *Est et aliud*] Avena hæc sylvestris est, quæ sativæ similis, asperiores tantum, longioresque aristas habet, et in folliculis fere vacuis semen evanidum. De hac Maro cecinit, 'Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ.' 'Steriles,' inquit Servius, 'ad discretionem earum quæ seruntur.' Avenam hanc inter frumenti vitia Naso quoque enumerat, Fast. I. 691. 'Et careant loliiis oculis vitiantibus agri, Nec sterilis culto surgat avena solo.'

roboretur<sup>2</sup> corpus, afflatu noxio cassum<sup>3</sup> et inane in spica evanescit quodam abortivo.<sup>4d</sup>

Venti autem<sup>e</sup> tribus temporibus nocent frumento et hordeo: in flore, aut protinus cum defloruere, vel maturescere<sup>f</sup> incipientibus. Tum enim exinaniunt<sup>g</sup> grana: prioribus causis<sup>h</sup> nasci prohibent. Nocet et Sol<sup>i</sup> creber e nube. Nascuntur<sup>j</sup> et vermiculi in radice, cum sementem imbris secutis, inclusit<sup>5</sup> repentinus calor humorem. Gignuntur et in grano, cum spicæ pluviis<sup>6k</sup> calor infervescit. Est et cantharis<sup>1</sup> dictus scarabæus parvus, frumenta erodens. Omnia ea animalia cum cibo<sup>m</sup> deficiunt. Oleum, pix, adeps, contraria seminibus, cavendumque ne contacta eis sérantur. Imber in herba<sup>n</sup> utilis tantum: florentibus autem frumento et hordeo nocet, leguminibus innocuus, præterquam ciceri. Maturescentia<sup>o</sup> frumenta imbre læduntur, et

retenti terra codd. Dalec.—2 Chiff. *roboret*.—3 Turneb. *cassum*.—4 Vet. Dalec. et Chiff. *abortu*. Dalec. *evanescit partu quodam abortivo*.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *includerit* Gronov. et al. vett.—6 Turneb. *pluvius*; cod. Dalec. *in pluviis*. Mox, *canthuridis scarabæus*

## NOTE

<sup>d</sup> *Quodam abortivo*] Ita Mss. omnes: hoc est, quodam abortivo partu, quodam abortu.

<sup>e</sup> *Venti autem*] Hæc accepta ex Theophr. Hist. VIII. 10.

<sup>f</sup> *Vel maturescere*] Ἐν τῷ ἀδρύνεσθαι, cum crassescunt, inquit Theophr.

<sup>g</sup> *Exinaniunt*] Exsiccat et arefacit grava vis venti vehementior, quæ tunc ingruit, cum maturescere ea cœperunt: ξηραίνει καὶ ἀφαιναίνει. Theophr.

<sup>h</sup> *Prioribus causis*] Cum vel in flore, vel protinus ubi defloruerint, venti vehementiores incidunt.

<sup>i</sup> *Nocet et Sol*] Theophr. loc. cit. Ἀπόλλυσι δὲ καὶ ἥλιος ὁ ἐκνέφελος ἄμφο, hordeum scilicet, triticumque.

<sup>j</sup> *Nascuntur*] Altera ratione, inquit, vermibus ingignitur, cum humor imbrum effundi nequit conclusus

siccitate aëris circumfusi. Tunc enim calor confecta putredine animal contrahit. Theophr. de Causis III. 27. pag. 293.

<sup>k</sup> *Cum s. pluviis*] Cum calore imbres secuto spica fervescit.

<sup>1</sup> *Est et cantharis*] Hoc tantum Theophr. Hist. VIII. 10. Ἐπιγίνεται γὰρ ἡ μὲν κωνθαρίς ἐν τοῖς πυροῖς. At sane simile veri est, erodendo plus, quam insidendo, animal id officere frugibus. Est autem id non muscarum generis, quas vulgo cantharidas dicimus, sed scarabæorum, de quibus XI. 34.

<sup>m</sup> *Omnia... cum cibo*] Cibo consumto ac deficiente intereunt.

<sup>n</sup> *Imber in herba*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. VIII. 6.

<sup>o</sup> *Maturescentia*] Theophr. loc. cit.

hordeum magis. Nascitur et herba alba, panico similis, occupans arva, pecori quoque mortifera. Nam lolium,<sup>p</sup> et tribulos, et carduos, lappasque, non magis quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes, numeraverim. Cœleste frugum vinearumque malum nullo minus noxium est rubigo.<sup>q</sup> Frequentissima<sup>r</sup> hæc in roscido tractu, convallibusque, ac perflatum non habentibus: e diverso<sup>s</sup> carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria est,<sup>t</sup> cum onerata<sup>7</sup> fertilitate procumbunt. Commune autem omnium satorum vitium eruca,<sup>8 u</sup> etiam ciceris,<sup>v</sup> cum salsiliginem ejus abluendo imber dulcius id facit.

Est herba,<sup>w</sup> quæ cicer enecat et ervum, circumligando se: vocatur orobanche: <sup>x</sup> triticum simili modo æra: <sup>y</sup> hor-



Turneb. et Chiffi.—7 Ita codd. Hardnini et Vet. Dalec. item edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. *onerata* Gronov. et vulgg.—8 Ita tacite Brotier. *urica* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *eruca* Turneb.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Nam lolium*] Habuit hoc Virgilii carmen ante oculos, Georg. I. 150. 'Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos Esset rubigo: segnisque horreret in arvis Carduus: intereunt segetes: subit aspera sylva, Lappæque, tribulique, interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ.'

<sup>q</sup> *Rubigo*] Viti genus, quo culmi nigrescunt: *Nielle*. E rore nascitur, cum Solis superventu excalefactus putrescit.

<sup>r</sup> *Frequentissima*] Accepta hæc a Theophr. Hist. VIII. 10.

<sup>s</sup> *E diverso*] Theophr. loc. cit.

<sup>t</sup> *Luxuria est*] Non foliorum modo, quod Theophr. Hist. VIII. 7. φυλλο-υανείν vocat, sed et spicarum, cum gravidis procumbit culmen aristis, ut Maro canit Georg. I. 111.

<sup>u</sup> *Eruca* [*urica*] Ita veteres appellavere, quam nos erucam dicimus,

Græci κάμπην, nostri *Chenille*: ut ante monuimus XI. 37.

<sup>v</sup> *Etiam ciceris*] Vide quæ diximus cap. 32.

<sup>w</sup> *Est herba*] Sic Theophr. Hist. VIII. 8. Et Geopon. auctor II. 41. pag. 75. 'Ἡ ὀροβάγχη φθείρει τοὺς κνήμεους καὶ τοὺς ἐρεβίνθους περιπλεκομένη.'

<sup>x</sup> *Orobanche*] Quod ὄροβον ἔγχει, *ervum necat*, ὀροβάγχη dicta. Sed alia est Dioscoridis ὀροβάγχη, quæ a Dodonæo pingitur, pag. 543. ut recte admonuit Anguillara, par. v. pag. 89. et post eum Dodonæus loc. cit. Hanc, quæ ervi pestis est, Dodonæus idem delineavit, sub Aphacæ nomine, pag. 535. Nam et ἀφάκη Dioscoridis est, non Theophrasti. Est autem hæc, ut arbitror, quæ Festo 'Scandulaca' dicitur, 'genus herbæ frugibus inimicæ, quod eas velut edera implicando necat.'



deum festuca, quæ vocatur ægilops: <sup>z</sup> lentem herba <sup>a</sup> securidaca, <sup>9</sup> quam Græci a similitudine <sup>b</sup> peleciton vocant. Et hæ complexu necant. <sup>10 c</sup> Circa Philippos <sup>d</sup> ateramon <sup>11</sup> nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramon, qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit. Æræ granum <sup>e</sup> minimum est in cortice aculeato. Cum est in pane, <sup>f</sup> celerrime vertigines facit: aiuntque in Asia et Græcia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id semen injicere. Nascitur et phalangion <sup>g</sup> in ervo, bes-



*uricæ* Chiff. —9 Turneb. et Chiff. *herba securiclata*, ob similitudinem literarum *d* et *cl*, item *c* et *t*, in vett. scriptis. —10 Ita codd. Regg. Brott. Edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et hæ quidem complexu necant.* Brotier in *Notis negant.* —11 <sup>1</sup> Ita cod. Reg. 1. Errat autem Plinius. Nec *ateramon*, nec *teramon*, sunt herbæ. Male interpretatus est Theophrastum de Cansis Plant. iv. 14. Apud Philippos nonnunquam flat ventus frigidus, quo fabæ fiunt *ἀτεράμονες*, i. e. *coctu difficiles.* Brotier. *ateramum* Chiff. *ateramnon*, et mox *teramnon*, Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Triticum* . . . *æra*] Hoc est, lolium, quæ Græcis *ἀρα*. Utralibet voce Plinius promiscue utitur. Geopon. auctor, loc. cit. τὸ ζιζάνιον τὸ λεγόμενον ἀρα φθείρει τὸν σίτον. Gallis de l'Itraie. Iconem vide apud Dodon. pag. 529.

<sup>z</sup> *Hordeum* . . . *ægilops*] Theophr. Hist. viii. 8. Καὶ ὁ αἰγίλωψ δοκεῖ μᾶλλον ἐν ταῖς κριθαῖς. Geopon. auctor, loc. cit. τὰς δὲ κριθὰς βλάπτει αἰγίλωψ. In eam rem multa egregie Galenus de Alim. Fac. i. 37. pag. 333. tom. vi. A Dodonæo pingitur festucæ prioris nomine, pag. 530. Rustici in Gallia *Cochiole* vulgo vocant. Avenam spica refert, unde et ei aliquando apud Latinos id nomen: Glossæ Philoxeni: Αἰγίλωψ, *avena*. Et in Notis Diosc. pag. 472. Αἰγίλωψ, οἱ δὲ βρώμος, Ῥωμαῖοι ἀβένα.

<sup>a</sup> *Lentem herba*] Auctor Geopon. loc. cit. φακὴν (lege ex Plinio φακὸν) βλάπτει ἡ πελεκῖνος καλουμένη βοτάνη.

Gallis, *Grave*, ou *Fête de loup*. In Mss. *Securiclata*.

<sup>b</sup> *A similitudine*] Quoniam ejus siliquæ sunt instarsecuricularum, quas Græci *πελέκεις* vocant. Diosc. iii. 146.

<sup>c</sup> *Complexu necant*] Non quidem quod circumligent se, ut orobanche: sed quod densitate sua fruges complexantur, et obruant.

<sup>d</sup> *Circa Philippos*] Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>e</sup> *Æræ granum*] Lolii, ut modo diximus.

<sup>f</sup> *Cum est in pane*] Auctor Geopon. ii. 41. pag. 75. de æra seu lolio: ἄρτοις δὲ μιγνυμένη, σκοτοῖ τοὺς ἐσθλοντας, panibus admixtum obducit tenebras vescentium oculis.

<sup>g</sup> *Nascitur et phalangion*] Ex Theophr. Hist. viii. 10. Ælianus quoque Hist. Anim. ix. 39. ὀρόβω γεννᾶται φαλάγγια ἕττα. De phalangio, xi. 28.

tiola aranei generis, si hyems aquosa sit. Limaces nascuntur in vicia: et aliquando e terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem fere hi sunt.

XLV. Remedia eorum, quæcumque pertinent ad herbas, in sarculo:<sup>h</sup> et, cum semen<sup>i</sup> jactatur, cinere. Quæ vero in semine et circa radicem consistunt, præcedente cura<sup>j</sup> caventur. Vino ante<sup>k</sup> semina perfusa<sup>l</sup> minus ægrotare existimant. Virgilius<sup>l</sup> nitro et amurca perfundi jubet fabam: sic etiam<sup>m</sup> grandescere promittit. Quidam vero,<sup>m</sup> si triduo ante satum urina et aqua maceretur, præcipue adolescere putant. Ter quidem sarritam modium fractæ<sup>n</sup> e modio



CAP. XLV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Vino ante semine perfusa* Gronov. et vulgg.—2 Chiff. pro v. l. sic cam.—3 ‘*Sartum modium fresæ*] Sic scripti meliores: ubi obiter notandum *sartam* pro *sarritam* et Chiffletiana membrana.’ *Nic. Heins.* Vid. Adverss. III. 15. p. 525. *sartum* Turneb. *salam* Chiff. ap. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *In sarculo*] Instrumentum rusticum quo purgantur et sarruntur segetes. *Un saruloir, instrument à sarcler.*

<sup>i</sup> *Et, cum semen*] Et quando simul cum semine cineres jactantur. Ad illud Virgilianum alludit, *Georg.* I. 81. ‘Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neve Effetos cinerem immundum jactare per agros.’

<sup>j</sup> *Præcedente cura*] Adhibita cura ante sationem.

<sup>k</sup> *Vino ante*] Apuleius in *Geopon.* II. 16. pag. 54. *Τὰ οἶνω ἐπιβραθέντα σπέρματα ἔλαττον νοσήσει, κ. τ. λ.*

<sup>l</sup> *Virgilius*] *Georg.* I. 193. ‘Semina vidi equidem multos medicare secentes, Et nitro primum, et nigra perfundere amurca, Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset.’ Fabarum nempe siliquis. *Colum.* II. 10. ‘Priscis rusticis, nec minus Virgilius, prius amurca vel nitro macerari fa-

bam, et ita seri placuit: nos quoque sic medicatam comperimus, cum ad maturitatem perducta sit, minus a cucurbitone infestari.’ Et *Pallad. lib.* XII. in Novembr. tit. I. pag. 161. ‘Græci asserunt fabæ semina . . . nitrata aqua respersa, cocturam non habere difficilem.’

<sup>m</sup> *Quidam vero*] Auctor *Geopon.* II. 16. pag. 55.

<sup>n</sup> *Modium fractæ*] E modio fabæ integræ cum tenui cuticula qua involvitur, modium fractæ seu molitæ, sine furfuribus rediturum. *Colum.* II. 12. ‘Adeoque fabam sarrendam censeo, ut existimem debere ter sarriri. Nam sic cultam comperimus non solum multiplicare fructum, sed exiguam portionem in valvulis habere: fresæque ejus et expurgatæ modium pæne tam plenum esse, quam integræ, cum vix minuatür mensura detractis putaminibus.’

solidæ reddere. Reliqua semina<sup>o</sup> cupressi foliis tuis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia: nec si interlunio<sup>p</sup> serantur. Multi ad milii remedia,<sup>q</sup> rubetam noctu arvo circumferri jubent, priusquam sarriatur, defodique in medio inclusam vase fictili: ita nec passerem, nec vermes<sup>4</sup> nocere: sed eruendam priusquam metatur, alioqui amarum fieri. Quin et armo talpæ contacta semina uberiora esse. Democritus<sup>r</sup> succo herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis nascens tabulisve,<sup>s</sup> Latine vero sedum, aut digitellum, medicata seri jubet omnia semina. Vulgo vero, si dulcedo<sup>6s</sup> noccat, et vermes radicibus inhæreant, remedium est,<sup>t</sup> amurca pura, ac sine sale spargere, deinde sarrire: si in articulum<sup>u</sup> seges ire cœperit, runcare, ne herbæ vincant.



Alii ap. Dalec. etiam *fresæ*.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. aut *vermes* Franz. nec *vermem* Gronov. et vulgg.—5 'Alii, *tabulisve*. Nihil muto. *caballis hæsum* Turneb. *tabulis asum* alii et Chiffi. nullo sensu. Fortassis, *tabulisve exesis*.' Dalec.—6 Chiffi. *uredo*.—

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Reliqua semina*] Auctor Geopon. totidem verbis, loc. cit. pag. 53. Εὶ δὲ φύλλα κυπαρίσσων κόψας, ἀναμίξεις τοῖς σπέρμασιν, ἄβρωτα ταῦτα φυλαχθήσεται. Simile quiddam refert Colum. II. 9.

<sup>p</sup> *Nec si interlunio*] Geopon. auctor, loc. cit. nec si Luna semiplena: ἄβρωτα δὲ μένει καὶ τὰ ἐν διχομηνίᾳ σπειρόμενα. Interlunium de coitu silentis Lunæ accipiendum.

<sup>q</sup> *Ad milii remedia*] Ne vermiculi aut passerem milio noceant. Habet hæc totidem fere verbis auctor Geopon. loc. cit. pag. 55. Sed uti circumferendam ait arvo rubetam, prius quam arvum fodiatur, sic et eruendam monet, prius quam seratur, ne fructus amarescat. Mss. omnes *ad milia*, unde quidam *ad similia* augurantur, male.

<sup>r</sup> *Democritus*] Tradit hoc rursum XIX. 58. De aizoo dicemus XXV. 102.

Colum. XI. 3. pag. 904. 'Veteres quidam auctores, ut Democritus, præcipiunt semina omnia succo herbæ, quæ sedum appellatur, medicare, eodemque remedio adversus bestiolas uti, quod verum esse nos experientia docuit.' Iterumque II. 9. pag. 53. 'Quædam etiam subterraneæ pestes adultas radicibus subsectis enecant. Id ne fiat remedio est aquæ mixtus succus herbæ, quam rustici sedum appellant: nam hoc medicamine una nocte semina macerata jaciuntur.' Adde et Geopon. auctorem XII. 7. pag. 329. et II. 16. pag. 53.

<sup>s</sup> *Si dulcedo*] Soli dulcedo, vermes generans.

<sup>t</sup> *Remedium est*] Colum. loc. cit. pag. 54.

<sup>u</sup> *Si in articulum*] Cum genicula seu nodos culmi ostendunt. Acceptum id a Colum. II. 12. de sarritione: 'Transacto æquinotio verno statim

Pestem a milio atque panico, sturnorum passerumve agmina, scio abigi herba, cujus nomen ignotum est, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu! ut omnino nulla avis intret. Mures abiguntur cinere mustelæ vel felis diluto, et semine sparso, vel decoctarum<sup>v</sup> aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. Ob id felle<sup>w</sup> bubulo semina attingi utilius putant. Rubigo<sup>x</sup> quidem, maxima segetum pestis, lauri ramis in arvo defixis, transit in ea folia<sup>7</sup> ex arvis. Luxuria segetum<sup>y</sup> castigatur dente pecoris in herba duntaxat: et depastæ quidem, vel sæpius,<sup>8</sup> nullam in spica injuriam sentiunt. Retonsarum<sup>9z</sup> etiam semel omnino certum est granum longius fieri, sed inane cassumque,<sup>10</sup> ac satum non nasci. Babylone<sup>a</sup> tamen bis secant, tertio<sup>11</sup> depascunt:<sup>b</sup> alioqui folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit exilitas<sup>12</sup> soli:<sup>c</sup> verum diligentioribus cum centesimo.<sup>13d</sup> Neque est cura difficilis: quam diutissime adaquari

//////////

7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. in earum folia Gronov. et vulgg. 'Lege, eorum.' Dalec. Mox, Vet. Dalec. ex herbis.—8 Cod. Dalec. vel suisibus.—9 Recusarum Chiffi.—10 Turneb. et Chiffi. cascumque.—11 Chiffi. tertium.—12 Budæus, felicitas, e Theophr. fertilitas Vet. Dalec.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. centesimo quintodecimo Chiffi.

#### NOTÆ

peragi oportet intra dies viginti, ante quam seges in articulum eat: quoniam serius sarrita corrumpitur insequentibus æstivis siccitatibus, et caloribus.

<sup>v</sup> Vel decoctarum] Mustelæ et felis.

<sup>w</sup> Ob id felle] Sic radices arborum felle taurino oblini auctor Geopon. jubet, lib. x. cap. ult. ut nec senescat cito, nec vermes producat. Apuleius ibidem, xiiii. 5. felle bubulo semina illinit, ne mures attingant.

<sup>x</sup> Rubigo] Apuleius in Geopon. v. 31. pag. 150. 'Εάν δάφνης ἐν τῇ ἀρούρα κλάδους βάλης, μεταβαίνειν εἰς αὐτοὺς τὴν βλάβην τῆς ἐρουσίβης. Si lauri ramos in artem projeceris, transit in ipsos

rubiginis noxa.

<sup>y</sup> Luxuria segetum] Sunt hæc a Theophr. Hist. viii. 7. Et a Marone Georg. i. 111. 'Quid qui ne gravidis procumbat culmus aristis, Luxuriam segetum tenera depascit in herba, Cum primum sulcos æquant sata?'

<sup>z</sup> Retonsarum] Theophr. loc. cit.

<sup>a</sup> Babylone] Theophr. loc. cit.

<sup>b</sup> Tertio depascunt] Hoc est, in segetes pecus immittunt: τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσω. Sic enim caulem mittit, alioqui foliis tantum luxuriat, φυλλομανεῖ. Theophr.

<sup>c</sup> Exilitas soli] Ubi maxime exile solum, et leviter cultum.

<sup>d</sup> Cum centesimo] Theophr. Γίεται

gaudent,<sup>14</sup> ut præpinguis et densa ubertas diluatur. Limum autem<sup>f</sup> non invehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Ægypto Nilus. Nec terra<sup>g</sup> ipsa herbas gignit. Ubertatis<sup>h</sup> tamen tantæ sunt, ut sequente anno sponte restibilis<sup>i</sup> fiat seges, impressis vestigio<sup>j</sup> seminibus: quæ tanta soli differentia admonet terræ genera in fruges describere.

XLVI. Igitur Catonis<sup>k</sup> hæc sententia est: 'In agro crasso et læto frumentum seri: si vero nebulosus sit idem, raphaum, milium, panicum. In frigido<sup>l</sup> et aquoso prius serendum, postea in calido.<sup>1</sup> In solo<sup>m</sup> autem rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum. In creta<sup>n</sup> et rubrica, et aquosiore<sup>2</sup> agro adorem. In sicco<sup>o</sup> et non herboso, nec umbroso, triticum. In solo valido<sup>p</sup> fabam. Viciam vero quam minime in aquoso herbidoque. Siliginem et triticum in loco aperto editoque, qui Sole quam diutissime torreatur. Lentem in fructoso et rubricoso, qui non sit herbidus. Hordeum in novali, et in arvo, quod restibile<sup>q</sup> possit fieri: trimestre, ubi sementem matu-

//////////

centesimo quinquagesimo Gronov. et vulgg.—14 Ita tacite Brotier. *aquari gaudet* Parm. quam lectionem receperit Harduin. et recentt. *aquari gaudent* Vet. Dalec. *aqua rigandi* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XLVI. 1 'Si vero nebulosus sit idem, raphanum, milium, panicum. In frigido et aquoso et prius serendum, postea in calido. Sic alii et Chiffi.' Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. et uligine, c. Catone.—3 Gronov. possit.—

#### NOTE

δὲ μὴ καλῶς ἐργασαμένοις πενηκοντόχοα τοῖς δὲ ἐπιμελῶς, ἑκατοντόχοα.

<sup>e</sup> *Adaquari gaudent*] Nempe solum, quod cum per se crassum ac pingue sit, dilui copiosa aqua necesse est. Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>f</sup> *Limum autem*] Theophr. loc. cit.

<sup>g</sup> *Nec terra*] Theophr.

<sup>h</sup> *Ubertatis*] Theophr. loc. cit.

<sup>i</sup> *Restibilis*] Seges restibilis ager appellatur, cujus fecunditas non uno anno exhausta, in sequentem etiam annum perseverat, etiam si segnius aretur.

<sup>j</sup> *Impressis vestigio*] Vel conculca-

tis, inquit, depressisque seminibus: ut cum exercitu transeunte decussa semina in terram corruunt. Theophr. loc. cit.

<sup>k</sup> *Igitur Catonis*] Cap. 6. pag. 12.

<sup>l</sup> *In frigido*] Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>m</sup> *In solo*] Cato cap. 34. pag. 31.

<sup>n</sup> *In creta*] Cato loc. cit.

<sup>o</sup> *In sicco*] Cato loc. cit.

<sup>p</sup> *In solo valido*] Quæ deinceps sequuntur, sunt ex eodem Catone cap. 35. pag. 31. usque ad ea verba, 'Subtilis et illa sententia.'

<sup>q</sup> *Quod restibile*] Quod anno etiam

ram facere non possis,<sup>3</sup> et cujus crassitudo sit restibilis.<sup>7</sup> Subtilis<sup>r</sup> et illa sententia: 'Serenda ea in tenuiore terra, quæ non multo indigent succo,<sup>4</sup> ut cytiscus: et, cicere excepto,<sup>t</sup> legumina<sup>s</sup> quæ velluntur e terra, non subsecantur. Unde et legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui<sup>u</sup> autem, quæ cibi<sup>6</sup> sunt majoris, ut olus, triticum, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur: minus enim alimenti radix poscit: lenior<sup>7</sup> terra,<sup>v</sup> densiorque tritico. In loco humili<sup>8 w</sup> far adorem, potius quam triticum, seretur: temperato, et triticum et hordeum. Colles<sup>x</sup> robustius, sed minus, reddunt triticum. Far et siligo,<sup>y</sup> et cretosum, et uliginosum solum sortiuntur.'<sup>9</sup>

(XVIII.) Et frugibus<sup>10</sup> ostentum semel<sup>z</sup> (quod equidem



4 Chiffi. *suctu*, et pro v. l. *sumptu*. Mox, Dalec. ut *cytiscum*.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. item Fulv. Ursin. super Varr. de Re Rust. p. 39. et *cicere*, *exceptis leguminibus* Gronov. et vulgg.—6 Chiffi. pro v. l. *curæ*.—7 Gronov. et al. ante Harduin. *lenior*.—8 Fulv. Ursin. ad Varr. Re Rust. p. 26. *In loco humido*.—9 Chiffi. in emend. et *cretoso et uliginoso solo seruntur*.—10 *Et in frugibus* cod. Dalec.

#### NOTÆ

sequente ferre fruges possit.

<sup>r</sup> *Subtilis*] Varronis sententia, loco mox citando, et auctoris Geopon. II. 10. pag. 49.

<sup>s</sup> *Non multo . . . . succo*] Succum et Plinius et Varro appellat alimentum quod seges ad nutritionem attrahit sugitque e terra. *Τροφήν* appellat Theophr. de Causis III. 26. pag. 291. *Αἱ μὲν γὰρ ἐλάττωτος καὶ κουφότερας δέονται τροφῆς· αἱ δὲ πλεονος καὶ σωματωδεστέρας*. Plinius Theophrastum secutus, mox *cibum* vocat.

<sup>t</sup> *Et cicere excepto*] Hæc ex Varro, ut dicemus in Notis et Emend. num. 15.

<sup>u</sup> *In pingui*] Varro de Re Rust. I. 23.

<sup>v</sup> *Lenior terra*] Magisque tractabilis. Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>w</sup> *In loco humili*] Atque adeo hu-

mido: nam in loca depressa aquæ confluunt. Colum. II. 6. pag. 49. 'Triticum autem sicco loco melius coalescit: adorem minus infestatur humore.' Et Varro I. 9. 'Itaque periti in loco humidior far adorem potius serunt.' Quare videndum an in contextu Pliniano *humido* quoque sincerius fuerit. Nam temperato, quod proxime sequitur, non humile, sed humidum opponitur. Mss. tamen omnes, *humili*.

<sup>x</sup> *Colles*] Colum. II. 9. pag. 52. 'Collis enim, quamvis robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit.'

<sup>y</sup> *Far et siligo*] Colum. loc. cit. 'Densa, cretosaque, et uliginosa humus siliginem et far adorem non incommode alit.'

<sup>z</sup> *Et frugibus . . . . semel*] At etiam postea, quo tempore in Numantia res male gestæ, Bononiæ fruges in arbo-

invenerim) accidit, P. Ælio,<sup>a</sup> Cn. Cornelio coss. quo anno superatus est Hannibal: in arboribus enim tum nata produntur frumenta.

XLVII. Et quoniam de frugum terræque generibus abunde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Ægypti facilitate commemorata. Nilus ibi coloni vice fungens, evagari incipit, ut diximus,<sup>b</sup> a solstitio, aut nova Luna:<sup>1</sup> primo lente,<sup>2</sup> deinde vehementius, quamdiu in



CAP. XLVII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. ut diximus, solstitio et nova Luna Harduini codd. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt.—2 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio

#### NOTÆ

ribus natas refert Julius Obseq. cap. 85. pag. 45. Iterumque cap. 90. pag. 49. Et Julius Capitolinus in Antonino Pio, inter ostenta, pag. 20. 'Hordeum,' inquit, 'in Mæsia in culminibus arborum natum est.'

<sup>a</sup> P. Ælio] P. Ælio Pæto, Cn. Cornelio Lentulo Coss. anno Urbis DLIII. quo finitum esse bellum Punicum secundum, auctor est Livius lib. xxx. pag. 367. victo Hannibale a Scipione Africano majore.

<sup>b</sup> Ut diximus] Lib. v. 10.—'Nilus hic caute coloni vice fungi dicitur, non tamen haberi pro Deo dicitur. Itaque cave te fallat nummus ex ære minimo, qui est in Thesaurio regio, sic inscriptus, DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Serapis, cui modus est impositus. )( DEO SANCTO NILO. Fluvii decumbentis effigies, qua urnæ innititur, arundinem dextra tenet, sinistra Cornu Copiæ. Infra, ALE. Flavii Claudii Juliani Augusti gratia cusus hic nummus est, non Ægyptiæ certe, sed prorsus perelegantis fabricæ, hoc est, Gallicanæ. Cusus, inquam, ALE; hoc est, 'Primæ Lugdunensis Edicto,' ad amnem Rhodanum. Sententia prioris inscriptionis hæc est: 'Dudum Expetitum Orbi, Servator Pri-

mæ Narbonensis, Civitatum Tutator Omnium, SERAPIS Julianum Dedit Imperatorem.' Ista posterioris: 'Dudum Expetitum Orbi, Serapis Primæ Narbonensis Civitatum Tutator, Omnibus Negotiatoribus Julianum Liberatorem Obtulit.' Fluvius hic depictus certe Nilus non est, cum crocodilus hippopotamusque absit: sed Rhodanus est, Ararisve, qui Lugdunensem primam alluunt, velsecant. Nihil vatem moramur, qui apud Athenæum lib. v. p. 503. cecinit Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε. Nec 'Deus Sanctus' quid sit, intellexere falsorum numinum cultores, ac ne sic quidem eorum aliquis verba hæc duo copulavit. Et gravi demum errore ducuntur recentes Grammatici, qui sine teste idoneo scriptore Latino, produnt aut ab 'Apis' in genitivo casu 'Apidis,' aut a 'Serapis,' 'Serapidis' posse deduci. 'Apis' in eo casu Plinius habet VIII. 71. Strabonem, similesque Græculos, qui Σεραπίδος scripsere, nec tamen ausi sunt Ἄπιδος sic inflectere, haud magni facimus, cum Plinius ipse, xxxvi. 11. 'templum Serapis' scribat, non 'Serapidis.' Tamen ævo Gallieni et Posthumi video nummos inscriptos, SERAPIDI

Leone Sol est. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atque in Libra residet. Si duodecim<sup>c</sup> cubita non excessit,<sup>3</sup> fames certa est. Nec minus, si sedecim exsuperavit. Tanto enim tardius decedit, quanto abundantius crevit, et sementem arcet. Vulgo credebatur, ab ejus decessu serere solitos, mox sues impellere vestigiis semina deprimentes in madido solo: et credo antiquitus factitatum.<sup>d</sup> Nunc quoque non multo graviora<sup>4</sup> opera: <sup>e</sup> sed tamen inarari certum est abjecta prius semina in limo degressi amnis, hoc est, Novembri mense incipiente: postea pauci runcant, quod botanison<sup>f</sup> vocant. Reliqua pars<sup>g</sup> non nisi cum falce arva visit paulo ante Kalendas Aprilis. Peragitur autem messis Maio, stipula nunquam cubitali: quippe sabulum subest; granumque limo tantum continetur.<sup>h</sup> Excellentius Thebaidis regioni<sup>5</sup> frumentum, quoniam palustris Ægyptus.<sup>i</sup> Similis ratio, sed felicitas major Babylonis Seleucis,<sup>6</sup> Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam ri-



princeps.' Brotier. Edd. ante Brot. ac primo lente.—3 Cod. Dalec. *excesserit*.—4 Cod. Dalec. *graviore*. Mox, *abjecto prius semine* Vet. Dalec. Deinde, *degressi* Chiff. *digressi* Edd. vett. et Harduin.—5 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. *regionis* al. ap. Dalec. *regionibus* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—6 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

#### NOTÆ

COMITI AVG. sed ex inscitia fortassis Grammaticorum posterioris illius ævi.' *Ed. sec.*

<sup>c</sup> *Si duodecim*] Vide quæ diximus, loco mox citato libri quinti. De Nili fluentis, cum intra duodecimum tantum cubitum excrevisset, ullam aquæ partem elici ruptis aggeribus, sub ignis pœna, vetuit Arcadius Imp. anno Christi ccccix. leg. un. de Nili aggerib. lib. ix. Cod. Theod. tit. 32. quo anno fames seu annonæ penuria ingens Constantinopoli fuit, teste Marcellino in Chron.

<sup>d</sup> *Et credo . . . factitatum*] Ita sane prodidit Herod. ii. 14. pag. 95. Dio-

dorus Siculus Bibl. lib. i. pag. 52. immitti pecora ait, τὰ βοσκήματα.

<sup>e</sup> *Graviora opera*] Sic Mss. quos vidi, editique: Dalec. in suis, *graviore opera*, quod nec displicet.

<sup>f</sup> *Botanison vocant*] Ut diximus cap. 35.

<sup>g</sup> *Reliqua pars*] Reliqui, inquit, ne runcant quidem segetes: nec arva revisunt post sementem, nisi cum falce, ad messem.

<sup>h</sup> *Granumque limo . . . continetur*] Alitur, nutritur, sustinetur.

<sup>i</sup> *Ægyptus*] Pars Ægypti inferior, quæ proprie Ægyptus, et nomine alio Delta.



gandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque<sup>j</sup> tenui sulco arat, cum multifariam in Italia octoni boves<sup>k</sup> ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturae, sed in hac quidem maxime, valet oraculum illud, 'Quid quæque<sup>l</sup> regio patiatur.'<sup>7</sup>

XLVIII. Vomerum<sup>m</sup> plura genera: culter<sup>n</sup> vocatur, inferius prædensam,<sup>1</sup> priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostrati vectis.<sup>2°</sup> Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali,<sup>3</sup><sup>p</sup> sed exigua cuspidè in rostro. Latior hæc<sup>q</sup> quarto generi, et acutior in mucronem fastigata,<sup>4</sup> eodemque<sup>5</sup> gladio scindens solum, et acie laterum radices



cent. *Babyloni ac Seleuciæ* Gronov. *Babylonicæ Seleuciæ* al. ante Harduin.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quæ regio patiatur.*

CAP. XLVIII. 1 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. In recentt. omissum *inferius.*' Brotier. Omissum est in Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Chiffi. *rostratum, uti vectis.*—3 Chiffi. *facili, vomere toto non porrecto dentali.*—4 Ita codd. Harduini, et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sed exacutior . . . fastigata* Gronov. et al. vett.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *eademque*, sub. 'cuspidis.'—6 *Id non*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Syria quoque*] Theophr. de Causis III. 25. p. 290. et illud adjicit, καὶ μικροῖς ἀπότροις οἱ Σύροι χρῶνται. *Idcirco pusillis aratri Syri utuntur.*

<sup>k</sup> *Octoni boves*] Non illi quidem sub jugum unum missi, sed protelo, hoc est, alii post alios juncti.

<sup>l</sup> *Quid quæque*] Ad illud Virgilianum alludit, Georg. I. 53. 'Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuset.' Hoc multo tractat uberius Colum. in Præfatione operis.

<sup>m</sup> *Vomerum*] Vomer, id ferrum dicitur, quod in aratro liras facit, et utrimque vomit: unde nomen. *Soc de charrue.*

<sup>n</sup> *Culter*] Brevioris vomeris genus: quod nostri agricolæ vocant, *Coutre.* In lege Salica, tit. 29. § 12. cultellus dicitur: 'Si quis alienum cultellum

furaverit,' &c. Hinc 'cultellare agrorum' Frontino de Limitib. Agror. est 'agrum eminentiorem ad plantiam redigere,' et quasi cultello decidere tumores.

<sup>o</sup> *Rostrati vectis*] Seu pali e ferro rostrati.

<sup>p</sup> *Dentali*] Dentale lignum illud est ad quod vomer includitur, inquit Servius, ad illud Maronis, Georg. I. 172. 'Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.' Usus ea voce Colum. II. 2. 'Celsus,' inquit, 'reformidans impensam, quæ scilicet largior est amplioribus armentis, censeat exiguis vomeribus et dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bnbus administrari id possit.'

<sup>q</sup> *Latior hæc*] Cuspis videlicet.

herbarum secans. Non pridem inventum in Rætia Galliæ,<sup>r</sup> ut duas adderent alii rotulas,<sup>6</sup> quod genus vocant plaumorati.<sup>7s</sup> Cuspis effigiem palæ habet. Serunt ita non nisi culta terra, et fere nova.<sup>8</sup> Latitudo vomeris cespites versat. Semen protinus injiciunt, cratesque<sup>t</sup> dentatas supertrahunt. Nec sarrienda sunt hoc modo sata. Sed protelis<sup>9u</sup> binis ternisque sic arant. Uno boum<sup>v</sup> jugo censi anno facilis soli quadragenajugera, difficilis tricena, justum est.

XLIX. (XIX.) In arando magnopere servandum<sup>t</sup> est Catonis oraculum: <sup>a</sup> ‘Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Sulco<sup>b</sup> vario ne ares. Tempestive ares.’ Tepidioribus<sup>c</sup>



*pridem inventum in Rætia. Galliæ duas dediderunt tali rotulas Gronov. et al. ante Harduin. adderent rotulas Vet. Dalec. adderent stivæ rotulas al. ap. Dalec. —7 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps. Rotatum illud plaustrum adhuc dicitur ‘plægrat;’ ut observat Illustr. Torrentius.’ Brotier. Turneb. et Chiffi. plaumorati; al. ap. Dalec. quod g. v. planaratum: quod nempe in planis et pinguibus eo potissimum utantur.—8 Serunt ita non culta terra, sed vere nova Dalec.—9 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. porcellis Gronov. et al. vet. Mox, Chiffi. conseri anno facili; Dalec. conseri arvo facilis.*

CAP. XLIX. 1 Chiffi. *reservandum.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *In Rætia Galliæ*] In parte Rætiae, quæ Galliæ Togatae ascripta est, ubi Verona, &c.

<sup>s</sup> *Plaumorati [planarati]* Rectius *plaustrarati*, ob rotulas aratro additas, similitudinemque plaustrum vel currus. Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>t</sup> *Cratesque*] Crates pro occa accipitur, *une Herse*. Quid sit occare, diximus c. 37. Virgil. Georg. i. 94. ‘Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes, Vimineasque trahit crates, juvat arva.’

<sup>u</sup> *Sed protelis*] Ita rescripsimus ex Mss. Reg. Colb. &c. pro *porcellis*. Sic Plinius ipse ix. 17. protelis bonm extrahit pisces vastæ molis dixit: ubi vide quæ sunt a nobis annotata.

<sup>v</sup> *Uno boum*] Unum boum jugum

arandis jugeribus quadragenis, si solum est facile, par est: si difficile, tantum tricenis.

<sup>a</sup> *Catonis oraculum*] Cap. 61. p. 44. ex vet. cod. Meursii: ‘Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Arare. Quid tertium? Stercorare.’

<sup>b</sup> *Sulco*] Varro de Re Rust. i. 39. ‘Qua aratrum vomere lacunam fecit, sulcus vocatur: (*une rate, un rayon*;) quod est inter duos sulcos, dicitur porca,’ (*un sillon*.) Sulcum varium dicit, qui in terra varia imprimitur, id est, superne tantum et leviter in superficie irrorata, penitus et inferne sicca, quam describit Columella disertissime, II. 4. ‘Sed quantumque arabitur,’ inquit, ‘obser-

locis a bruma proscindi arva oportet: frigidioribus ab æquinoctio verno. Et maturius sicca regione, quam humida. Maturius densa terra, quam soluta, pingui quam macra. Ubi siccae et graves æstates, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium et autumnii æquinoctium aratur. Ubi leves æstus, frequentes imbres, pingue herbosumque solum ibi mediis caloribus.<sup>2</sup> Altum et grave solum etiam hyeme moveri placet: tenue valde et aridum, paulo ante sationem.<sup>3</sup>

Sunt et hic suæ leges: 'Lutosam<sup>d</sup> terram ne tangito. Vi omni arato: priusquam ares,<sup>4</sup> proscindito.'<sup>e</sup> Hoc utilitatem habet, quod inverso cespite herbarum radices necantur. Quidam utique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento ver-



edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *melius caloribus* Gronov. et al. vett.—3 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiffi. *ante sationis tempus* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller, Bipont. et Franz.—4 'Ita codd. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. *prius quam aras* Harduini codd. et Chiffi. item Harduin.

#### NOTÆ

vabimus ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Ea est cum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum malefacit, inferiorem non attingit,' &c. Vide quæ de terra cariosa diximus XVII. 3. Theophr. de Causis III. 28. p. 293. id terræ genus ἀμπεργον vocat, et vehementer improbat. Catonis verba sunt loc. cit. 'Agrum frumentarium cum aras, bene et tempestive ares: sulco vario ne ares.'

<sup>c</sup> *Tepidioribus*] Virgilius Georg. 1. 43. 'Vere novo, gelidus canis cum montibus humor liquitur, et Zephyro putris se gleba resolvit: Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.' Vide Colum. II. 4. 'quo

anni tempore campi arandi sint.'

<sup>d</sup> *Lutosam*] Pallad. lib. II. in Januar. c. 3. p. 38. 'Observandum est, ne lutosus ager aretur... Nam terra, quæ lutosa tractatur in primordio, fertur toto anno non posse tractari.' Columellam uterque sequitur, II. 4. 'Quandocumque arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant... Nam quæ limosa versantur arva, toto anno desinunt posse tractari: nec sunt habilla sementi, aut occationi, aut sationi. At rursus quæ varia subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur.'

<sup>e</sup> *Proscindito*] Varro 1. 19. 'Terram cum primum arant, proscindere appellant.'

vactum<sup>f</sup> vocatur. Hoc in novali æque necessarium est.<sup>5</sup> Novale est,<sup>g</sup> quod alternis annis seritur. Araturos<sup>h</sup> boves quam arctissime jungi oportet, ut capitibus sublatis arent: sic minime colla contundunt. Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis<sup>i</sup> capistrari,<sup>6</sup> ne germinum tenera præcerpant. Serriculam<sup>j</sup> insitivam<sup>7k</sup> pendere, qua intercidentur radices. Hoc melius, quam conveili aratro, bovesque luctari. In arando versum<sup>l</sup> peragi, nec strigare<sup>m</sup> in actu



1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atque requieto necessarium est* Gronov. et al. vett.—6 Chiffi. *capistrantur*.—7 *Securiculam insitivam* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ‘Cod. Reg. 2. et Editio princeps, *Sericulam*. Pro *insitivam*, mallet Pintianus, *in stiva*; et probabilis est ejus

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Vervactum*] Quasi vere actum, hoc est, aratum.

<sup>g</sup> *Novale est*] Ager novalis proprie is est, qui nunquam antea proscissus, nunquam cultus. Sic Plinius ipse alibi vocat agrum novalem, unde vetus sylva excisa est: sed usu tamen auctorum jam vox traducta est ad signandum agrum illum, qui alternis cessat, alternis seritur. Gaius Dig. lib. L. tit. de verb. signif. leg. ‘Sylva:’ ‘Novalis est terra præcisa, quæ anno cessavit, quam Græci *véakiv* vocant.’ Lege *véaov*. Glossæ: *véaovis*, *novalia*, *novalis terra*. Festus: ‘Novalis ager, novæ relictus sementi.’ Isidorus: ‘Novalis ager est primum proscissus, sive qui alternis vacat, novandarum sibi virium causa. Novalia enim semel cum fructu erant, et semel vacua.’

<sup>h</sup> *Araturos*] Colum. de Re Rust. II. 2. p. 43. ‘Igitur in opere boves arcte junctos habere convenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, et elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur, jugumque melius aptum cervicibus insidat: hoc enim genus juncturæ maxime probatum est.’

<sup>i</sup> *Fiscellis*] Sunt veluti sportæ quædam e viminibus funiculisve contextæ, quibus ora boum, equorum, mulorumque cernimus capistrari. Acceptum hoc a Catone cap. 54. ‘Boves fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, cum arabunt.’ Græcis *φιμύς* dicitur.

<sup>j</sup> *Serriculam* [*Securiculam*] Dolabram vocat Columella loc. cit. p. 45. ‘Nec minus dolabra,’ inquit, ‘quam vomere bubulcus utatur, et præfractas stirpes summasque radices, quibus ager arbusto consitus implicatur, omnes refodiat, ac persequatur.’ Mss. omnes, *sericulam*, forte pro *serriculam*, quam serrulam minorem in instrumento rustico Palladius vocat, lib. I. cap. ult.

<sup>k</sup> *Insitivam*] Ita Mss. quidem: sed cum Pintiano malim, *in stiva*.

<sup>l</sup> *In arando versum*] Alii versuram vocant, cum, sulco ad finem perducto, iterum eo revertimur, unde arationis principium est susceptum. Colum. II. 2.

<sup>m</sup> *Nec strigare*] Nec requiescere, aut cessare imperfecto sulci versu, qui uno veluti spiritu agendus est.

spiritus.<sup>8</sup> Justum est proscindi sulco dodrantali<sup>n</sup> jugerum uno die, iterari sesquijugerum, si sit facilitas soli: si minus, proscindi semissem,<sup>o</sup> iterari assem, quando et animalium labori natura leges statuit. Omne arvum<sup>p</sup> rectis sulcis, mox et obliquis subigi debet. In collibus<sup>q</sup> transverso tantum monte aratur, sed modo in superiora, modo in inferiora, rostrante vomere.<sup>r</sup> Tantumque est laboris homini, ut etiam boum vice fungatur. Certe sine hoc animali montanæ gentes sarculis arant.<sup>s</sup> Arator, nisi<sup>t</sup> incurvus, prævaricatur. Inde



conjectura.' Brotier. *Sericulam* etiam Chiffi.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. item Pellicerius, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *nec striare in actu sapius* Gronov. et al. vett.—9 Vet. Dalec. *reptante vomere*.—

## NOTE

Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>n</sup> *Sulco dodrantali*] Sulco novem pollicibus alto, sen pedis unius, ut vocant, tribus quartis. Inter duos porro sulcos terra eminens, id enim monere obiter operæ pretium est, porca vocatur: hoc est, 'medius cumulus, qui inter duos latius distantes sulcos,' ut ait Colum. 1. 4. 'siccam sedem frumenti præbet.'

<sup>o</sup> *Proscindi semissem*] Hoc est, jugeri partem mediam proscindi: iterari totum. As enim pro integra quacumque accipitur, quam in semisses duas, unciasque duodecim, et partes alias, ita ut assem, antiqui dividebant.

<sup>p</sup> *Omne arvum*] Præceptum illud Virgilianum est, Georg. 1. 65. 'Neque illum Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo: Et qui proscisso quæ suscitât æquore terga, Rursus in obliquum verso prorumpit aratro, Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.' Adi et Colum. 11. 2. p. 44. 'Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisque versibus obliquum tenere aratrum, et alternis recto plenoque sulcare: sed ita necubi crudum solum et

immotum relinquat, quod agricolæ scamnum vocant.'

<sup>q</sup> *In collibus*] Aliquanto planius Columella idem 11. 4. pag. 48. a quo Plinius hæc mutuatur: 'Sed in arando maxime est observandum, semper ut transversus mons sulcetur. Nam hac ratione difficultas acclivitatis infringitur, laborque pecudum et hominum commodissime sic minuitur. Paulum tamen quotiescumque iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora clivi, obliquum agi sulcum oportebit, ut in utramque partem rescindamus, nec eodem vestigio terram moliamur.'

<sup>r</sup> *Rostrante vomere*] Rostrum oblique impingente vomere. Vel *rostrato* forte *vomere* dixit, hoc est, simplici, non aurito, quo utuntur in planis, auctore Palladio, lib. 1. cap. ult.

<sup>s</sup> *Sarculis arant*] Ut aute dictum est cap. 18.

<sup>t</sup> *Arator, nisi*] Proverbi speciem, inquit Erasmus, Chiliad. 1v. Cent. 5. adag. 85. pag. 869. habet quod refert Plinius: Arator, nisi incurvus, prævaricatur. Præcipit ut arator arvum primum rectis sulcis proscindat: mox et obliquis subigat: id fieri vix po-

translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque<sup>10</sup> caveatur, ubi inventum est. Purgat vomerem subinde stimulus cuspidatus-rallo.<sup>10v</sup> Scamna<sup>w</sup> inter duos sulcos cruda ne relinquuntur, glebæ ne exulent. Male aratur<sup>x</sup> arvum, quod satis frugibus occandum est. Id demum<sup>y</sup> recte subactum erit, ubi non intelligitur utro vomer ierit. In usu est et collicias<sup>z</sup> interponere, si ita locus poseat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam educant.<sup>11</sup>

(XX.) Aratione per transversum iterata,<sup>a</sup> occatio sequi-



10 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiff. et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ralla* Gronov. et al. vet. *ralla* al. ap. Dalec. Ita quoque Nic. Heinsius. Vid. Syllog. Epist. tom. III. p. 132.—11 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *deducant*

#### NOTÆ

test, nisi toto corpore incumbat labori: unde et Virgilio dictus 'Curvus arator.' Ceterum prævaricari est a recto sulcō divertere. Unde et in causis prævaricari dicuntur, qui causam diversam adjuvant. Videlicet hoc est illud quod ait Plinius, 'Inde translatum hoc crimen in forum.'

<sup>10</sup> *Ibi itaque*] In agro, unde in forum translata parœmia.

<sup>v</sup> *Cuspidatus rallo*] Hoc est, rallo præfixus. Est autem rillum ferramentum quo raditur vomer, et inlærente terra liberatur, atque purgatur, ut Turnebus admonet, Advers. XXIV. 1. p. 809.

<sup>w</sup> *Scamna*] Agricolaæ scamna appellant grandiores glebas, quæ solent excitari prima aratione, cum in proscisso crudum solum immotumque relinquuntur: quod cavendum esse præcipit lex rusticationis. Hac voce utitur Columella II. 2. pag. 44. ut paulo ante retulimus, et alibi passim.

<sup>x</sup> *Male aratur*] Colum. II. 4. p. 46. 'Sed et compluribus iterationibus sic resolvatur vervactum in pulverem, ut vel nullam, vel exiguam desideret occasionem, cum seminaverimus. Nam

veteres Romani dixerunt male subactum agrum qui satis frugibus occandus sit.'

<sup>y</sup> *Id demum*] Colum. loc. cit. 'Pinguet campi tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, ut vix dignoscatur in utram partem vomer actus sit: quoniam sic omnes radices herbarum perruptæ necantur.'

<sup>z</sup> *Et collicias*] In agris collicia sunt sulci ampliores, qui et porcæ dicti, per quos aquam delibabant. In urbibus collicia, sive conlicia, sive colliquia, dicebantur olim canales, qui aquam e stillicidio defluentem excipiebant. Columella II. 8. 'Cavebitur, ut patentés liras, crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.' Festus: 'Elices, sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris.' Simili forma et 'indices' dicti canales, 'in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti,' ex eodem Festo.

<sup>a</sup> *Aratione . . . iterata*] 'Offeringi' autem 'terra dicitur,' auctore Festo,

tur,<sup>b</sup> ubi res pōscit, crate vel rastro: et sato semine iteratio. Hæc quoque ubi consuetudo patitur, crate contenta,<sup>12 c</sup> vel tabula aratro annexa, quod vocant lirare,<sup>d</sup> operiente semina:<sup>13</sup> unde primum appellata deliratio<sup>e</sup> est. Quarto seri sulco<sup>f</sup>. Virgilius existimatur voluisse, cum dixit optimam esse segetem, quæ bis Solem, bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut plerumque in Italia, quinto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono. At fabam et viciam non proscisso serere sine damno, compendium operæ est.



Gronov. et al. vett.—12 ‘Ita bene Mss. Reg. Ambrosian. Editio princeps et Cl. Rezzoniens. Cratē contentam dicit Plinius, quæ solida textura, neque ampla, hominem stantem vix excipiat. Hujus cratis contentæ, ut et tabulæ aratro annexæ, quæ plana sunt instrumenta, usus adhuc est apud Comenses, Mediolanenses, et finitimos agrorum cultores.’ Brotier. ‘Codex Pintiani, crate contenta; unde ille contexta. Sed ‘cratis contenta,’ ut ‘contentus funis,’ cratis extenta.’ Nic. Heinsius. Vid. Adv. III. I. p. 394. crate dentata Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—13 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. operientes semina Gronov. et al. vett. ‘Alii, operiente, sub. ‘crate,’ vel ‘tabula.’ Lego, operiente

## NOTÆ

‘cum iterum transverso sulco aratur.’

<sup>b</sup> Occatio sequitur] Græci βωλοκοπίαν vocant, qua franguntur glebæ: occare Galli, herse: occam, une herse: unde hercia, et herciare: de quibus V. Cl. Du-Cangius in Glossario consulendus.

<sup>c</sup> Crate contenta [dentata] Hinc ‘bidentare’ veteres occare dicebant, quod occa dentata infringebantur iterum glebæ. Glossæ Philoxeni: Σκαφερός Fossura, bidentatio, occatio, iteratio.

<sup>d</sup> Quod vocant lirare] Varro de Re Rust. I. 29. ‘Tertio cum arant jacto semine, boves lirare dicuntur, id est, cum tabellis additis ad vomerem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas, quo pluvialis aqua delabatur.’

<sup>e</sup> Deliratio] Quare a lira, rectoque sulco discedere.

<sup>f</sup> Quarto seri sulco] Hoc est, post quartam arationem, ut dictum est c. 35. Virgillii locus est e Georg. I. 47. ‘Illa seges demum votis respondet avari Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit.’ Qua loquendi forma nihil aliud voluit is intelligi, quam quater sive quadriduo proscindi terram oportere: ut bis diurnum vernæ tempestatis teporem, bis nocturnum ejusdem frigus sentiat. Sed longe aliter hunc poëtæ locum vulgus interpretum accipit. Sic Columella I. 11. ‘primo vel altero sulco seri ciceram’ dixit, ‘mense Martio.’ Hoc est, terra semel iterumve arata. Plinius ipse supra, de naxis c. 35. ‘Diligentiores quinto sulco napum seri jubent, rapa quarto.’ Et c. 37. ‘Vicia uno sulco sata non sarritur,’ &c. Atque hoc ipso loco plane statim, ‘Quinto sulco seri,’ &c.

Non omitemus unam etiamnum arandi rationem, in Transpadana Italia bellorum injuria excogitatam. Salassi cum subjectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque jam excrescens tentavere.<sup>8</sup> Postquam respuebat natura, inararunt. At illæ messes multiplicatæ docuere, quod nunc vocant artrare,<sup>14</sup> id est, aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, cum<sup>15</sup> jam is bina ternave emiserit folia. Nec recens subtrahemus exemplum; in Treverico agro tertio ante hunc annum<sup>1</sup> compertum: Nam cum hyeme prægelida captæ segetes essent, reseverunt, resarrientes<sup>16</sup> campos mense Martio, uberrimasque messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

L. (XXI.) Siliginem, far, triticum, semen hordeum occato, sarrito, runcato, quibus dictum erit<sup>j</sup> diebus. Singulæ operæ<sup>k</sup> cuique generi in jugero sufficient. Sarculatio<sup>l</sup> induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis, novosque Soles admittit. Qui sarriet,<sup>m</sup> caveat ne frumenti radices suffodiat. Triticum, hordeum, semen, fabam bis sarrire<sup>n</sup> melius. Runcatio,<sup>o</sup> cum seges in articu-



*semina, quod lirare vocant, &c. Vid. Varr. c. 29. Dalec.—14 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. multiplicatæ docet quod nunc voc. aritare cod. Dalec. duplicatæ docuere, quod n. v. artrare Gronov. et al. ante Harduin.—15 Vet. Dalec. vel cum.—16 Chiffi. et scient.*

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Tentavere*] Subintellige, depopulari, immisso, ut fit, exercitu.

<sup>b</sup> *Artrare*] Hoc est, segetes jam natas rursus arando proscindere.

<sup>l</sup> *Ante hunc annum*] Qui urbis annus erat DCCCXXX. ut diximus XIV. 5.

<sup>j</sup> *Quibus dictum erit*] Cap. 65.

<sup>k</sup> *Singulæ operæ*] Panlo aliter Columella II. 13. cui titulum fecit, 'Pro modo cujusque agri quot operæ desiderentur.'

<sup>l</sup> *Sarculatio*] Sive sarritio.

<sup>m</sup> *Qui sarriet*] Colum. II. 12. pag. 65. Palladius, lib. II. in Januar. cap.

9. p. 39. 'Sarculanda frumenta: quod opus plerique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidantur, et necentur frigore subsequuto: mihi autem videtur herbosis locis tantum esse faciendum.'

<sup>n</sup> *Fabam bis sarrire*] Ter sarriendam monet Colum. II. 12. pag. 66. Palladius, bis; lib. II. in Januar. tit. 9. p. 39.

<sup>o</sup> *Runcatio*] Columella II. 12. 'Subjungenda sarritioni runcatio,' &c. De runcatione dixi c. 38.



lo<sup>p</sup> est, evulsis inutilibus herbis, frugum radicem<sup>1</sup> vindicat, segetemque discernit a cespite. Leguminum cicer eadem, quæ far, desiderat. Faba runcari<sup>q</sup> non gestit, quoniam evincit herbas.<sup>2</sup> Lupinum runcatur tantum.<sup>r</sup> Milium, et panicum<sup>3</sup> occatur, et sarritur: non iteratur, non runcatur. Silicia<sup>4s</sup> et faseoli occantur tantum. Sunt genera terræ, quarum ubertas pectinari<sup>t</sup> segetem in herba cogat: (cratis et hoc genus, dentatæ stylis ferreis:) eademque<sup>s</sup> nihilominus et depascuntur.<sup>u</sup> Quæ depasta sunt, sarculo iterum excitari necessarium. At in Bactris, Africa, Cyrene,<sup>6</sup> omnia hæc supervacua fecit indulgentia cœli, et a semente<sup>7</sup> non nisi messibus<sup>8v</sup> in aream redeunt: quia siccitas coërcet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius<sup>w</sup> alternis cessare arva suadet: et hoc,<sup>9</sup> si patiantur ruris



CAP. L. 1 Chiff. radices.—2 'Ita cod. Reg. 2.' Brotier. non gestit, quoniam evincit herbas: lupinum Gronov. et al. vett. non gestit: quoniam evincit herbas lupinum, runcatur, &c. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Pro runcatur, cod. Dalec. non occatur; Chiff. vocatur, et in emend. occatur.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Milium, panicum Gronov. et al. vett.—4 Dalec. siliqua, id est, dolichus.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. eadem Gronov. et vett.—6 Cyrenis Chiff. Mox, superracua terris fecit cod. Dalec.—7 Gronov. et al. ante Harduin. et semente.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. nonis mensibus Gronov. et al. vett.—9 In cod.

## NOTÆ

<sup>p</sup> Cum seges in articulo] Cum seges in articulum ierit, ut loquitur Columella loc. cit. hoc est, cum nodum fecerit. Plinius ipse supra, c. 45. 'Si in articulum seges ire cœperit.'

<sup>q</sup> Faba runcari] Vide Notas et Emend. num. 19. Cur porro faba runcari non gestiat, in causa est, inquit Columella II. 12. ex Corn. Celsi sententia, quod internatæ herbæ feno reserventur. At Columella frugibus his detrahi plurimum scribit, si runcatio relinquatur.

<sup>r</sup> Runcatur tantum] Non sarculatur.

<sup>s</sup> Silicia] Hoc est, fœnum Græcum, de quo c. 39.

<sup>t</sup> Pectinari] Dentata crate agitari. Ovid. de Remed. 192. 'Et tonsam raro pectine verrit humum.'

<sup>u</sup> Depascuntur] Immissis, ut dictum est, in arva perudibus.

<sup>v</sup> Non nisi messibus] Hoc est, messis tempore. Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>w</sup> Virgilius] Georg. I. 71. 'Alternis idem tonsas cessate novales Et segnem patiere diu durescere campum. Aut ibi flava seres mutato sidere farra, Unde prius lætum siliqua quassante legumen, Aut tennes fœtus vicinæ, tristisque lupini Sustuleris fragiles calamôs, sylvamque sonantem.'

spatia, utilissimum procul dubio est. Quod si neget conditio, far serendum, unde et lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, et quæ terram faciunt <sup>10</sup> lætiorem. Inprimisque et hoc notandum, quædam propter alia seri obiter: sed parum provenire priori diximus\* volumine, ne eadem sæpius dicantur: plurimum enim refert soli cujusque ratio.

LI. (XXII.) Civitas Africæ in mediis arenis, petentibus Syrtes Leptinque magnam,<sup>1</sup> vocatur Tacape, felici super omne miraculum riguo solo: ternis fere millibus passuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis dispensatur<sup>2</sup> inter incolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, fico Punica, illi vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno: omniaque aliena umbra aluntur. Quaterna cubita<sup>a</sup> ejus soli in quadratum, nec ut a porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denariis<sup>b</sup> venundantur. Super omnia est, bifera vite,<sup>3</sup> bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus.<sup>4</sup> Nunc vero toto anno metitur aliquid: constatque fertilitati non occurrere<sup>5</sup> homines. Aquarum quoque differentia magna riguis. Est in Narbonensi<sup>6</sup> provincia nobilis fons, Orge nomine est: in eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, ut mersis

Dalec. desunt et hoc.—10 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. terram faciant Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. LI. 1 Chiffi. magna.—2 Franz. sed ceteris horarum, &c. Chiffi. sed et certis hor. spat. dispensatur.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiffi. biferam vitem Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 Cod. Dalec. pereat luxuria fructus.—5 Vet. Dalec. præcurrere.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. magna riguis est. In Narbonensi Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

\* *Priori diximus*] Libro sup. initio c. 7. 'Necnon et satis quibusdam ipsis pasci terram dixit. Segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia,' &c.

<sup>a</sup> *Quaterna cubita*] Petita mensura

ex hominis vendentis cubito, ac ne porrectis quidem digitis, sed iisdem in pugnum contractis.

<sup>b</sup> *Quaternis denariis*] Asses sunt monetæ nostræ tricenii bini.

capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali. Ergo suam quisque terram aquamque noverit.

LII. (XXIII.) Si fuerit illa terra, quam appellavimus<sup>c</sup> teneram, poterit sublato<sup>r</sup> hordeo milium seri: eo condito, rapa:<sup>2</sup> his sublatis, hordeum vel triticum, sicut in Campania: satisque talis terra aratur, cum seritur. Alius ordo: ut ubi adorem fuerit, cesset quatuor mensibus hybernis, et vernam fabam recipiat, ita ut ante hyemalem<sup>d</sup> ne cesset. Nimis pinguis<sup>3</sup> alternari potest ita, si frumento sublato legumen tertio seratur. Gracilior et in annum tertium cesset. Frumentum quidam seri<sup>4</sup> vetant, nisi in ea quæ proximo anno quieverit.

LIII. Maximam hujus loci partem stercorationis obtinet ratio, de qua et priore diximus<sup>e</sup> volumine. Hoc tantum enim<sup>r</sup> in confesso est, nisi stercolato<sup>f</sup> seri non oportere, quanquam et hic leges sunt propriæ. Milium, panicum, rapa, napus, nisi in stercoratione non seritur.<sup>2</sup> Non stercolato frumentum potius quam hordeum serito. Item in novalibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eandem ubicumque quam recentissime stercolato solo. Autumno aliquid saturus, Septembri mense fimum inaret<sup>3</sup> post im-



CAP. LII. 1 Chiff. *sublecto*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *raphanus* Gronov. et vulgg. Mox, *his sublectis* Chiff. —3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut ante . . . cesset. Nec non nimis pinguis* Gronov. et al. vett. *Nec non deest* in Chiff. Mox, Chiff. *potest. Ita fit fr. sublecto*.—4 Chiff. *seri quidem*.

CAP. LIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *Hoc tantum unum* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—2 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Chiff. *serantur* Edd. vett. et Har-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Quam appellavimus*] Lib. xvii. Circumpadanæ Italiæ ritu. Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>d</sup> *Ita ut ante hyemalem*] Ita ut ante hyemalis fabæ proventum duret. Hyemalis faba ea est, quam superius dixit c. 30. seri ante Vergiliarum occasum, ut antecedit hyemem. Verna, quam Virgilius seri per ver jubet,

<sup>e</sup> *Priore diximus*] Lib. xvii. c. 6.

<sup>f</sup> *Nisi stercolato*] Theophr. Hist. VIII. 6.

<sup>g</sup> *Fimum inaret*] Columella II. 12.

<sup>h</sup> *Dijectum protinus fimum inarari et obrui* convenit, ne Solis halitu vi-

brem. Utique si verno erit saturus, per hyemem fimum disponat. Justum est<sup>h</sup> vehes octodecim jugero tribui: dispergere autem priusquam arescat,<sup>4</sup><sup>i</sup> aut jacto semine.<sup>5</sup> Si hæc omissa sit stercoreatio, sequens est,<sup>j</sup> priusquam sarrat, aviarii pulvere. Quod ut<sup>6</sup> hanc<sup>k</sup> quoque curam determinemus, justum est singulas vehes fimi denario ire,<sup>l</sup> in singulas pecudes minores; in majores, denas: nisi contingat hoc, male substravisse pecori colonum appareat.<sup>7</sup> Sunt qui optime stercoreari putent, sub dio retibus<sup>8</sup><sup>m</sup> inclusa pecorum mansione. Ager<sup>n</sup> si non stercoreatur,<sup>9</sup> al-

//////////

duin.—3 Chiffi. *inarguet*.—4 Idem codex, *prius quam ares; prius quam serat* Dalec. e Colum.—5 Ita cold. Harduini et Chiffi. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aut jactato semine* Gronov. et al. vett.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *serat, ante pulverem*. Quod ut Gronov. et vulgg. *serat, ante pluerit*. Sed ut al. ap. Dalec.—7 Dalec. *apparet*.—8 Ita Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. et Bipont. *sub dio nunc retibus* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *sub dio cratibus* Vet. Dalec. Vid. Nic. Heins. Adv. III. 1. p. 394.—9 Chiffi. *si non fuerit stercoreatus*.

#### NOTÆ

res remittat: et ut permixta humus prædicto alimento pinguescat,<sup>h</sup> &c.

<sup>h</sup> *Justum est*] Colum. loc. cit. 'Juggerum autem desiderat, quod spissius stercoreatur, vehes quatuor et viginti: quod rarius, duodeviginti.' Idem XI. 2. in Novembri, subdit, 'Vehes autem stercoreis habet modios octoginta.' Vehis aliud nihil fuit quam plaustrum onus, *une charetée*, et quidem quantum protelo bonum vehi solet. Cod. Theod. lib. XIV. tit. 6. leg. 1. 'Coctoribus calcis per ternas vehes singulæ amphoræ vini præbeantur: Vecturariis vero amphora . . . A Vecturariis etiam trecentos boves præcipimus dari.'

<sup>i</sup> *Priusquam arescat*] Ne Solis halitu, ut dictum est, vires remittat: 'Itaque,' ut subdit Columella loc. cit. 'cum in agro disponentur acervi stercoreis, non debet major modus eorum dissipari, quam quem bulbulci eodem die possint obruere. Sed disjectum protinus fimum inarari et

obruui convenit, ne Solis halitu vires amittat, et ut permixta humus prædicto alimento pinguescat.'

<sup>j</sup> *Sequens est*] Secunda stercoreatio fiet, ante sarritionem, jacto pulvere ex aviariis. Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>k</sup> *Quod ut hanc*] Hoc est, *Sed ut hanc*. Cicero Ep. XIV. 4. 'Quod utinam minus vitæ cupidus fuisset.'

<sup>l</sup> *Denario ire*] Hoc est, venire denario singulas fimi vehes, quas tricenis diebus singulæ pecudes minores efficiunt: denario item denas, quas pecudes majores pariter mense reddunt. Colum. II. 15. 'Parum autem diligentes existimo esse agricolas, apud quos minores singulæ pecudes tricenis diebus minus quam singulas, itemque majores denas vehes stercoreis efficiunt,' &c.

<sup>m</sup> *Retibus*] Vel, ut fere fit, *cratibus*.

<sup>n</sup> *Ager*] Colum. II. 16. 'Nec ignorare colonos oportet, sicuti refriges-

get: si nimium stercoratus est, aduritur: satiusque est id sæpe, quam supra modum facere. Quo calidius ° solum est, eo minus addi stercoris, ratio est.

LIV. (XXIV.) Semen optimum<sup>p</sup> anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile. Et in uno omnium definita genere ratio est: quod in ima<sup>q</sup> area subsedit,<sup>1</sup> ad semen reservandum est. Id enim optimum, quoniam gravissimum: neque alio modo utilius discernitur.<sup>2</sup> Quæ spica per intervalla semina habebit, abjicitur. Optimum granum<sup>r</sup> quod rubet, et dentibus fractum,<sup>3</sup> eundem habet colorem: deterius, cui plus intus albi est. Certum terras<sup>s</sup> alias plus seminis recipere, alias minus. Religiosumque<sup>t</sup> inde primum colonis augurium, cum avidius accipiat, esurire creditur, et comesse semen. Sationem locis humidis celerius fieri ratio est, ne semen imbre putrescat: siccis



CAP. LIV. 1 Cod. Dalec. *arca subsedit*.—2 Cod. Dalec. *dispergitur*. Franz. *discernituo*.—3 Cod. Dalec. *et dein fractum*.—4 Nic. Heinsius, Adv.

#### NOTE

cere agrum, qui non stercoretur: ita peruri, si nimium stercoretur: magisque conducere agricolæ frequenter id potius, quam immodice facere.<sup>7</sup>

° *Quo calidius*] Colum. loc. cit. ‘Nec dubium quin aquosus ager majorem stercoris copiam, siccus minorem desideret: alter, quod assiduus humoribus rigens hoc adhibito regulatur: alter, quod per se tepens siccitatibus, hoc assumpto largiore, torretur: propter quod nec deesse ei talem materiam, nec superesse oportet.’

<sup>p</sup> *Semen optimum*] Hæc a Theophr. Hist. VIII. 11. Eadem habet auctor Geopon. II. 14. p. 52.

<sup>q</sup> *Quod in ima*] Tractat hoc diserte Columella II. 9. ‘Optimam quamque spicam legere oportet . . . et semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen re-

servandum . . . Neque enim dubium est, ex robusto semine posse fieri non robustum: quod vero protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Ideoque Virgilius, cum et alia, tum et hoc de seminibus præclare sic disseruit: ‘Vidi ego lecta diu, et multo spectata labore Degenerare tamen, ni vis humana quotannis Maxima quæque manu legeret: sic omnia fati In pejns ruere, ac retro snblapsa referri.’<sup>7</sup>

<sup>r</sup> *Optimum granum*] Colum. II. 9. ‘Granum autem rutilum, si cum diffissum est, eundem colorem interiorum habet, integrum esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leve ac vanum intelligi debet,’ &c.

<sup>s</sup> *Certum terras*] Theophr. Hist. VIII. 6.

<sup>t</sup> *Religiosumque*] Ridet id merito Theophr. loc. cit.

serius, ut pluviae sequantur; ne diu jacens atque non concipiens, evanescat.<sup>4</sup> Itemque festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipiat: serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis quoque cujusdam est, æqualiter spargere.<sup>5</sup> Manus utique congruere debet cum gradu, semperque cum dextro pede. Fit quoque<sup>u</sup> quorundam occulta ratione, quod sors<sup>6</sup> genialis atque foecunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida, neque ex præcocibus in serotina: idque in contrarium præcepere quidam falsa diligentia.

LV. Serere in jugera<sup>a</sup> temperato solo<sup>1</sup> justum est tritici aut siliginis modios v. farris, aut seminis, (quod frumenti genus ita appellamus,)<sup>b</sup> x. Hordei vi. Fabæ<sup>c</sup> quintam partem amplius quam tritici: viciæ xii.<sup>d</sup> ciceris et cicericulæ,<sup>e</sup> et pisi, iii. lupini x.<sup>f</sup> lentis iii. sed hanc cum fimo arido seri volunt: ervi vi.<sup>g</sup> siliciæ vi.<sup>h</sup> faseolorum iv. pa-

iii. 8. p. 460. conj. *eviescat*: quem consule.—5 Ita Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. et Bipont. *est, spargere* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. —6 Chiffi. *fors*.

CAP. LV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in jugero*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Fit quoque*] Fit ex arte quadam occulta, inditoque a natura solerti membrorum motu, satio læta et foecunda.

<sup>a</sup> *Serere in jugera*] Colum. ii. 9. p. 51. 'Jugenum agri pinguis plerumque modios tritici quatuor; mediocris,' sive temperati, 'quinque postulat: adorei modios novem, si est lætum solum,' &c. Idem p. 55. de hordeo: 'Jugenum sex modios postulat.' Vide et Varron. de Re Rust. i. 44.

<sup>b</sup> *Ita appellamus*] Appellavimus sane c. 19.

<sup>c</sup> *Fabæ*] Ita fere Colum. ii. 10. p. 57.

<sup>d</sup> *Viciæ XII.*] Subintellige, modios, ut in sequentibus.

<sup>e</sup> *Cicericulæ*] Colum. ii. 10. p. 61. 'Cicericulæ, quæ piso est similis . . . tres modii jugerum implent.' Ac paulo post de cicere, p. 61. 'Jugero modii tres abunde sunt.' De lupino, p. 57. 'Jugenum decem modii occupant.' Et pag. 59. de lente: 'Jugenum agri paulo plus quam modius occupat.' Et pag. 57. de faseolis idem cum Plinio sentit: de milio quoque, et panico, pag. 56. Vide rursus eundem Colum. in Octobri, xi. 2.

<sup>f</sup> *Lupini X.*] Colum. ii. 10. de lupino: 'Jugenum decem modii occupant.' Et mox de piso: 'Eadem mensura jugerum, vel modio minus quam phaselum, licet obserere.'

<sup>g</sup> *Ervi VI.*] Quinque duntaxat modios desiderat Palladius lib. ii. in Ja-

buli xx. mili, panici, sextarios quatuor.<sup>2</sup> Pingui solo plus, gracili minus. Est et alia distinctio: in denso, aut cretoso, aut uliginoso solo, tritici aut siliginis modios sex: <sup>i</sup> in soluta terra, et sicca,<sup>3</sup> et læta, quatuor. Macies enim <sup>j</sup> soli, nisi rarum <sup>4</sup> culmum habeat, spicam minutam facit et inanem. Pinguia arva ex uno semine <sup>5</sup> fruticem numerosum fundunt, densamque segetem e raro semine emittunt. Ergo inter quatuor et sex modios pro natura soli, alii quinque non minus seri, pluresve præcipiunt: item in consito, aut clivoso, ut in macro.<sup>6</sup> Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum: 'Segetem ne defruges.'<sup>k</sup> Adjecit iis Accius <sup>7</sup> in Praxidico, 'ut sereretur, cum Luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario.' Zoroastres, 'Sole duodecim partes Scorpionis transgresso, cum Luna esset in Tauro.'

LVI. Sequitur huc dilata et maxima indigens cura de tempore fruges serendi quæstio, magnaque ex parte ratione



*temperati soli* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. *sex*.—3 'Ita bene codd. Regg. Lang. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Vet. Pintiani. *in soluta terra nuda, et sicca* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et nuda, et sicca* al. edd. ante Pintian.—4 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *Macrum enim solum nisi rarum* Chiffli. *Macies enim soli major, nisi rarum* Gronov. et al. vett.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ex una seminis radice* Gronov. et al. vett.—6 Dalec. *aut in macro*.—7 Vet. Dalec. *iis Actius*; Chiffli. *his Artius*.

## NOTE

nnar. c. 8. de ervo.

<sup>h</sup> *Silicizæ VI.*] Hoc est, fœni Græci. Ita Palladius loc. cit. cap. 7. p. 39.

<sup>i</sup> *Modios sex*] Vide Notas et E-mend. nnn. 23.

<sup>j</sup> *Macies enim*] Colum. 11. 9. 'Et e contrario macer locus tantumdem seminis poscit. Nam nisi rare conseritur, vanam et minutam spicam facit. At ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit, etiam ex rara segete densam facit.'

<sup>k</sup> *Segetem ne defruges*] Ex Catone de Re Rust. cap. 5. 'Segetem ne de-

frugret: nam id infelix est.' Defrugare segetem videtur, inquit Hermolaus, qui vel nimia fœtura exinanit agros, vel per incitiam, aut negligentiam perdit. Mss. quidem omnes, *defruges*, præ se ferunt. At Catonis, ut quidam aiunt, antiqui libri *defrudet*. Atque ut defrudat, sive defraudat, genium suum homo, qui sibi non indulget, et misere vivit, et tanquam demenso suo detrahit; idem facit, inquit, qui segeti et agro culturam et opera justa non tribuit, sed vel de aratione, vel lætamine, vel semente deducit.

siderum connexa. Quamobrem sententias omnium inprimis ad id pertinentes exponemus. Hesiodus, qui princeps omnium<sup>1</sup> de Agricultura præcepit, unum tempus serendi tradidit a Vergiliarum occasu. Scribebat enim in Bœotia Helladis, ubi ita seri diximus.<sup>a</sup> Inter diligentissimos convenit, ut in alitum quadrupedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus et terræ. Hoc Græci ita definiunt: cum sit calida et humida. Virgilius<sup>b</sup> triticum et far a Vergiliarum occasu seri jubet, hordeum inter<sup>c</sup> æquinoctium autumnii et brumam: viciam vero,<sup>d</sup> faseolos et lentem, Boote occidente. Quo fit, ut horum siderum aliorumque exortus et occasus digerendi<sup>2</sup> sint in suos dies. Sunt qui et ante Vergiliarum occasum seri jubeant, duntaxat in arida terra, calidisque provinciis: custodiri enim semen, corrumpente humore,<sup>e</sup> et a proximo imbre uno die erumpere.

<sup>a</sup> Custodiri enim in arida terra semen, quemadmodum e contrario humore corrumpitur.

//////////

.. CAP. LVI. 1 Chiff. in emend. *primus hominum.*—2 Chiff. *dirigendi.*—

NOTÆ

<sup>a</sup> *Ita seri diximus*] Initio e. 10.

<sup>b</sup> *Virgilius*] Et eum secutus Colum. II. 8. p. 50. ‘Placet nostro potest adorem, atque etiam triticum, non ante seminare, quam occiderint Vergiliæ: quod ipsum numeris sic edisserit: ‘At si triticeam in messem, robustaque farra, Exercebis humum, solisque instabis aristis, Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.’ Absconduntur autem altero et trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod fere conficitur nono Kalend. Octobris,’ &c.

<sup>c</sup> *Hordeum inter*] Virgil. Georg. I. 208. ‘Libra die somnique pares ubi fecerit horas, Et medium luci atque umbris jam dividet orbem, Exercete, viri, tauros, serite hordea campis, Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.’

<sup>d</sup> *Viciam vero*] Idem ibid. vs. 227.

‘Si vero viciamque seres, vilemque faseolum, Nec Pelusiæ curam aspernabere lentis, Hand obscura cadens mittet tibi signa Bootes: Incipe, et ad medias sementem extende pruinas.’ Hoc est, ab occasu Bootæ, ad brumam usque, seri vicia, lens, fasculus, potest. Bootæ porro occasum, Arcturi intellige, quæ stella in Boote est. Dicemus de occasu eo c. 74.

<sup>e</sup> *Corrumpente humore*] Quod aliqui ab humore corrumpetur. Sunt hæc accepta a Colum. II. 8. ‘Si seri sunt imbres, quamvis sitiendi solo recte semen committitur: idque etiam in quibusdam provinciis, ubi status cæli talis est, usurpatur. Namque quod sicco solo ingestum et inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Atque



Alii statim ab occasu Vergiliarum sequi imbres, a septimo fere die. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni: in calidis serius, ne ante hyemem luxurient. Inter omnes autem convenit circa brumam<sup>f</sup> serendum non esse, magno argumento: quoniam hyberna<sup>3</sup> semina, cum ante brumam sata sint,<sup>4</sup> septimo die erumpant: si post brumam, vix quadragesimo. Sunt qui properent,<sup>5</sup> atque ita pronuntient, festinatam sementem sæpe decipere, serotinam semper. E contrario alii, vel vere potius serendum, quam malo autumno.<sup>5</sup> Atque ubi fuerit necesse, inter Favonium<sup>h</sup> et vernum æquinoctium.

Quidam, omissa cœlesti subtilitate, temporibus definiunt.<sup>6</sup> Vere linum,<sup>i</sup> et avenam, et papaver: atque, uti nunc etiam<sup>7</sup> Transpadani servant, usque in Quinquatrus:<sup>j</sup> fabam, siliginem, Novembri<sup>8</sup> mense: far Septembri extremo usque in Idus Octobris. Alii post hunc diem in Kalendaras Novembris. Ita his nulla naturæ cura est: illis nimia, et ideo cæca subtilitas: cum res geratur inter rusticos, literarumque expertes, non modo siderum. Et confitendum



3 Abundare hanc dictionem autumat Fulv. Ursin. ad Varr. pag. 46.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sata sunt* cod. Dalec. *nata sint* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini et Chiffli. *quam mule in autumno* Gronov. et vulgg.—6 'Ita bene cod. Reg. 2. Male recentiores editiones, *cœlesti cura, ut inutili, &c.*' Brotier. *cœlesti subtilitate, temp. serunt* Chiffli. *cœlesti cura, ut inutili, temporibus, &c.* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 *Vox etiam deest* in Chiffli.—8 *Novembre* Chiffli.—9 *Sed confiten-*

#### NOTÆ

ubi venit imber, multorum dierum sementis nno die surgit.' Eodem fere sensu legi hic posset, *non corruptente humore.*

<sup>f</sup> *Circa brumam*] Vide Notas et E-mend. num. 24. Accepta hæc maxima ex parte a Varrone de Re Rust. 1. 34.

<sup>5</sup> *Sunt qui properent*] Colum. xi. 2. 'Sed tum omnia in agricultura strenue facienda sunt, tum maxime sementis. Vetus agricolarum proverbium, Maturam sationem sæpe decipere solere: seram nunquam, quin

mala sit.'

<sup>h</sup> *Inter Favonium*] Quo tempore Favonii spirent, diximus II. 47.

<sup>i</sup> *Vere linum*] Virgilius tamen Georg. 1. 212. lini ac papaveris sationem autumno adjudicat.

<sup>j</sup> *Quinquatrus*] Dies festus Minervæ fuit: sic dictus, quod esset post diem quintum Idus Martias, hoc est, XIV. Kalend. Aprilis. Vide Voss. in Etymol. De his multa Ovid. Fast. III. 810. Festus, verbo 'Quinquatrus,' alii que.

est,<sup>9</sup> cœlo maxime constare ea: quippe Virgilio jubente prædisci ventos ante omnia ac siderum mores,<sup>10</sup><sup>k</sup> neque aliter,<sup>11</sup> quam navigantibus, servari. Spes ardua et immensa, misceri posse cœlestem divinitatem imperitiæ: sed contemplanda tam<sup>12</sup> grandi vitæ emolumento. Prius tamen<sup>13</sup> sideralis difficultas, quam sensere etiam periti, subjicienda contemplationi est: quò deinde<sup>14</sup> lætior mens discedat a cœlo, et facta<sup>15</sup> sentiat, quæ futura prænosci non possint.

LVII. (XXV.) Primum omnium dierum ipsorum anni Solisque motus prope inexplicabilis ratio est. Ad CCCLXV. adjiciunt etiamnum intercalarios<sup>1</sup><sup>a</sup> diei noctisque quadrantes. Ita fit, ut tradi non possint certa siderum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente,<sup>b</sup> nec paucis diebus, tempestatum significatu,<sup>2</sup> quod

//////////

*dum est* Vet. Dalec.—10 *Idem* Vet. *moras*.—11 Gronov. et al. ante Harduin. *non aliter*.—12 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.’ Brotier. *sed contemplanda tamen* cod. Dalec. *sed tentanda tam* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—13 *Plus tamen* cod. Dalec.—14 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. *quod deinde* Gronov. et al. vett.—15 Chiffli. *et facta*.

CAP. LVII. 1 Cod. Dalec. *intercalarios*.—2 Cod. Dalec. *significatione*.—

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Ac siderum mores*] Locus Virgillii est, Georg. I. 204. ‘Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis Hædorumque dies servandi, et lucidus Anguis, Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis Pontus, et ostriferi fauces tentantur Abydi.’

<sup>a</sup> *Intercalarios*] Dies intercalarius is est, qui quarto cuique anno vententi accessit, quem sex horæ appendices quater ductæ, hoc est, diei unius quadrans seu quarta pars quater repetita colligit.

<sup>b</sup> *Nunc præcurrente*] Nunc maturius et ante sui sideris tempus, ortumve et occasum, hyberna, æstivaque, ac ceteræ deinceps tempestates antevertunt: id quod Græci *προχέ-*

*μασι*: nunc tardius eadem alio anno recurrunt, quod *ἐπιχέμασι*, vel, ut alii, *μεταχέμασι* vocant. Festus, Paulusve: ‘Præsiderare dicitur, cum maturius hyberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus.’ Vegetius IV. 40. ‘Aut enim circa diem statutum, aut ante, vel postea, tempestates fieri compertum est: unde præcedentes, *προχέμασι*: nascentes die solenni, *ἐπιχέμασι*: subsequentes, *μεταχέμασι*, Græco vocabulo nuncupaverunt.’ Eleganter Columella in Præf. ‘Neque enim semper eundem cælum et annus velut ex præscripto habitum gerunt: nec omnibus annis eodem vultu venit æstas, aut hyems,’ &c.

προχίμασιν Græci vocant: nunc postveniente, quod ἐπιχίμασιν: <sup>3</sup> et plerumque alias citius, alias tardius cœli effectū ad terram deciduo: vulgo <sup>4</sup> serenitate <sup>c</sup> reddita confectum sidus audimus. Præterea cum omnia hæc statis sideribus cœloque affixis constant, interveniunt motu stellarum grandines, imbres, <sup>5</sup> et ipsi non levi effectū, ut docuimus, <sup>d</sup> turbantque conceptæ spei ordinem. Idque ne nobis tantum putemus accidere, et reliqua fallit animalia sagaciora <sup>e</sup> circa hoc, ut quo vita eorum constet: æstivasque alites præposteri aut præproperi rigores necant, hybernas æstus. Ideo Virgilius <sup>f</sup> errantium quoque siderum rationem ediscendam præcipit, admonens observandum frigidæ Saturni stellæ transitum. Sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis, papilionis proventum. Id eo ipso anno, <sup>g</sup> cum commentaremur hæc, notatum est, proventum eorum ter repetito frigore extinctum, advenasque volucres <sup>h</sup> ad VI. Kalendas Februarii spem <sup>6</sup> veris attulisse, mox sævissima hyeme conflictatas.

Res anceps: primum, omnium a cœlo peti legem: deinde eam argumentis <sup>a</sup> esse quærendam. Super omnia est mundi <sup>b</sup> convexitas, <sup>7</sup> terrarumque globi differentia, eodem sidere alio tempore aliis aperiente se gentibus: quo

<sup>a</sup> Certis signis.

<sup>b</sup> Cæli.



3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *prochimizin . . . epichimaziz* Gronov. et al. vett. Vid. Obs. Misc. tom. ix. par. 3. p. 406. 407.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *unde vulgo* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *motus stel. grandinum, imbrium*.—6 Vet. Dalec. *speciem*.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *convexitate* Gronov. et al. ante Harduin.—

#### NOTE

<sup>c</sup> *Vulgo serenitate*] Cum a sideribus oriri tempestates vulgus existimet, ubi hæc præteriere, et sua cœlo reddita serenitas est, tunc sidus confectum dicitur.

<sup>d</sup> *Ut docuimus*] Lib. xvii. c. 2.

<sup>e</sup> *Sagaciora*] In eo præensionum genere alioqui sagacissima.

*Delph. et Var. Clus.*

<sup>f</sup> *Ideo Virgilius*] Georg. i. 335.

<sup>g</sup> *Hoc metuens, cæli menses et sidera serva: Frigida Saturni quo sese stella recepit,* &c.

<sup>h</sup> *Id eo ipso anno*] Urbis dcccxxx. ut diximus xiv. 5.

<sup>h</sup> *Advenasque volucres*] Hirundines.

*Plinius.*

8 X

fit ut causa ejus<sup>i</sup> non iisdem diebus ubique valeat. Addidere difficultatem et auctores diversis in locis observando, mox etiam in iisdem diversa prodendo. Tres autem fuere<sup>j</sup> sectæ: Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit apud nos quartam Cæsar dictator,<sup>k</sup> annos ad Solis cursum redigens singulos, Sosigene perito scientiæ ejus adhibito. Et ea ipsa ratio postea comperto errore<sup>l</sup> correctæ est: ita ut XII. annis continuis non intercalaretur, quia cœperat sidera annus<sup>8</sup> morari, qui prius antecedeat. Et Sosigenes ipse trinis commentationibus, quanquam diligentior ceteris,<sup>9</sup> non



8 Vet. Dalec. *ceperant sidera annum.*—9 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> Quo fit ut causa ejus] Vis ejus et efficientia.

<sup>j</sup> Tres autem fuere] Apud Chaldæos Astrologiæ inventorem fuisse Abrahamum, auctor est Eusebius Præpar. ix. 17. p. 419. et Berosus apud ipsum, c. 16. A Chaldæis ad Ægyptios per eundem Abrahamum esse propagatam, simile veri est. De Chaldæis, Ægyptiisque, Cicero de Divin. i. 93. 'Ægyptii, et Babylonii, in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emerent, quod contemplationi cæli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt.' Græci ab utraque gente Kalendaria et *ἡμερολόγια* acceperunt. Sic enim Theon de iis scribit, in *Διοσημεία* Arati: 'Ἐδέξαντο δὲ αὐτὰ Ἑλληνες παρὰ Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων.—' Chaldaica anni forma eadem ac Judaica est. De Ægyptia autem et Græca vetere, vide Herodotum ii. 4.<sup>l</sup> *Ed sec.*

<sup>k</sup> Cæsar dictator] Sueton. in Julio, c. 40. 'Fastos correxerat, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competere, annum-

que ad cursum Solis accommodavit, ut cccclxv. dierum esset, et intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur,' &c.

<sup>l</sup> Comperto errore] Hæc quæ angustiori sermone Plinius contraxit, fusius a Macrobio explicatur, Saturn. i. 14. p. 255. 'Sacerdotes,' inquit, 'sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecerunt. Nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare, illi quarto non peracto, sed incipiente, intercalabant. Hic error sex et triginta annis permansit: quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum deberent intercalari novem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxerat Augustus: qui annos duodecim sine intercalari die transigi jussit: ut illi tres dies, qui per annos triginta et sex vitio Sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato; devorarentur. Post hoc unum diem; secundum ordinationem Cæsaris, quinto quoque incipiente anno intercalari jussit: et omnem hunc ordinem æræ tabulæ ad æternam custo-

cessavit tamen addubitare, ipse semet corrigendo. Auctores prodidere ea, quos prætexuimus<sup>m</sup> volumini huic, raro ullius sententia cum alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum, quos diversi excusaverint<sup>10</sup> tractus. Eorum qui in eadem regione dissedere, unam discordiam ponemus exempli gratia: occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam hujus quoque nomine extat Astrologia<sup>n</sup>) tradidit fieri, cum æquinotium autumnii conficeretur. Thales vigesimo quinto die ab æquinotio: Anaximander vigesimo nono: Euctemon<sup>o</sup> XLVIII.

Nos sequemur observationem Cæsaris: maxime<sup>11</sup> hæc erit Italiæ ratio. Dicemus tamen et aliorum placita: quoniam non unius terræ, sed totius naturæ interpretes sumus: non auctoribus positis (id enim verbosum est) sed regionibus: legentes<sup>12</sup> tantum meminerint, brevitatis gratia, cum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas insulas: cum Macedonia, Magnesiam, Thraciam: cum Ægyptus, Phœnicen, Cyprum, Ciliciam: cum Bœotia, Locridem, Phocidem, et finitimos semper tractus: cum Hellespontus, Cherronesum,<sup>13</sup> et continentia usque Atho montem: cum Ionia, Asiam, et insulas Asiæ: cum Peloponnesus, Achaïam et ad Hesperum<sup>14</sup> p jacentes terras. Chaldæi As-

*diligentior esset ceteris Gronov. et vulgg.—10 Cod. Dalec. excusaverunt.—11 Gronov. maximeque.—12 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. ut legentes Gronov. et vulgg.—13 Cherronesum cod. Dalec.—14 Cod. Dalec. et ad vesperam.*

## NOTÆ

diam incisione mandavit. Iisdem pæne verbis rem narrat Solinus c. I. p. 5. Vide apud Petav. de Doctr. Temp. IV. 3. p. 319. diagramma, in quo bissextiles dies tam vitiosi quam emendati apertissime subjiciuntur oculis.

<sup>m</sup> Quos prætexuimus] Libro primo, in Indice voluminis hujus decimi octavi.

<sup>n</sup> Astrologia] Landatur hic Hesiodi liber a Theone, et vocatur Ἀστροικὴ βίβλος: idque Hesiodi genuinum opus fuisse Callimachus docet in Epigram-

mate, quod extat in Arati Vita, quam Petavius edidit in Uranologio, p. 270. De hac Hesiodi, Thaletisque, et Anaximandri sententia eundem Petavium consule, Var. Dissert. in Uranol. II. 9. p. 97.

<sup>o</sup> Euctemon] Εὐκτῆμων. De eo in Auctorum Indice. Sic libri omnes. Perperam Eudæmon reponere nititur Pithæus Advers. II. 13. p. 434.

<sup>p</sup> Et ad Hesperum] Elidem, Arcadiam, Messeniam.

syriam et Babyloniam demonstrabunt. Africam, Hispanias,<sup>15</sup> Gallias sileri non erit mirum: nemo enim observavit in iis, qui siderum proderet exortus. Non tamen<sup>9</sup> difficili ratione dignoscentur in illis quoque terris digestionem circularum, quam in sexto volumine fecimus: qua cognatio<sup>16</sup> cœli, non gentium modo, verum urbium quoque singularum intelligitur, nota ex his terris, quas nominavimus, sumta convexitate circuli pertinentis ad quas quisque quæret terras, et ad earum siderum exortus, per omnium circularum pares umbras. Indicandum et illud, tempestates ipsas ardores suos<sup>7</sup> habere quadrinis annis: et easdem non magna differentia reverti ratione Solis: octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se Luna.

LVIII. Omnis autem ratio observata est tribus modis: exortu siderum, occasuque, et ipsorum temporum cardinibus.<sup>5</sup> Exortus occasusque binis modis intelliguntur. Aut enim adventu<sup>4</sup> Solis occultantur stellæ et conspici desinunt,



—15 Hispaniam cod. Dalec.—16 Cod. Dalec. quoniam cognito.

#### NOTE

<sup>9</sup> *Non tamen*] Tamen in promptu ratio est qua id noscatur, per segmenta scilicet et circulos, ut est a nobis libro sexto extremo traditum: unde et cœli habitus, et positio, non gentium modo, sed quod majoris diligentia est, singularum urbium, cognoscitur. Assumpta enim per Africam, exempli gratia, aliasve terras, quas observator adierit, convexitate circuli, hoc est, delecto segmento, vel ex gnomone, vel ex quantitate diei ac noctis; regionem deinde vel urbem desumet, paribus umbris respondentem: unde pares colliget siderum ortus atque occasus.

<sup>7</sup> *Ardores suos*] Regressus, ac vices majore cum vi et efficientia. Id ex Eudoxi manasse schola, ipse antea prodidit, n. 48. Redire vices easdem tempestatum, annorum quaternum

circuitu, videtur etiam sensisse Colum. III. 6. extremo: 'Quo tempore,' inquit, 'Sol in eandem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium cœperat: quem circuitum meatus dierum intergrorum mille quadringentorum sexaginta unius ἀποκατάστασις vocant studiosi rerum cœlestium.'

<sup>5</sup> *Cardinibus*] Qui cardines anni vocentur, mox ipse aperiet.

<sup>4</sup> *Aut enim adventu*] Aut adventu Solis exorientis occultantur stellæ, nec tam is occasus stellarum, quam occultatio dici debet. Aut ejusdem Solis occidentis abscessu proferunt sese stellæ omnes, immenso illo cœli tractu quem cernimus: atque is emersus partus quidam dici debet, quam exortus. Nihil dum Plinius hoc loco de ortu matutino vespertinoque stellarum, seu

aut ejusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius, quam exortum, consuetudo dixisset: et illud occultationem potius, quam occasum. Alio modo,<sup>u</sup> quo die<sup>1</sup> incipiunt apparere vel desinunt, oriente Sole, aut occidente, matutini vespertinive cognominati, prout alterutri<sup>2</sup> eorum mane vel crepusculo contingit. Dodrantes<sup>v</sup> horarum cum minimum intervalla ea desiderant ante Solis ortum, vel post occasum, ut aspici possint. Præterea bis quædam<sup>w</sup> exoriuntur et occidunt. Omnisque sermo de his est stellis, quas adhærere cœlo diximus.

LIX. Cardo temporum<sup>a</sup> quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc a bruma, et æquatur noctibus verno æquinotio diebus xc. horis tribus. Deinde superat<sup>b</sup> noctes ad solstitium diebus xcv. horis duodecim,<sup>1</sup> usque ad æquinotium autumnii *diebus XCII. horis duodecim.*<sup>2</sup> Et tum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus LXXXVIII.<sup>3</sup> horis tribus. Horæ nunc



CAP. LVIII. 1 Pintian. *cum die.*—2 Cod. Dalec. *prout alteruter.*

CAP. LIX. 1 'Ad solstitium diebus XCIX. horis duodecim] Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. Edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *diebus XCIII. &c.*—2 'In scriptis et editis libris perperam omissum, diebus XCII. horis duodecim.' Brotier.—3 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps.' *Idem. diebus LXXXIX.* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

vero, seu heliaco et apparente: quam ita visum viris alias eruditis. Cum nihil aliud velit Auctor, quam quod dixit II. 11. 'affixas cœlo stellas Solis fulgore non cerni interdum.' Neque in tota hac concertatione subtilitatem nimiam affert, cum, ut ipse præmonuit c. 56. res inter rusticos geratur, literarumque expertes.

<sup>u</sup> *Alio modo*] Hic alter modus ortus occasusque stellarum, bifariam dividitur. Ortus matutinus dicitur, cum apparere stella incipit, paulo ante Solis ortum horizontem superans. Ortus vespertinus, cum occidente Sole ab horizonte ortivo stella

emergit. Occasus matutinus, cum stella infra occiduum horizontem conditur, Sole exoriente. Occasus vespertinus, cum paulo post Solis occasum in eundem occiduum horizontem demergitur.

<sup>v</sup> *Dodrantes*] Tres horæ quadrantes.

<sup>w</sup> *Præterea bis quadam*] Ut Arcturus Maiis Idibus, Juniusque, occidit matutino, ut dicitur c. 67. Aquila bis exoritur, ut dicemus c. 69.

<sup>a</sup> *Cardo temporum*] Cardinem vocat, unde anni quarta quæque pars incipit: ver, æstas, &c.

<sup>b</sup> *Deinde superat*] Vide Notas et Emend. num. 25.

in omni accessione æquinoctiales,<sup>c</sup> non cujuscumque diei significantur: omnesque eæ differentiæ fiunt in octavis partibus<sup>d</sup> signorum. Bruma Capricorni, a. d. VIII.<sup>e</sup> Kalendas<sup>4</sup> Januarii fere: æquinoctium vernum, Arietis: solstitium, Cancri: alterumque æquinoctium, Libræ: qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent.

Rursus hi cardines<sup>f</sup> singulis etiamnum articulis temporum dividuntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium et æquinoctium autumni, Fidiculæ occasus autumnum inchoat die XLVI.<sup>g</sup> At ab æquinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus occasus hyemem die



—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. XVIII. Kal. Dalec. ad VIII. Calendas Gronov. et vulgg.—5 XLV. Edd. ante Harduin. Mox, 'hyemem die

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Æquinoctiales*] Græci *ισμερινὺς* vocant, horas inter se æquales, cujusmodi sunt æquinoctiali die: cum hora quælibet diurna cuilibet nocturnæ per se est æqualis. Aliæ præterea sunt Inæquales dictæ, et Temporales, quarum quælibet duodecima pars est diei cujusvis noctisve, seu brevior illa, seu longior sit. Harum in Italia hodieque usus. Ex dierum noctiumque inæqualitate, bruma vel solstitio, die vel nocte, horarum ejuscemodi inæqualitas oritur.

<sup>d</sup> *In octavis partibus*] Cum Sol octavum signi cujuscumque gradum perlustrat. Verum cum priscis illis scriptoribus visum est cardines annuos non in signorum initiis, sed in octavis partibus statuere: non tam eos ad exacta Solis æquinoctia, solstitiave, respexisse arbitror, quam uti populo servirent, cui accommodata magis ea ratio fuit, ad tempestatum significatus: quod non in ipso præcise signi capite, sed aliquantum in eo spatio provectus vim suam efficientiamque monstraret. Audi Colum. ix. 14. 'Nec me fallit Hippar-

cli ratio, quæ docet solstitia et æquinoctia non octavis, sed primis partibus signorum confici. Verum in hac ruris disciplina, sequor nunc Eudoxi, et Metonis, antiquorumque fastos Astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis: quia et notior est ista vetus agricolis concepta opinio,<sup>g</sup> &c.

<sup>e</sup> *A. d. VIII.*] Hoc est, ante diem octavum Kalend. Ita Sosigenes Solis ingressum in Arietem, VIII. Kal. April. seu xxv. Martii: in Capricornum, VIII. Kal. Janu. seu xxv. Decemb. et sic de aliis constituendum censuit: quod quamobrem ita censuerit, explicat erudite Petavins de Doctr. Temp. iv. 27. p. 369. Verus tamen et *ἀκριβής* Solis ingressus non in hos dies incidit.

<sup>f</sup> *Rursus hi cardines*] Hæ quatuor anni partes intervallis aliis et sectionibus singulæ dividuntur.

<sup>g</sup> *Inchoat die XLVI.*] Ita Mss. Reg. Colb. aliique: sic quoque ratione calculi exposcente. Colum. xi. 2. 'Pridie Idus Augusti, Fidis occidit mane, et Autumnus incipit.'



XLIII.<sup>h</sup> Inter brumam et æquinoctium die XLV. flatus Favonii<sup>i</sup> vernum tempus. Ab æquinoctio verno initium æstatis die XLVIII.<sup>j</sup> Vergiliarum exortu matutino.<sup>6</sup> Nos incipiemus a sementibus frumenti, hoc est, Vergiliarum occasu matutino. Nec deinde parvorum siderum mentione concidenda<sup>a</sup> ratio est, et difficultas rerum augenda, cum sidus vehemens<sup>k</sup> Orionis iisdem diebus longo decedat spatio.<sup>b</sup>

LX. Sementibus tempora plerique præsumunt,<sup>c</sup> et ab undecimo die autumnalis æquinoctii fruges serunt, adveniente Coronæ exortu,<sup>1</sup> continuis diebus certo prope imbr-

<sup>a</sup> Breviter expedienda.

<sup>b</sup> Longum cæli spatium decurrat, cum occidit.

<sup>c</sup> Antevertunt.



XLIII.] Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. die XLIV. Harduin. 1. 2. 3. et quæ deinceps secutæ.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. exortu matutinus Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Hyemem die XLIII. [XLIV.] Ita Mss. ipseque Plinius 11. 47. ubi et id tempus in III. Idus Novembris ait incidere. Etsi Colum. XI. 2. 'Sexto Idus Novembris, Solis exortu, Vergiliæ mane occidunt, significat tempestatem, hyemat. Quinto Idus Novembris, hyemis initium.'

<sup>1</sup> Die XLV. flatus Favonii] Is dies sextus est ante Februiarias Idus, ut dictum est 11. 47.

<sup>j</sup> Æstatis, die XLVIII.] Colum. XI. 2. 'Septimo Idus Maias, æstatis initium ... Sexto Idus, Vergiliæ totæ apparent.' De matutino exortu hæc accipe. Consule etiam ea quæ dicitur sumus c. 66.

<sup>k</sup> Cum sidus vehemens] De quo Virgil. Æneid. 1. 539. 'Cum subito asurgens fluctu nimbosus Orion.' Et Horatius 1. Od. 28. ubi Austrum pluvium comitem vocat occidentis Orionis: 'Me quoque devexi rapidus comes Orionis Illyricis Notus obruit undis.' Constat id sidus stellis an-

plius quingentis, telescopio deprehensis: quarum insignes sex eæ sunt, quæ in Orionis ense jam pridem annotatæ: aliæque tres in cingulo, quas S. Jacobi baculum, vel Tres Reges, agricolæ vulgo vocant. De occasu illius dicitur c. 74.

<sup>1</sup> Coronæ exortu] Borealis scilicet, sive Gnossiæ, Thesei, aut Ariadnæ. Quo die oriatu, dicemus c. 74. Hunc exortum Coronæ matutinum Maro intellexit, ac sementis initium esse voluit, Georg. 1. 222. 'Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur, Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ, Debita quam soleis committas semina: quamque Invitæ properes anni spem credere terræ.' Democritus tamen in Geopon. 11. 12. p. 50. circa Coronæ occasum seri jubet, quia tunc imbres plurimi: Δημόκριτος δὲ ... περιτὴν τοῦ Στεφάνου δύσιν σπείρειν συμβουλεύει τότε γὰρ οὐ μόνον ὄμβροι ἐκπέμπεσθαι πολλοὶ εἰώθασιν, κ. τ. λ.

um promisso. Xenophon<sup>m</sup> antequam Deus signum dedit. Hoc Cicero<sup>1</sup> Novembris<sup>a</sup> imbre fieri interpretatus est: cum sit vera ratio non prius serendi, quam folia cœperint decidere. Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant aliqui, a. d. III. Idus Novembris, ut diximus.<sup>o</sup> Servantque id sidus etiam vestis institores,<sup>2</sup> et est in cœlo notatu facillimum. Ergo ex occasu ejus de hyeme augurantur, quibus est cura<sup>p</sup> insidiandi negotiatoris avaritia.<sup>3</sup> Nubilo occasu pluviosam hyemem denuntiat: statimque augment lacernarum<sup>4</sup> pretia: sereno asperam, et reliquarum<sup>r</sup> vestium accendunt. Sed ille indocilis cœli agricola<sup>a</sup> hoc signum

<sup>a</sup> Qui cœli signa nosse nequit.



CAP. LX. 1 'Chiffi. Cicero NR. id est, noster; Latinus, non externus. Sic xxix. 6. 'Varro noster.' Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum cdd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. fieri putant. Aliqui ad III. N. ut d. servant: quoniam id sidus e. v. institoris est Gronov. et al. vett. institor cod. Dalec. institor Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. avaritiæ.—4 Gronov. lucernarum, ex operarum lapsu; quod pessime recepit Franzins. Mox, et tum reliquarum Dalec.

#### NOTE

<sup>m</sup> Xenophon] Locus est in Œconom. p. 860. de sementis tempore: 'Ἐπειδὴν γὰρ ὁ μεσοπαρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὅποτε βρέξας τὴν γῆν ἀφήσει αὐτοὺς σπεύρειν. Cum autumni tempus advenerit, homines omnes ad Deum respiciunt, quando terra irrigata seminandi potestatem eis facturus sit.

<sup>n</sup> Hoc Cicero Nov. [noster] Hoc est, e Latinis auctoribus: ut Græcis Xenophon, enjus librum, qui Œconomicus inscribitur, in Latino e Græco a se conversum esse Tullius ipse testatur, de Offic. II. 87. In Mss. Reg. 1. 2. &c. Cicero NR. In editis perperam, Cicero Novembris. Plinius alibi, lib. VII. et XXIX. 'Varro noster.'—<sup>r</sup> At editiones omnes, Romana, anni 1470. Parmensis, Veneta, aliæque vetustissimæ, Novembris imbre, rectissime, ut suadet quod proxime sequi-

tur, a. d. III. Idus Novembris.' Ed. sec.

<sup>o</sup> Ut diximus] Lib. II. c. 47. Vergiliarum ergo occasus in diem D. Martini festum incidit: qui dies solennis πιθοργιῶν, in quo dolia relinuntur, et potum vini recentis gustandum amici propinant.

<sup>p</sup> Vestis institores] Mercatores. Apud Juvenal. Sat. VII. 'Institor hybernæ tegetis.' Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>3</sup> Quibus est cura] Sincerius fortasse ac planius fuerit: Quibus est cura insidiandi negotiatoribus, avaritiæ. Adjectitiam illam esse Pintianus sensit avaritiæ voculam. Sic Plinius c. 74. damnat sævitiam insidiantium caritati annonæ.

<sup>r</sup> Et reliquarum] Hoc est, et tum reliquarum vestium pretia augment, annonamque urunt.

habeat inter suos vepres, humumque suam aspiciens, cum folia viderit decidua. Sic judicetur anni temperies,<sup>5</sup> alibi tardius, alibi maturius. Ita enim sentitur, ut cœli locique afficit<sup>6</sup> natura: idque in hac ratione præcellit, quod eadem et in mundo publica est, et unicuique loco peculiaris. Miretur hoc, qui non meminerit ipso brumali die pulegium in carnariis<sup>7</sup> florere: adeo nihil occultum esse natura voluit. Et serendi igitur hoc dedit signum. Hæc est vera interpretatio, argumentum naturæ<sup>8</sup> secum afferens. Quippe sic terram peti<sup>3</sup> suadet, promittitque quandam stercoreis vicem; et contra rigores terram satusque<sup>9</sup> operiri<sup>4</sup> a se nuntiat, ac monet festinare.

LXI. Varro in fabæ<sup>a</sup> utique satu hanc observationem custodiri præcepit. Alii plena<sup>b</sup> Luna serendam. Lentem vero a vicesima quinta ad tricesimam.<sup>1</sup> Viciam quoque<sup>c</sup> iisdem Lunæ diebus: ita demum sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic seri jubent, seminis autem vere. Est

<sup>b</sup> *Signum a natura datum.*



Paulo post *rd cœli* deest in Vet. Dalec.—5 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.' Brotier. *Si indicatur anni temperies* Gron. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Cod. Dalec. *efficit.*—7 Vet. Dalec. *e coronariis.* 'Vid. Theophr. de Caus. 1. 8. legitur tamen, 'in carnariis,' XIX. 6. sub finem, et 'suspensa in tectis,' II. 41.' Dalec.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sic terra se peti.*—9 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *et contra rigores terram satusque* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contra rigores satusque operiri se* cod. Dalec.

#### NOTE

<sup>a</sup> *In carnariis*] Carnarium locus est, ubi salitæ carnes domi reponuntur. Vide Notas et Emend. num. 27. Interim id observandum, quod in carnariis suspenso pulegio accidere Plinius ait, id in tectis pariter suspenso contingere ab eodem observatum jam autea, II. 41.

<sup>1</sup> *Operiri*] Foliis cadentibus.

<sup>a</sup> *Varro in fabæ*] Libro scilicet primo de Re Rust. c. 34. 'Fabam optime seri in Vergiliarum occasu.'

<sup>b</sup> *Alii plena*] Pallad. lib. XII. in

Novemb. tit. I. p. 161.

<sup>c</sup> *Viciam quoque*] Colum. II. 11. 'Viciæ autem duæ sationes sunt. Prima, quam pabuli causa circa æquinoctium autumnale serimus, septem modios ejus in unum jugerum. Secunda, qua sex modios mense Januario, vel etiam serius, jacimus semini prognerando . . . observandum erit, ne ante quintam et vigesimam Lunam terræ mandetur. Aliter satæ fere limacem nocere comperimus.'

et alia manifestior ratio, mirabiliore naturæ providentia, in qua Ciceronis<sup>d</sup> sententiam ipsius verbis subsignabimus:

Jam vero semper viridis semperque gravata

Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu:

Ter fruges<sup>e</sup> fundens, tria tempora monstrat arandi.

Ex his unum hoc erit, idem et lino ac papaveri serendo. Cato de papavere ita tradit: 'Virgas et sarmenta, quæ tibi usioni<sup>f</sup> supererunt,<sup>2</sup> in segete comburito. Ubi eas combusseris, ibi papaver serito.' Sylvestre in miro usu<sup>g</sup> est melle decoctum ad faucium remedia; visque somnifera etiam sativo. Et hactenus de hyberna semente.

LXII. (XXVI.) Verum ut pariter omnis culturæ quoddam breviarium<sup>h</sup> peragatur, eodem tempore convenit et arbores stercorare, accumulare item vineas: sufficit in jugerum opera:<sup>i</sup> et ubi patietur loci ratio, arbusta ac

~~~~~

CAP. LXI. 1 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. a *vigésimo quinto ad trigesimum*.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ tibi incisioni supererunt* cod. Dalec. *quæ tibi satione superant* Gronov. et al. vett.—3 'Ita bene cod. Reg. 2.' Brotier. *serito sylvestre, quod in miro usu* Gronov. Harduin. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Ciceronis] De Divin. 1. 15.

<sup>e</sup> Ter fruges] Vide Notas et Emend. num. 38.

<sup>f</sup> Quæ tibi usioni] Quod post tuum usum supererit. Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>g</sup> In miro usu] Q. Serenus Samonicus, cap. Uvæ, faucibus, &c. medendis: 'Disce etiam miram ex humili medicamine curam: Actiaco melli jungas agreste papaver, Decoctumque simul mandes, mansumque vorabis.' De vi papaveris somnifica dicitur inferius suo loco.

<sup>h</sup> Quoddam breviarium] Quod veteres summarium, Græci Epitomen, nunc vulgus Compendium vocat. Hujus vocis usus apud Sueton. in Augusto, c. 101. et in Galba, c. 12. Seneca Ep. xxxix. p. 241. 'Commen-

tarios, quos desideras, diligenter ornatos, et in angustum coactos, ego vero componam. Sed vide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quam hæc quæ nunc vulgo Breviarium dicitur, olim, cum Latine loqueremur, summarium vocabatur.'

<sup>i</sup> Sufficit ... opera] Opera, pro diurno opere, seu labore diei unius accipi, tralatitium est. Sic Colum. 11. 13. 'Pro modo cuiusque agri quot operæ designentur.' Et mox, 'Legumina occupant operas LX. id est, menses duos.' Et paulo ante, 'Segetes sarruntur sesquiopera.' Et IX. 2. in Octobri: 'Antiqui singulis operis singula jugera sarriri, et occari volunt: quod an recte fieri possit, affirmare non ausim.' Galli dicunt, *par journées, les journées des ouvriers*.

vineas putare, seminariis solum bipalio præparare, incilia<sup>j</sup> aperire, aquam de agro pellere, torcular lavare<sup>k</sup> et recondere. A Kalendis Novembris gallinis ova supponere nolit, donec bruma conficiatur. In eum diem<sup>l</sup> ternadena subjicito æstate tota, hyeme pauciora, non tamen infra novena. Democritus talem futuram hyemem arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, et circa eum terni: item solstitio æstatem. Circa brumam plerisque<sup>m</sup> bis septem,<sup>n</sup> halcyonum foetura, ventorum quiete, mollius<sup>o</sup> cœlum: sed et in his et in aliis omnibus ex eventu significationum intelligi sidera debent, non ad dies utique præfinitos expectari tempestatum vadimonia.

LXIII. Per brumam<sup>n</sup> vitem ne colito. Vina tum defæcari, vel etiam diffundi<sup>o</sup> Hyginus suadet, a confecta ea<sup>p</sup> septimo die, utique si septima Luna competat. Cerasa<sup>q</sup>



CAP. LXII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *levare* Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *plerumque*. —3 Vet. Dalec. *mollit*; cod. Dalec. *moliunt*, sub. 'dies 14.'

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Incilia*] Incilia sunt principia fossarum, quibus e flumine vel e lacu deduci aquæ possint. Accepta hæc maxima parte ex Catone c. 155. 'Per hyemem aquam de agro depellere oportet. In monte fossas inciles plures habere oportet. . . Cum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis exire oportet, et incilia aperire, aquam diducere in vias, et segetem curare oportet, uti fluat.' Elices et sulcos aquarios appellat Columella loc. cit. Incilia idem v. 9. 'Sic olea in clivo sit, incilia excitentur, quæ limosam aquam deducant.'

<sup>k</sup> *Torcular lavare*] Vide Notas et Emend. num. 30.

<sup>l</sup> *In eum diem*] Vide x. 74. et 75.

<sup>m</sup> *Bis septem*] Diebus scilicet circa brumam. Id vero plerisque ita visum ait, nam aliis aliter: Columella lib. xi. c. 2. Halcyoneos dies in ex-

tremum Februarium rejicente: 'VIII. Kalendas Martias,' inquit, 'Halcyonei dies vocantur: in Atlantico quidem mari summa tranquillitas notata est.'

<sup>n</sup> *Per brumam*] Habuit ante oculos illud Varronis de Re Rust. i. 35. 'Septimo intervallo inter Vergiliarum occasum, et brumam . . . vineas, arbustumque putare: dum in xv. diebus ante et post brumam . . . ne facias.' Atque illud etiam Columellæ de Arboribus c. 5. 'Per brumam vitem ne colito,' &c.

<sup>o</sup> *Vel etiam diffundi*] Quid sit vina diffundi, diximus xiv. 16.

<sup>p</sup> *A confecta ea*] Post brumam confectam.

<sup>q</sup> *Cerasa*] Varro de Re Rust. i. 39. 'Circiter solstitium inseri ficus solet: necnon brumalibus diebus cerasus.'

circa brumam seri. Bubus glandem<sup>r</sup> tunc aspergi convenit in juga singula modios. Largior valetudinem infestat, et quocumque tempore detur, si minus xxx. diebus continuis data sit, narrant verna scabie pœnitere. Materiei cædendæ tempus hoc dedimus.<sup>s</sup> Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant, cum sint noctes tanto ampliores. Qualos, crates,<sup>t</sup> fiscinas texere: faces incidere:<sup>u</sup> ridicas præparare interdiu xxx. palos lx. In lucubratione<sup>v</sup> vespertina ridicas v. palos x. totidem antelucana.

LXIV. A bruma<sup>a</sup> in Favonium Cæsari nobilia sidera significant,<sup>1</sup><sup>b</sup> tertio Kalendas<sup>c</sup> Januarii matutino Canis

CAP. LXIV. 1 Cod. Dalec. Cæsar n. s. significat.—2 Dalec. Italiæ, cum sol

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Bubus glandem*] Cato c. 54. 'Ubi sementim patraueris, glandem parari legique convenit, et in aquam conjici. Inde semodios singulis bubus in dies dari oportet,' &c. Columella xi. 2. in Octobri: 'Glandis quoque non inutilis est singulis jugis modios singulos dare: nec tamen amplius, ne laborent: nec minus diebus xxx. præbueris. Nam si paucioribus diebus detur, ut ait Hyginus, per ver scabiosi boves fiunt.'

<sup>s</sup> *Materiei . . . dedimus*] Lib. xvi. 74.

<sup>t</sup> *Qualos, crates*] Ex Colum. xi. 2. in Decembri: 'Sed etiam longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adjiciendum est. Nam multa sunt quæ in lucubratione recte aguntur. Sive enim vineas possidemus, pali et ridicæ possunt dolari exacuique . . . sive palmæ spartivæ sæcunda est, fiscinæ, sportæque, seu virgultorum corbes ex vimine,' &c.

<sup>u</sup> *Faces incidere*] Maronis hoc præceptum est, Georg. i. 291. 'Et quidam seros hyberni ad luminis ignes Pervigilat, ferroque faces inspicat

acuto.'

<sup>v</sup> *In lucubratione*] Colum. xi. 2. in Februar. p. 370. 'Item ad lucubrationem vespertinam palos decem vel ridicas quinque conficere: totidemque per antelucanam lucubrationem,' &c.'

<sup>a</sup> *A bruma*] Concinnavit Kalendarium vetus Romanorum, notato ortu occasuque stellarum, ex hoc Plinii libro, e Columella, Ovidiique Fastis, Petavii noster in Uranologio, pag. 102. et seqq.

<sup>b</sup> *Cæsari . . . significant*] Ex sententia Cæsaris, tempestatem aut aliud quidpiam præsignificant. Frequens ea locutio et familiaris Ptolemæo de Appar. Καίσαρι ἐπισημαίνει, Καλίππῳ ἐπισημαίνει, κ. τ. λ. Simplex, at celeberris est vox apud Græcos, ἐπισημασία, *Præsignificatio*, seu simpliciter mavis, *significatio*: quod sidera nempe, prout orientur, aut occiderent, *significarent* tum tempestates, quibus arandum, metendum, simile quid agendum foret; tum dies quibus speraretur, metuereturve pluvia, ventus, aut vis quæpiam in aëre. Notanda

occidens. Quo die Atticæ et finitimis regionibus Aquila vesperi occidere traditur. Pridie Nonas Januarii Cæsari Delphinus<sup>d</sup> matutino exoritur, et postero die<sup>e</sup> Fidicula, quo Ægypto Sagitta vesperi occidit. Item ad VI. Idus Januarii ejusdem Delphini vespertino occasu continui dies hyemant Italiæ, et cum Sol in Aquarium sentitur<sup>2</sup> transire, quod fere XVI.<sup>f</sup> Kalendas Februarii evenit: VIII. Kalendas stella regia<sup>g</sup> appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutino. Et pridie Nonas<sup>h</sup> Februarias Fidicula vesperi. Hujus temporis<sup>i</sup> novissimis diebus, ubicumque patietur cœli ratio, terram ad rosarum et vineæ satum vertere bipalio oportet. Jugero operæ IX.<sup>3</sup> sufficiunt. Fossas purgare, aut novas facere. Antelucanis<sup>j</sup> ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire, ipsorumque tabulas<sup>k</sup> scabendo purgare, aut novas facere.



in *Aq. sentitur*. Edd. vett. *It. et cum sol in Aq. sentiatur*.—3 ‘Locum hunc optime emendavit eruditus Petavius. Male Ms. Reg. 1. et recentiores editiones, operæ LX. Ms. Reg. 2. et Editio princeps, LXX. Quod neque tempori, neque operi respondet.’ Brotier.—4 ‘Ita Editio princeps.’ Brotier.

#### NOTÆ

hic Columellæ verba, IX. 2. p. 369. ‘Siderum occasus tempestatem facit: interdum tantummodò significat.’

<sup>c</sup> *Tertio Kalend.*] Colum. loc. cit. p. 388. ‘Tertio Kalendas Januarias Canicula vespere occidit, tempestatem significat. Quarto Kalendas Janu. Aquila vespere occidit: hyemat.’ De ortu et occasu stellarum matutino aut vespertino abunde egimus c. 58.

<sup>d</sup> *Delphinus*] Ovidio Fast. I. 457. VI. Idus oritur matutino.

<sup>e</sup> *Et postero die*] Nempe Nonis. Ita Columella: ‘Nonis Januariis Fidis exoritur mane: tempestatem varia.’ Ovidius quoque, Fast. I. 315. ‘Institerint Nonæ: missi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres exoriente Lyra.’

<sup>f</sup> *Quod fere XVI.*] Columella loc.

cit. ‘XVII. Kalend. Januar. Sol in Aquarium transit: Leo mane incipit occidere: XVI. Kalend. hyemat.’ Plinio concinit Ovidius Fast. I. 651.

<sup>g</sup> *Stella regia*] Quæ et Cor Leonis a situ vocatur, et βασιλικός seu regulus: quod quibus illa in ortu præest, ii regiam habere natiuitatem videantur, inquit Geminus Elem. Astron. c. 2. p. 12. Colum. XI. 2. in Januario: ‘VI. Kalend. Januar. Leonis quæ est in pectore clara stella occidit: nonnunquam significatur hyems bipartita.’ Ovidio, ut videtur, Fast. I. 655. VIII. quoque Kalendas Januar. ea stella occidit.

<sup>h</sup> *Et pridie Nonas*] Columellæ, ‘Tertio Nonas.’

<sup>i</sup> *Hujus temporis*] Colum. XI. 2. in Februar. p. 371. et 372.

<sup>j</sup> *Antelucanis*] Columella loc. cit. in Decembri.

LXV. A Favonio in æquinoctium vernum Cæsari significat, XIV. Kalendas<sup>a</sup> Martii triduum varie.<sup>a</sup> Et VIII. Kalendas<sup>b</sup> hirundinis visu, et postero die Arcturi exortu vespertino. Item tertio Nonas Martii Cæsar Cancræ exortu id fieri observavit.<sup>c</sup> Major pars auctorum Vindemitoris<sup>2 d</sup> emersu, octavo Idus<sup>e</sup> Aquilonii piscis exortu,<sup>3</sup> et postero die Orionis. In Attica Milvum<sup>4</sup> apparere observatur. Cæsar et Idus Martias feræles<sup>f</sup> sibi annotavit Scorpionis occasu :<sup>g</sup> XV. vero Kalendas Aprilis Italiæ Milvum ostendi :<sup>h</sup> duodecimo Kalendas Equum occidere<sup>i</sup> matutino.



*ipsorumque laminas* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ipsorumque lamas* cod. Dalec.

CAP. LXV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XVII. Cal. Gronov. et al. vet. Mox, *triduum varium* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vindemitoris* Gronov. et vulgg. —3 Dalec. *exortus*.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Ipsorumque tabulas* [*laminas*] Mss. omnes, *lanas*. Ut ut est, tabulas aseresque intelligit, quibus dolia compinguntur.

<sup>a</sup> *Triduum varie*] Per triduum varia tempestas est. Vide Notas et Emend. n. 31.

<sup>b</sup> *Et VIII. Kalendas*] Subintellige, varia tempestas est, quo die hirundo conspicitur : et postero, quo Arcturus vespertino exoritur. Columella, loc. cit. ‘VII. Kalendas Martias, ventosa tempestas: hirundo conspicitur.’ ‘Ex quo hic forte, *Et VII. Kalendas* scribendum, ut dixi n. 47. Et prius: ‘IX. Kalend. Mart. Arcturus prima nocte oritur: frigidus dies Aquilone vel Coro: interdum pluvia.’ Arcturum biduo posterius oriri Plinius facit.

<sup>c</sup> *Id fieri observavit*] Nempe varium, incertumque tempus. Et Colum. loc. cit. pag. 373. ‘IV. Nonas Martii, Favonius, interdum Auster, hyemat.’

<sup>d</sup> *Vindemitoris*] Ita Mss. Ovidius quoque Fast. III. 407. ‘At non ef-

fugiet Vindemitor,’ quem oriri is ait tertio Nonas Martias. Columella, sexto, loc. cit. ‘VI. Nonas Martii, Vindemitor apparet, quem Græci *τρυντηῖρα* dicunt. Septemtrionales venti.’ Emersum porro intellige, matutinum.

<sup>e</sup> *Octavo Idus*] Subintellige, ut prius, varia tempestas. Columella, loc. cit. ‘III. Idus Martii, Piscis Aquilonius desinit oriri. Septemtrionales venti.’ De exortu matutino hæc accipe.

<sup>f</sup> *Idus Martias feræles*] De Idibus Martiis, quo die Cæsar in Senatu est interfectus, vide Plutarch. in Cæsare, p. 737.—‘Celebratum eo die Cæsaris funus fuisse, Plinius eo verbo indicat. At non eo pertinere nummum inscriptum BRVT. IMP. ‘Brutus Imperator,’ cum vultu Bruti prioris: et altera parte, EID MAR. cum pileo inter pugiones duos; jamdudum monuimus.’ *Ed. sec.*

<sup>g</sup> *Scorpionis occasu*] Nempe vespertino. Columella, loc. cit. ‘Idibus Martii Nepa incipit occidere: sig-



Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis, maximeque operosum est,<sup>a</sup> in quo præcipue falluntur. Neque enim eo die vocantur ad munia, quo Favonius flare debeat, sed quo cœperit. Hoc acri intentione servandum est. Hoc illo mense signum Deus habet, observatione minime fallaci aut dubia, si quis attendat. Unde autem spiret is ventus,<sup>5</sup> quaque parte veniat, diximus secundo<sup>j</sup> volumine, et dicemus mox paulo operosius. Interim ab eo die (quisquis ille fuerit) quo flare cœperit, non utique VI. Idus Februarii, sed sive ante, quando prævernat,<sup>b</sup> sive post, quando hyemat: post eam diem, inquam, innumera rusticos cura distingat, et prima quæque peragantur, quæ differri nequeunt. Trimestria<sup>k</sup> serantur. Vites putentur, qua diximus,<sup>l</sup> ratione. Oleæ curentur. Poma serantur, inseranturque. Vineæ pastinentur. Semina digerantur, instaurentur alia. Arundines, salices, genistæ serantur, cædanturque. Serantur vero ulmi, populi, platani, uti dictum est.<sup>m</sup> Tum et segetes convenit purgare, sarrire hyernas fruges, maximeque far. Lex certa in eo,<sup>n</sup> cum quatuor fibrarum esse

<sup>a</sup> *Vegetos maxime poscit agricolos, et maxima affert opera.*

<sup>b</sup> *Quando ver præmature incipit.*



*Milvium* Gronov. et vulgg.—5 Ita codd. Harduini, alii ap. Dalec. Harduin.

#### NOTÆ

nificat tempestatem.<sup>7</sup> Nepa, Scorpio est.

<sup>b</sup> *Milvum ostendi*] Oriri matutino. *Milvum* alii *Cycnum*, et *Olorem*: *Milvium* *Naso* vocat, unoque die ortum ejus stellæ anticipat: assignat enim decimosexto Kalendas Aprilis, Fast. III. 793. 'Stella Lycaoniam vergit declivis ad Arcton *Milvius*: hæc illa nocte videnda venit. Quid dederit volucris, si vis cognoscere, cælum,' &c.

<sup>l</sup> *Equum occidere*] *Columella*, loc. cit. p. 374. 'XII. Kalendas Aprilis, *Equus* occidit mane.'

<sup>j</sup> *Diximus secundo*] *Lib. II. c. 46.*

et 47.

<sup>k</sup> *Trimestria*] Hæc hujus intervalli opera, quæ verna dicuntur, eadem *Varro* præcipit, de *Re Rust.* I. 29. p. 62. et c. 30. *Columella* XI. 2. in *Februario*, et *Pallad.* in *Febr.* tit. 3.

<sup>l</sup> *Qua diximus*] *Lib. XVII. c. 35.*

<sup>m</sup> *Uti dictum est*] *Lib. XVII. c. 15.* etsi de ulmis ibi, populis, fraxinisque actum est: non de platanis: sed et harum par ratio est: cum seminaria omne genus ut serantur hoc temporis intervallo, *Varro* præcipiat loc. cit.

<sup>n</sup> *Lex certa in eo*] In sarriendo farre. *Colum.* II. 12. 'Triticum et ado-

cœperit.<sup>c</sup> Faba vero non antequam trium foliorum. Tunc quoque<sup>o</sup> levi sarculo purgare verius, quam fodere. Florentem utique xv. primis diebus non attingere. Hordeum<sup>p</sup> nisi siccum ne sarrito.<sup>q</sup> Putationem<sup>r</sup> æquinocio peractam habeto. Vineæ jugerum<sup>r</sup> quaternæ operæ putant alligantque: in arbusto singulæ operæ arbores xv. Eodem hoc tempore hortorum<sup>s</sup> rosariorumque cura est, quæ separatim proximis voluminibus<sup>7</sup> dicitur: eodem et topiariorum. Tunc optime scrobes fiunt. Terra in futurum proscinditur, Virgilio<sup>t</sup> maxime auctore, ut glebas Sol coquat. Utilior sententia, quæ non nisi temperatum solum in medio vere<sup>u</sup> arari jubet: quoniam in pingui<sup>v</sup> statim sulcos occupant

<sup>c</sup> Cum quatuor fibras habere radix cœperit.



1. 2. 3. et recentt. iis ventus Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. sicco ne sarrito Gronov. et al. vett.—7 Vet. Dalec. proximo volumine.—

#### NOTÆ

reum, cum quatuor fibras habere cœperint, hordeum, cum quinque; faba et cetera legumina, cum quatuor digitis a terra extiterint, recte sarriuntur.<sup>1</sup> Pallad. lib. 11. in Jannar. tit. 9. p. 39. 'Triticum et far sarritur quatuor foliorum: hordeum quinque,' &c.

<sup>o</sup> Tunc quoque] Hæc vero non ad fabam tantum, verum ad omnia quæ sarriuntur, refert Columella 11. 12. sicut et de florentibus non attingendis: 'Curandum, inquit, ne florentem segetem tangamus: sed aut antea, aut mox cum deflorerit.'

<sup>p</sup> Hordeum] Columella, loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 32.

<sup>q</sup> Putationem] Colum. xi. 2. 'A Kalendis Martii eximia est vitium putatio, usque in decimum Kalendarum Aprilium, si tamen se gemmæ nondum moveant.'

<sup>r</sup> Vineæ jugerum] Columella de Arboribus, c. 5. 'Jugerum valentis et

jam constitutæ vineæ quatuor operis putatur, sex alligatur. Arbusto nihil ejusmodi potest apte finiri,' &c.

<sup>s</sup> Hortorum] Colum. loc. cit. 'Rosarium serotinum perfossum et cultum habere jam tempus est.' Et paulo ante: 'His diebus commode instruuntur horti,' &c.

<sup>t</sup> Virgilio] Georg. 1. 63. 'Ergo age, terræ Pingue solum primis extemplo a mensibus anni Fortes invertant tanni, glebasque jacentes Pulverulenta coquat maturis Solibus æstas.' Primos anni menses appellat, quod paulo antea ver novum dixerat.

<sup>u</sup> In medio vere] Anni tempore jam incalcescente, inquit Colum. 11. 4.

<sup>v</sup> Quoniam in pingui] Quæ duo gemino versu complexus est eleganter Maro Georg. 1. 69. 'Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ: Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam.'

herbæ, gracili insecuti æstus exsiccant: tum namque succum venturis<sup>8</sup> seminibus auferunt. Talia autumnò melius arari certum est.

Cato verna<sup>w</sup> opera sic definit: Scrobes fieri, seminaria propagari: in locis crassis et humidis ulmos, ficos, poma, oleas seri: prata stercoreari<sup>9</sup> Luna sitiēte,<sup>x</sup> quæ rigua non erunt: a flatu Favonii<sup>10</sup> defendi, purgari, herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari, seminaria fieri,<sup>11</sup> et vetera sarciri. Hæc antequam vinea florere incipiat. Itemque<sup>12</sup> piro<sup>y</sup> florente arare incipiat macra arenaſaque. Postea uti quæque<sup>13</sup> gravissima et aquosissima, ita postremo arato. Ergo hæc aratio has habebit notas, lentisci<sup>z</sup> primum fructum ostendentis, ac piri florentis. Erit et tertia in bulborum satu, scillæ.<sup>a</sup> Item in coronamentorum narcissi,

8 Vet. Dalec. *exsiccant, certumque succum futuris*; alii ap. Dalec. *exsiccant ideoque succum, &c.*—9 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Ita quoque Cato. Gronov. et al. vett. *oleas, prata stercoreari.*—10 'Ita cod. Reg. 2.' Brotier. *ab afflatu Favonii* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. *seminaria nova fieri*, e Catone.—12 *Itemque* cod. Dalec. *Itaque* Vet. Dalec.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *postea utique* Gronov. et vulgg. *Mox, ista postremo, &c.*

## NOTE

<sup>w</sup> *Cato verna*] De Re Rust. c. 40. p. 35. 'Per ver hæc fieri oportet. Sulcos et scrobes fieri seminariis: vitariis locum verti. In locis crassis et lumectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet,' &c.

<sup>x</sup> *Luna sitiēte*] Cato c. 50. p. 40. 'Luna silentē,' ut puto, mendose. De priore voce diximus xvii. 8. Posteriorem Plinius ipse interpretatur, xvi. 74. Catonis verba hæc sunt, quæ institutam a nobis loci hujus interpunctionem defendunt: 'Prata primo vere stercoreato, Luna silenti, quæ irrigua non erunt. Ubi Favonius flare cœperit, tum prata defendes: depurgato, herbasque malas omnes radicitus effodito.... Ficos interpurato, et in vinea ficos succidito alte

*Dolph. et Var. Clas.*

... Seminarium facito, et vetera resarcito. Hoc facito antequam vineam defodere incipias.'

<sup>y</sup> *Itemque piro*] Cato c. 131. p. 68. 'Dapem pro bubus piro florente facito. Postea verno arare incipito: ea loca primum arato, quæ rudecta arenaſaque erunt: postea uti quæque gravissima atque aquosissima erunt, ita postremo arato.'

<sup>z</sup> *Lentisci*] Ut dictum est c. 61.

<sup>a</sup> *Scillæ*] Subintellige, 'florentis.' Nam uti lentiscum, sic etiam ter florere scillam Aratus prodidit, in *Διοσημεία*: "Οσσει δ' ἐπὶ σχίνου ἀροτῆρ ἐπιδράσσατο καρπῶ, Τόσσα καὶ ἐν σκίλλης τεκμαίρεται ἀνθεὶ λευκῶ. De narcisso prodit idem Theophr. Histor. vii. 12. ut quidem videtur.

*Plinius.*

S Y

namque et hæc ter florent, primoque flore primam arationem ostendunt,<sup>14</sup> medio secundam, tertio novissimam, quando inter sese alia aliis notas præbent. Ac non in novissimis cavetur, ne fabis florentibus attingatur hedera: id enim noxium et exitiale ei est tempus. Quædam vero et suas habent notas, sicuti ficus. Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo<sup>b</sup> germinent, tunc maxime serendas ficus.<sup>15</sup>

LXVI. Æquinoctium vernum a. d. viii. Kalendas Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum, Cæsari significant<sup>c</sup> Kalendæ Aprilis. iiii. Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ vesperi occultantur. Eædem postridie in Bœotia: Cæsari autem et Chaldæis Nonis: <sup>d</sup> Ægypto Orion et gladius ejus incipiunt abscondi. Cæsari sexto Idus<sup>e</sup> significatur imber Libræ occasu. xiv. Kalendas Maii<sup>f</sup> Ægypto Suculæ occidunt vesperi, sidus vehemens, et terra marique turbidum: sextodecimo Atticæ: xv. Cæsari, continuoque triduo significat. Assyriæ autem xii. Kalendas. Hoc est vulgo appellatum sidus Parilicium,<sup>g</sup> quoniam xi. Kalendas Maii urbis Romæ na-

Vet. Dalec.—14 'Lego: in coronamentorum satu, narcissi: item in bulborum scilla. Namque et hæc ter floret, prim. &c. ostendit, e Thucophr. et Arato.' Dalec.—15 Dalec. germinant, tunc max. serendæ ficus.

CAP. LXVI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. ad VIII. Cal.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Palilicium Gronov. et al. ante Har-

## NOTÆ

<sup>b</sup> Acetabuli modo] Cum frondes e gemma cœperint aperire sese, et explicare: ac caliculorum similitudinem quandam præ se ferre.

<sup>c</sup> Cæsari significant] Tempestatem. Scripserat in Calendario suo Cæsar, 'Kalendis Aprilis: Tempestatem.'

<sup>d</sup> Et Chaldæis Nonis] Postridie Columellæ ix. 2. p. 375. 'Octavo Idus Aprilis, Vergiliæ vespere celantur.'

<sup>e</sup> Cæsari sexto Idus] Biduo post Columellæ loc. cit. 'Quarto Idus Aprilis, Sole oriente Libra occidere

incipit: interdum tempestatem significat.'

<sup>f</sup> XIV. Kalend. Maii] Sic etiam Columellæ loc. cit. 'xiv. Kalendas Maias, Suculæ se vesperi celant: pluviam significat.'

<sup>g</sup> Parilicium] Ita Mss. non Palilicium. Quoniam, cum sit natura pluvium sidus, tamen xi. Kalend. Maii, quo Romæ Parilia, urbisque natales, celebrantur, serenitatem adducere solebat: ejusque idcirco observatio insignis fuit. Parilia rectius scribi

talís, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit: nimborum argumento Hyadas appellántibus Græcis has stellas. Quod nostri<sup>b</sup> a similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitantes, imperitia appellavere Sucas. Cæsari et VIII. Kalendas<sup>3</sup> notatur dies.<sup>1</sup> VII. Kalendas Ægypto Hædi exoriuntur: VI. Kalendas Bœoticiæ et Atticæ Canis vesperi occultatur. Fidicula mane<sup>j</sup> oritur: V. Kalendas Assyriæ Orion totus absconditur, IV. autem<sup>k</sup> Canis:<sup>4</sup> VI. Nonas Maii<sup>1</sup> Cæsari Sucas matutino exoriuntur, et VIII. Idus Capella pluvialis.<sup>m</sup> Ægypto autem eodem die Canis vesperi occultatur. Sic fere in VI. Idus Maii, qui est Vergiliarum exortus,<sup>n</sup> decurrunt sidera.



duin.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Cæsari ad VIII. Cal. Gronov. et al. vett. Cæsari a. d. VIII. Cal. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. tertio

## NOTÆ

quam *Palilia*, tum Mss. omnes moment, tum fusius ipsi docebimus XIX. 24.

<sup>b</sup> Quod nostri] Acceptum hoc a Tullio Tirone in Pandectis, cujus verba Gellius recitat, XIII. 9. p. 667. 'Adeo,' inquit, 'veteres Romani literas Græcas nesciverunt, et rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas, quæ in capite Tauri sunt, propterea Sucas appellarint, quod eas Græci *βέβας* vocant: tanquam id verbum Latium Græci verbi interpretamentum sit: quia Græcæ *βες*, *sues* Latine dicantur: sed *βέβας* οὐκ ἀπὸ τῶν βέων, ita ut nostri Opici putaverunt, sed ab eo quod est *βέων*, appellantur: nam et cum oriuntur, et cum occidunt, tempestates, pluvias, largosque imbres cient. Pluvie autem et Græca lingua *βέων* dicitur.' Ita ille: quem cum Gellius reprehendere conatur, nihil nisi nugas affert.

<sup>1</sup> Notatur dies] Tempestatem eo die significat.

<sup>j</sup> Fidicula mane] In nonum Kalendas Fidiculæ ortum conjicit Columella loc. cit.

<sup>k</sup> IV. [tertio] autem] Postero die Columella loc. cit. 'Pridie Kalendas Maias, Canis se vespere celat: tempestatem significat.'

<sup>1</sup> VI. Nonas Maii] Et Columella loc. cit. p. 376. 'VI. Nonas Maias Sucas cum Sole exoritur.'

<sup>m</sup> Et VIII. Idus Capella pluvialis] Ipsi Maii Kalendis oriri Ovidius censet, Fast. v. 111. 'Ab Jove surgat opus: prima mihi nocte videnda Stella est in cunab officiosa Jovis. Nascitur Oleniæ sidus pluviale Capellæ: Illa dati cælum præmia lactis habet.'

<sup>n</sup> Vergiliarum exortus] Nempe matutinus. Columella loc. cit. 'Nonis Maii Vergiliæ exoriuntur mane.... VI. Idus, Vergiliæ totæ apparent.' Ovid. Fast. v. 599. 'Pleiadas aspicias omnes, totumque sororum Agmen, ubi ante Idus nox erit una su-

In hoc temporis ° intervallo, xv. diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam<sup>p</sup> exprobrationem fœdam, putantium vites, per imitationem cantus<sup>5</sup> alitis temporariæ,<sup>q</sup> quam<sup>6</sup> cuculum vocant. Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantia sales<sup>r</sup> etiam cum primo vere ludantur. Auspicio tamen detestabiles videntur. Adeo minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem<sup>s</sup> hoc tempore panici<sup>7</sup> miliique satio est. Justum est<sup>8</sup> hoc seri maturato hordeo: atque etiam in eodem arvo est signum illius maturitati et horum sationi<sup>9</sup> commune, lucentes vespere per arva cicindelæ.<sup>t</sup> Ita appellant rustici stellantes volatus, Græci vero lampyridas, incredibili benignitate naturæ.



*autem Canis Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Dalec. tum vites per initium cantus.—6 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Ita quoque Vet. Dalec. temporarii, quem Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 Gronov. panaci.—8 Verbum est deest in cod. Dalec.—9 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. atque etiam in eodem arvo. Estque signum illius maturitatis, et h. sationis Gronov. et al. vett.*

#### NOTÆ

per. Tum mihi non dubiis auctoribus incipit æstas: Et tepidi finem tempora veris habent.'

° *In hoc temporis]* Columella loc. cit.

<sup>p</sup> *Dum sciat inde natam]* Probro nimium solebat objici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes vineam: et a viatoribus cuculi vocabantur, per imitationem cantus hujus avis. Horat. 1. Sat. 7. 28. 'Tum Prænestinus salso multumque fluenti Expressa arbusto regerit convicia, durus Vindemiator et invictus, cui sæpe viator Cessisset, magna compellans voce cucullum.' Ubi Porphyrio: 'Solent,' inquit, 'rustici circa viam arbusta vindemiantes, a viatoribus cuculi appellari: cum illi provocati tantam verborum

amaritudinem in eos effundunt, ut viatores illis cedant, contenti eos cuculos iterum atque iterum appellare.' Deridebatur itaque viator, et appellabatur avis pigra, ac nidi sui immemor.

<sup>q</sup> *Alitis temporariæ]* Est enim cuculus avis æstiva. Vide quæ dicta sunt x. 11.

<sup>r</sup> *Petulantia sales]* Suadet pudor, ut multo malim ex alio te, optime lector, quam ex me discere, quos petulantia sales appellet. Itaque, si ita lubet, Erasmus adi, Chiliad. iv. Cent. 5. Adag. 84. 'Cuculus,' pag. 869.


<sup>s</sup> *Extremo autem]* Confer ista cum iis quæ habet Columella ii. 9. fere sub finem, de milii ac panici satione.

<sup>t</sup> *Cicindelæ]* De his xi. cap. 34.

LXVII. (XXVII.) Jam Vergilias<sup>a</sup> in cœlo notabiles cœterva fecerat: non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans: 'Cur cœlum intuearis, agricola? Cur sidera quæras,<sup>1</sup> rustice? jam te brevior somno fessum premunt noctes? Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiarias<sup>2</sup> stellas,<sup>b</sup> easque vespera<sup>3</sup> et ab opere disjuncti<sup>c</sup> ostendo: ac ne possis præterire, miraculo sollicito.<sup>a</sup> Videsne<sup>4</sup> ut fulgor igni similis alarum compressu tegatur,<sup>5</sup> secumque lucem habeat et nocte? Dedi tibi herbas horarum indices: et ut ne Sole<sup>d</sup> quidem<sup>b 6</sup> oculos tuos a terra avoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. Cur etiam nunc altius spectas, ipsumque cœlum scrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias.'<sup>e</sup> In certis eæ diebus proveniunt, durantque fœdere sideris hujusce:<sup>c</sup> partumque eas illius esse certum est. Proinde quisquis æstivos fructus ante illas severit, ipse frustrabitur sese. Hoc intervallo et apicula procedens fabam florere indicat: fabaque floescens eam evocat. Dabitur et aliud finiti frigoris indicium. Cum germinare<sup>f</sup> videris morum, injuriam postea frigoris nolito.

<sup>a</sup> Quod te prætereuntem suo fulgore sollicitet ac moneat.

<sup>b</sup> Ne Solis quidem causa. <sup>c</sup> Quasi icto fœdere cum Vergiliis.



CAP. LXVII. 1 Cod. Dalec. *intueris agr. Cur sid. quæris.*—2 Cod. Dalec. *speculares.*—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Al. ante Brotier, *easque vespere.*—4 Cod. Dalec. *possit præter. miraculi sollicitudo, videsne.*—5 Cod. Dalec. *subtegatur.*—6 Cod. Dalec. *et ut ne sic quidem.*—7 'Ita codd.

#### NOTÆ

*Stellantes volatus* lepide appellat lucida stellarum instar animalcula, quæ subsiliant ac volitent.

<sup>a</sup> *Jam Vergilias]* In Galliis vulgus appellat, *Lu Poussinière.*

<sup>b</sup> *Peculiarias stellas]* Nimirum cicindelas.

<sup>c</sup> *Ab opere disjuncti]* Cum vesperi cessas ab opere rustico.

<sup>d</sup> *Et ut ne Sole]* Ne vel propter Solem cœlum aspicias.

<sup>e</sup> *Ecce Vergilias]* Cicindelas, quæ cum Vergiliarum tempore oriantur, instar earum esse possint.

<sup>f</sup> *Cum germinare]* Idcirco sapientissima arborum dicta morus, quod nisi exacto frigore non germinat, ut dictum est xvi. 41. Passeratius in eam rem, carmine singulari de Moro: 'Sit pudor insanis, Morus sapit, illa doloso Nil temere credit zephyro: nam veris adulti Jam certum expec-

Ergo opera,<sup>5</sup> taleas olivarum ponere, ipsasque oleas interrādere,<sup>b</sup> rigare prata æquinoctii diebus primis. Cum herba creverit in festucam, arcere aquas: vineam pampinare.<sup>7</sup> Et huic lex sua,<sup>i</sup> cum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. Pampinat una opera jugerum. Segetes iterare.<sup>j</sup> Sarritur<sup>8</sup> vero diebus viginti. Ab æquinoctio sartura nocere et vineæ et segeti existimatur.<sup>9</sup> Et oves lavandi<sup>k</sup> hoc idem tempus est.

A Vergiliarum exortu significant Cæsari, postridie Arcturi<sup>l</sup> occasus matutinus: <sup>10</sup> tertio Idus<sup>m</sup> Maii Fidiculae exortus: XII. Kalendas Junii Capella vesperi occidens, et in Attica Canis. XI. Kalendas Cæsari Orionis gladius occidere incipit: tertio Nonas Junii Cæsari et Assyriæ Aquila vesperi oritur: septimo Idus<sup>n</sup> Arcturus<sup>n</sup> matutino

Regg. et Editio princeps. Brotier. Gronov. Harduin. et al. ante Brotier. vineas pampinare.—8 Vet. Dalec. Segetes runcare. Sarriuntur.—9 Ita codd. Regg. et Editio princeps. Brotier. et segeti astimatur Gronov. al. vet. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Arcturi occasus matutini Gronov. et al. vet. Mox, et tertio Idus Vet. Dalec. quarto Idus cod. Dalec.—11 Ita codd. Regg. Brotier.

## NOTÆ

tans Solem, non germinat ante, Frigoris infesti quam cuncta recesserit aura: Tum floretque, viretque simul: longæque rependit Damna moræ: atque una totam se nocte profundit.' Et mox: 'Insidias cœli ne tuuc ve-reare sereni Amplius, et vasto quæ cæca pericula ponto: Ut bene subductam deducas, navita, pinum, Sicut tibi Vergiliæ, videas cum germi-na mori.'

<sup>5</sup> Ergo opera] Varro de Re Rust. 1. 31.

<sup>b</sup> Interrādere] Sive, ut Cato loquitur, cap. 150. interputare. Egimus de hac voce xv. 2. Columella xi. 2. pag. 376. 'Oleæ putantur, et emuscantur.' Palladius in Maio, tit. 4. pag. 116. 'Nunc locis prægelidis et pluviosis oleæ putantur, et eis muscus abraditur.'

<sup>i</sup> Et huic lex sua] Columella de Arboribus, cap. 5. 'Vineam novellam omnes gemmas agere sinito: simul atque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato,' &c.

<sup>j</sup> Segetes iterare] Iterato sarrire. Vide Columellam 11. 12.

<sup>k</sup> Et oves lavandi] Colum. xi. 2. in Aprili: 'Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonsuræ præparentur.'

<sup>l</sup> Postridie Arcturi] Hoc est, v. Idus Maias, occidit matutino Arcturus. Et hic occasus tempestatem significat. Nam vi. Idus Vergiliæ oriuntur.

<sup>m</sup> Tertio Idus] Colum. loc. cit. 'Tertio Idus Maias, Fidis oritur, significat tempestatem.'

<sup>n</sup> Septimo [octavo] Idus Arcturus] Colum. loc. cit.



occidit: Italiæ sexto, et quarto Idus Delphinus vesperi exoritur: septimodecimo<sup>12</sup> Kalendas Julii gladius Orionis oritur, quod Ægypto post quatrimum.<sup>13</sup> VIII. Kalendas Julii vero longissimus dies<sup>14</sup> totius anni, et nox brevissima solstitium conficiunt.

In hoc temporis intervallo vineæ pampinantur, curaturque ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella. Oves tendentur: lupinum stercorandi causa vertitur: terra proscinditur: vicia in pabulum secatur: faba metitur, dein concutitur.<sup>o</sup>

(XXVIII.) Prata circa Kalend. Junii cæduntur, quorum facillima agricolis cura ac minimi impendii, hæc de se postulat dici. Relinqui debent<sup>p</sup> in læto solo vel humido, vel riguo, eaque aqua pluvia rigari via publica.<sup>15</sup> Utilissimum simul et herbæ arare, deinde cratire, serere florem ex fœnilibus, atque ex præsepibus fœno dilapsum spargere, priusquam cratiantur. Nec primo anno rigari, nec pasci ante<sup>q</sup> secunda fœnisecia, ne herbæ vellantur, obrituque hebeten-

octavo Idus Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—12 Gronov. Harduin. et al. *decimoseptimo*.—13 'In scriptis editisque libris hic additur, undecimo Kalendas, ejusdem Orionis gladius Cæsari occidere incipit. At hæc expungenda. Sunt enim loco suo dimota; et pertinent ad cap. 31. diemque quantum ante Idus Novembris. Quod erudito Petavio jam fuit observatum.' Brotier. *quatrimum. undecimo Cal. ejusdem Orionis gladius Cæsari occidere incipit. VIII. Cal. Julii, &c.* Gronov. et al. vett. item Harduin. et recentt.—14 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Ceteræ edd. *longissima dies*.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in riguo solo, vel læto, et humido, eaque aqua pluvia rigari vel*

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Dein concutitur*] Vide Notas et Emend. num. 33.

<sup>p</sup> *Relinqui debent*] In herbæ fœni- que proventum summitti. Tractat hæc etiam Columella II. 17. pag. 74. Palladius in Septembri, tit. 10.

<sup>q</sup> *Nec pasci ante*] Nec immitti pecora nisi post fœnisecia anni secundi. Columella II. 18. pag. 76. 'Nec pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis inmittere: sed

quoties herba prosilierit, desecare. Nam pecudes molli solo insigunt ungulas, atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere, et condensare. Altero tamen anno minora pecora post fœnisecia permittemus admitti. . . . Tertio deinde, cum pratum solidius ac durius erit, poterit etiam majores recipere pecudes,' &c.

tur. Senescunt prata,<sup>r</sup> restituique debent faba in his sata, vel rapis, vel milio. Mox insequente anno frumento, rursusque in prata tertio relinqui. Præterea quoties secta sint, sicilire,<sup>16</sup> hoc est, quæ fœniseccæ præterierunt, secari. Est enim inprimis inutile, enasci herbas sementaturas.<sup>t</sup> Herba optima in prato trifolii, proxima graminis, pessima nummuli,<sup>17</sup> siliquas etiam diras ferentis. Invisa et equiselis<sup>v</sup> est, a similitudine equinæ setæ. Secandi tempus, cum spica deflorescere cœpit,<sup>18</sup> atque roborari: secandum,<sup>w</sup> antequam inarescat. Cato<sup>x</sup> 'Fœnum,' inquit, 'ne sero seces: priusquam semen maturum sit, secato.' Quidam pridie rigant, ubi sunt rigua. Noctibus roscidis<sup>y</sup> secari melius. Quædam partes Italiæ<sup>19</sup> post messem secant.



publica.—16 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *siciliri* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—17 'Ita codd. Regg. Lang. et Editio princeps. Nummulus, la nummulaire, herba ovibus lethifera; qua degustata, tabidum morbum, la clavelée, contrahunt.' Brotier. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pessima mimuli*. Mox, Gronov. et al. vett. ante Harduin. *siliqua etiam dira fœniseccis; invisum et equiselis est*; Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *siliquas etiam diras ferentis. Invisum et equisetis est*: Vet. Dalec. *siliqua etiam dira hærendo invisum et equisetis est*. Codd. Regg. Brot. et Editio princeps etiam, *equiselis*.—18 Cod. Dalec. *cæperit*. Mox, pro *secandum*, alii ap. Dalec. *secundum*.—19 *Italie*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Senescunt prata*] Eleganter hæc Columella de Re Rust. II. 18. pag. 75. 'Igitur eum locum, quem prato destinaverimus,' &c. et Palladius loc. cit.

<sup>s</sup> *Sicilire*] Hinc sicilimenta de prato Cato vocat, de Re Rust. cap. 5. ea desegmina. Veteres *sicilire* pro 'secare' usurpabant. Varro de Re Rust. cap. 49. pag. 68. 'Quo facto sicilienta prata, id est, falcibus consecanda quæ fœniseccæ præterierunt: ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum.'

<sup>t</sup> *Sementaturas*] Sementare est semen producere, Gallis, *Gréner, venir à gréne*.

<sup>u</sup> *Pessima nummuli* [*mimuli*] Haud satis compertum herbæ genus. Vide

Notas et Emend. num. 34.

<sup>v</sup> *Et equiselis* [*equisetis*] De qua XXVI. 83. 'Equisetum hippuris a Græcis dicta, et in pratis vituperata nobis,' &c.

<sup>w</sup> *Secandum*] Columella II. 19. pag. 77. 'Fœnum autem demetitur optime antequam inarescat: nam et largius percipitur, et jucundiorum cibum pecundibus præbet.'

<sup>x</sup> *Cato*] Cap. 53. pag. 41. 'Fœnum, ubi tempus erit, secato: cave-toque ne sero seces. Priusquam semen maturum fiet, secato: et quod optimum fœnum erit, seorsum condito.'

<sup>y</sup> *Noctibus roscidis*] Virgil. Georg. I. 289. 'Nocte leves stipulæ melius, nocte arida prata Tondentur: noctes

Fuit hoc quoque majoris impendii apud priores. Creticis tantum<sup>z</sup> transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limæ vice<sup>20</sup> imperantes ferro. Sed aquariæ protinus virent.<sup>21</sup> Falcium ipsarum duo genera: Italicum brevius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia majoris compendii, quippe medias cædunt herbas, brevioresque prætereunt. Italus fœnisex dextra una manu secat.<sup>22</sup> Justum est<sup>a</sup> una opera jugerum in die desecari: alligarique manipulos mille ducentos, quaterna pondo.<sup>23</sup> Sectum verti<sup>b</sup> ad Solem, nec nisi siccum construi oportet: nisi fuerit hoc observatum diligenter, exhalare matutino nebulam quandam, metasque mox<sup>c</sup> Sole accendi, et conflagrare certum est. Rursus rigari<sup>d</sup> desecta oportet, ut se-



deest in cod. Dalec.—20 Ita codd. Hardnini et Dalec. cum edil. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vicem* Gronov. et al. vett.—21 Quidam ap. Dalec. *protinus riget*, id est, aciem trahit. Alii, *potius durat*.—22 *Itali fœniseces d. u. m. secant* cod. Dalec.—23 Alii ap. Dalec. *quaternum pondo*.—24 Ita codd. Har-

## NOTÆ

lentus non deficit humor.’

<sup>z</sup> *Creticis tantum*] Cum ad acuedas falces non nisi Creticis et trans mare vectis cotibus, usus foret. De his cotibus, xxxvi. 47. ubi et de aquariis dicitur.

<sup>a</sup> *Justum est*] Columella xi. 2. in Maio: ‘Per hos dies fœnisexiæ instituendæ. Bonus operarius prati jugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum.’

<sup>b</sup> *Sectum verti*] Columella ii. 19. ‘Nonnunquam etiam cum recidimus, imber oppressit: quod si permaduit, inutile est udum movere, meliusque patiemur superiorem partem Sole siccati: tunc demum convertemus,’ &c.

<sup>c</sup> *Metasque mox*] Hæc a Columella ii. 19. ‘Est autem modus in siccan-

do, ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur: alterum, quod omnem succum si amisit, stramenti vicem obtinet: alterum, quod si nimium retinuit, in tabulato putrescit: ac sæpe concaluit, ignem creat, et incendium . . . . Certe quicquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas extrui conveniet, easque ipsas in acutissimos vertices exacui. Sic enim commodissime fœnum defenditur a pluviis: quæ etiamsi non sint, non alienum tamen est prædictas nectas facere, ut si quis humor herbis inest, exsudet, atque excoquatur in acervis.’ Meta porro dicitur fœni congeries vel strues in acutissimum verticem exacta.

<sup>d</sup> *Rursus rigari*] Columella ii. 18. totidem verbis.

cetur autumnale fœnnum, quod vocant cordum. Interamnæ in Umbria quater anno secantur, etiam non rigua. Ter vero plerisque in locis: et postea in ipso pabulo<sup>e</sup> non minus emolumentum est, quam a fœno. Armentorum id cura, jumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit, optimo maxime<sup>24</sup> quadrigarum quæstu.

LXVIII. Solstitium peragi in octava parte Cancri, et octavo Kalendas Julii diximus.<sup>f</sup> Magnus hic anni cardo, magna res mundi. In hoc usque a bruma dies creverunt, sex mensibus. At Sol ipse<sup>1</sup> ad Aquilonem scandens, ac per ardua enisus ab ea meta incipit flecti, et degredi ad Austrum, aucturus noctes aliis sex mensibus, ablaturusque dici mensuram. Ex hoc deinde rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus, et præparandi se contra sævam feramque hyemem: decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. Quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique jussit ipsa die folia, et esse confecti<sup>g</sup> sideris signum: nec sylvestrium arborum remotarumque, ne in saltus<sup>2</sup> devios montesque eundem esset quærentibus signa: non rursus urbanarum, et quæ<sup>3</sup> topiario tantum coluntur, quanquam et in his illa



duini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *consilium dabit optimum, maxime Gronov. et vulgg.*

CAP. LXVIII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Mox, ac p. a. *exixus* Pintian.—2 Pintian. ex codd. *ut in saltus*.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *urbanarum quæque*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *In ipso pabulo*] Columella II. 17. 'Pratum,' inquit, 'minimi sumtus egens, per omnes annos præbet redditum: neque eum simplicem: cum etiam in pabulo non minus reddat, quam in fœno.'

<sup>f</sup> *Solstitium . . . . . diximus*] Libri hujus cap. 59.

<sup>g</sup> *Et esse confecti*] Confecti solstitii. Sic XVI. 36. 'Mirum imprimis id, quod nilmo, tiliæque, et oleæ, et populo albæ, et salici evenit. Circumaguntur enim folia earum post solsti-

tium. Nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.' Vide etiam Varronem de Re Rust. I. 46. Gellium quoque, IX. 7. pag. 471. 'Vulgo et scriptum,' inquit, 'et creditum est, folia olearum arborum bramali et solstitiali die converti: et quæ pars eorum fuerat inferior, atque occultior, eam supra fieri atque exponi ad oculos, et ad Solem, quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est.' Adde et Schol. Ni-

visantur. Vertit oleæ ante pedes satæ, vertit tiliæ ad mille usus petendæ: vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ. ‘Adhuc parum est, inquit:<sup>4</sup> ulnum vite dotatam habes: et hujus vertam. Pabulo<sup>h</sup> folia ejus stringis, vitem deputas. Aspice, et tenes sidus. Alia parte cœlum respiciunt, quam qua spectavere pridie. Salice omnia alligas, humillima arborum, ipse toto capite altior: et hujus circumagam. Quid te rusticum quereris? Non stat per me, quominus cœlum intelligas, et cœlestia scias. Dabo et auribus signum.<sup>5</sup> Palumbum utique exaudi gemitus. Transisse solstitium caveto putes, nisi cum incubantem videris palumbum.’

A solstitio ad Fidiculæ occasum sexto Kalendas Julii<sup>6</sup> Cæsari Orion exoritur: zona autem ejus quarto Nonas Assyriæ: Ægypto vero Procyon matutino æstuosus: quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc est, minorem canem: ut<sup>7</sup> in

Gronov. et vulgg.—4 Sic Gronov. et al. vett. et Ed. Harduin. 1. *Est deest in edd. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. Mox, Vet. Dalec. veterinorum pabulo versa folia stringis, stringens vitem deputas. Aspice et tenebris sidus.* Al. ap. Dalec. *stringens autem.*—5 *Dabo et ex avibus signum* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—6 Ita ex rodd. Harduinus et recentt. Ita quoque Varro 1. 31. Colum. xi. 2. et Hadr. Jun. e Tab. Cæsaris Dictat. vi. 32. *sexto Cal. Junii* Gronov. et al. vett.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *minorem canem, sane ut Gronov. et al.*

## NOTE

candri in Theriac. pag. 32. ‘*Ἡ ἐλαία τὰ γλαυκὰ τῶν φύλλων ἄνω ἔχει ἐν θέρουσιν ὄρα: τὰ δὲ μέλανα, χειμῶνος.*

<sup>h</sup> Pabulo] Jumentorum. Vide quæ diximus xvi. 38. nota 13. Stringere porro folia dici pro decutere, tralaticium est. Maro in Eclogis: ‘*Hic ubi densas Agricola stringunt frondes.*’

<sup>i</sup> Nisi caniculam] Nisi caniculam, inquit, appelles, quæ vox minorem canem sonat. Caniculam Plinius vocat, quem alii Σείριον, quæ stella lucidissima est, et flagrantissima in ore majoris Canis: quæ et Προκίων dicta est, quod ante Canem oritur. Ita Galenus lib. 1. Epidemicῶν Hippocr.

Sirium πρόκωνα vocat: Κύων μὲν γὰρ, inquit, τὸ σύμπαν ἄστρον ὃ δὲ ἐπὶ τοῦ γένους αὐτοῦ Σείριος, ὃν ὀρθῶς ἂν τις ὀνομάζοι τὸν Πρόκωνα. Sirium addit appellari a nonnullis κύνα, quod totius nomen est sideris: rectius tamen Antecanem, πρόκωνα appellari, quam canem. Hæc et alia multa Lælius Bisciola Soc. J. sn, Florar. Subcesivar. xii. tom. ii. 2. ‘*Est enim benignum (Plinii verbis utor) et plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non ut plerique faciunt. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse*’ a Salmasio in Solim. pag. 430. hæc aliaque quam plurima

astris pingitur. Est autem<sup>j</sup> magnopere pertinens, sicut paulo mox<sup>k</sup> docebimus. Tertio Nonas<sup>l</sup> Chaldæis Corona occidit matutino, Atticæ Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Julii et Ægyptiis Orion desinit exoriri: XVI. Kalendas<sup>m</sup> Augusti Assyriæ Procyon<sup>n</sup> exoritur. Dein postridie<sup>o</sup> fere ubique, confessum inter omnes sidus indicans, quod Canis ortum vocamus, Sole partem primam<sup>p</sup> Leonis ingresso. Hoc fit post solstitium XXIII. die.<sup>o</sup> Sentiunt id maria,<sup>p</sup> et terræ, multæ vero et feræ, ut suis locis diximus.<sup>q</sup> Neque est minor ei veneratio, quam descriptis in Deos stellis. Accenditque Solem, et magnam æstus obtinet causam. XIII. Kalendas<sup>r</sup> Augusti<sup>r</sup> Ægypto Aquila occidit matutino, etesiarumque<sup>s</sup> prodromi flatus incipiunt,

vett.—8 Chiffi. XVII. Cal.—9 'Cheiron Tab. Cæs. Hadr. Jun. quod tamen suspectum est.' Dalec.—10 Tab. Cæs. post triduum.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3.

## NOTÆ

ex Bisciola transcripta ad verbum, nec Bisciolam tamen nominatum.

<sup>j</sup> Est autem] Magna vis hujus sideris est, lateque pertinet, magna efficiencia. Vide Notas et Emend. num. 35.

<sup>k</sup> Sicut paulo mox] His verbis proxime fere sequentibus: 'Sentiunt id maria . . . et magnam æstus obtinet causam.'

<sup>l</sup> Tertio Nonas] Columella xi. 2. pag. 378. 'Quarto Nonas Julias Corona occidit mane.'

<sup>m</sup> Dein postridie] Hoc est, xv. Kalendas Augusti. Sic ipse ii. 47. 'Ardentissimo autem æstatis tempore exoritur Caniculæ sidus, Sole primam partem Leonis ingrediente, qui dies xv. ante Augustas Kalendas est.' Adde his ea quæ ibi diximus. Vide Notas et Emend. num. 36.

<sup>n</sup> Sole partem primam] Hoc ex veterum sententia scripsit. Reipsa anno primo Juliano, ortus Sirii matutini sidus heliacus, de quo nunc sermo est, Romæ contigit in gradu Leonis 7.

43'. Augusti fere 2. Nunc in Leonis 20. 40'. incurrit, Augusti circiter 14. Itaque Canicularium dierni initium ab ortu illo heliaco descivit: ac semper longius deinde recedet. Hanc *μετάπτωσις* orbis stellati, seu progressionem astrorum in consequentia, prisca ætas ignorabat: ideoque designatos semel a majoribus suis ortus occasusque constanter tenebat.

<sup>o</sup> XXIII. die] Hoc iterum repetit cap. seq. Est igitur is dies xviii. Julii, sive, ut dictum est, ii. 47. xv. Kalendas Augusti.

<sup>p</sup> Sentiunt id maria] De hoc argumento vide Geminum cap. 14. pag. 58. et Petavium Var. Dissert. ii. 10. in Uranol. pag. 101.

<sup>q</sup> Ut suis locis diximus] Lib. ii. cap. 40. et ix. 25. His adde ea quæ Cicero habet de Divin. lib. i. pag. 209. et Manil. i. 388.

<sup>r</sup> XIII. Kalend. Augusti] Vide Notas et Emend. num. 37.

<sup>s</sup> Etesiarumque] De his egimus ii. 47.

quod Cæsar x. Kalendas sentire Italiam existimavit. Aquila Atticæ<sup>t</sup> matutino occidit: III. Kalendas<sup>12</sup> regia in pectore Leonis stella matutino Cæsari emergit.<sup>13 u</sup> VIII. Idus Aug.<sup>v</sup> Arcturus medius occidit: III. Idus Fidicula casu suo autumnum inchoat, ut is annotat: sed ut vera<sup>14</sup> ratio id fieri invenit, sexto Idus easdem.<sup>15</sup>

In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio uvis sidere illo, quod Caniculam appellavimus.<sup>16</sup> Unde carbunculare<sup>17 w</sup> dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ.<sup>18</sup> Non comparantur huic malo grandines, procellæ, quæque nunquam<sup>19 x</sup> annonæ intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa: carbunculus autem regionum late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, quam sibi prodesse, mallent. Ferunt Democritum,<sup>y</sup> qui primus intellexit, ostenditque



Miller. Bipont. et Franz. *XVIII. Cal.* edd. vett. et Gronov.—12 Margo edd. Dalec. et Gronov. *nono Calendas*, e Colum.—13 ‘Male codd. Regg. et Editio princeps, *immergit*. Recentiores, *immergitur*. Vide Ptolem. et Colum. xi. 2.’ Brotier.—14 Cod. Dalec. *sed vera*, omisso *ut*.—15 ‘Ita codd. Regg. Lang. et Editio princeps.’ Brotier. *Idus ejusdem Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3.* Miller. Bipont. et Franz.—16 Cod. Dalec. *vocamus*.—17 Dalec. *carbunculari*.—18 Idem, *quadam carbonis uredine exustæ*.—19 ‘Ita quidem libri omnes scripti et editi. Verius tamen, *quæque unquam*; ut jam monuit eru-

## NOTE

<sup>t</sup> *Aquila Atticæ*] Columella quoque, xi. 2. pag. 379. ‘Tertio Kalendas Augustas Aquila occidit, tempestatem significat.’

<sup>u</sup> *Cæsari emergit* [*immergitur*] Matutinum exortum hæc verba demonstrant, quem pridie Columella statuit: loc. cit. ‘Quarto Kalendas Augusti, Leonis in pectore claræ stellæ exoriuntur, interdum tempestatem significat.’ In Mss. *immergit*. Mallem, *emergit*.

<sup>v</sup> *VIII. Idus Aug.*] Columella pag. 380. ‘VII. Idus Augusti Aquarius (lege *Arcturus*) occidit medius: nebulosus æstus. Pridie Idus Augusti,

Fidis occidit mane, et Autumnus incipit.’

<sup>w</sup> *Unde carbunculare*] De carbunculatione diximus xvii. 37.

<sup>x</sup> *Quæque nunquam*] Sic Mss. quos vidimus. Forte, *quæque unquam*.

<sup>y</sup> *Ferunt Democritum*] Thaleti hoc Cicero ascribit de Divin. lib. ii. pag. 201. Arist. quoque Polit. i. 7. et Laërtius in Thalete. Plinius omne oleum coëmisit ait: Cicero, omnem oleam, antequam florere cœpisset: Aristoteles, et Laërtius, τὰ ἐλαιουργεῖα, hoc est, *trapeta* sive *torcularia oleo premendo*.

cum terris cœli societatem, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civium, prævisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus<sup>z</sup> ratione, ostendemusque jam plenius, magna tum vilitate<sup>20</sup> propter spem olivæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem et quietem doctrinarum ei sciebant inprimis cordi esse. Atque ut apparuit causa, et ingens divitiarum cursus, restituisse mercedem<sup>a</sup> anxix et avidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse, opes sibi in facili, cum vellet, fore. Hoc postea Sextius<sup>b</sup> e Romanis sapientiæ assectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta literarum occasio est: quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero dilucide atque perspicue. Plerique dixere rorem inustum Sole acri, frugibus rubiginis causam esse, et carbunculi vitibus: quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare, Sole innocio. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primum omnium non hoc evenire, nisi noctibus et ante Solis ardorem, deprehenditur, totumque lunari<sup>c</sup> ratione constat: quoniam talis injuria non fit nisi interlunio, plenave Luna, hoc est, prævalente: utroque enim habitu plena est, ut sæpius diximus:<sup>d</sup> sed interlunio omne lumen, quod a Sole accepit, cœlo regerit.<sup>21</sup>



ditus Harduinus.<sup>2</sup> Brotier. nec quæque unquam cod. Dalec.—20 Cod. Dalec. magna tunc vilitate.—21 Cod. Dalec. accipit, cælo regyrat.—22 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *Qua diximus*] Initio cap. superioris.

<sup>a</sup> *Restituisse mercedem*] Ita Mss. Forte sincerius, *mercem*.

<sup>b</sup> *Sextius*] De eo Seneca Epist. 59. pag. 288. 'Sextium ecce cum maxime lego, virum acrem, Græcis verbis, Romanis moribus philosophantem,' &c. 'Q. Sextium patrem' appellat Epist. 64. pag. 295.

<sup>c</sup> *Totumque Lunari*] A Luna vitium rubiginis oritur. Theophr. de Causis v. 27. pag. 292. 'Ἡ δ' ἐρυσίβη, σα-

πρότης τίς· οὐδὲν δὲ σαπρὸν ἄνευ θερμότητος ἀλλοτρίας· μάλιστα δὲ ἐρυσιβούται σίτος ταῖς πανσελήνοις· διδὸς καὶ τὴν σελήνην τῇ θερμότητι σήπειν τῆς νυκτός. Rubigo autem putredo quædam est: nec putridum esse quicquam potest sine alieno calore. Triticum pleniluniis potissimum rubiginem capit. Ratio in calore est, quo etiam noctu Luna putrefacere potest.'

<sup>d</sup> *Ut sæpius diximus*] Inprimis 11. 6. ubi 'in ipso coitu non cerni' Lunam admonet, 'quoniam haustum



Differentia utriusque habitus magna, sed manifesta:<sup>22</sup> namque interlunio æstate calidissima est, hyeme gelida. E diverso<sup>23</sup> in plenilunio æstate frigidas facit noctes,<sup>24</sup> hyeme tepidas. Causa evidens: sed alia<sup>25</sup> redditur a Fabiano, Græcisque auctoribus. Æstate enim interlunio necesse est cum Sole nobis proximo circulo currat, igne ejus cominus recepto candens: eademque interlunio absit hyeme, quando abscedit et Sol. Item plenilunio æstivo procul abeat adversa Soli: hyeme autem ad nos per æstivum circulum accedat. Ergo per se roscida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat.

LXIX. Ante omnia autem duo genera esse cœlestis injuriæ meminisse debemus. Unum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, ceteraque similia intelliguntur: quæ cum acciderint, vis major<sup>e</sup> appellatur.<sup>1</sup> Hæc ab horridis sideribus exeunt, ut sæpius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia sunt illa, quæ silente cœlo serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Publica hæc, et magnæ differentiæ a prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem. De his nunc dicemus, a nullo ante nos prodita, priusque causas reddemus.

(XXIX.) Duæ sunt præter lunarem, paucisque cœli locis constant. Namque Vergiliæ privatim attinent<sup>2</sup> ad fructus,



*magna, et manifesta.*—23 *E contrario* cod. Dalec.—24 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *gelidas facit noctes* Gronov. et vulgg.—25 Vet. Dalec. *sed alia quam.*

CAP. LXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quæ cum plenilunio acced. vi majore impelluntur*, ex Hadr. Jun. Legitur et *vi majore impelluntur* in Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *primatum tenet.* Vid. Hadr. Jun. vi. 22.—3 Vet. Dalec.

#### NOTE

omnem lucis aversa illo regerat, unde acceperat.<sup>1</sup>

<sup>e</sup> *Vis major*] Græci θεοῦ βλασ vocant, Latine vim divinam dixit Ulpianus, leg. fluminum, § Servus, Dig. damni infecti. Idem, leg. 19. Dig. tit. 2. locati conducti, § Ex conduc-

to, vim tempestatis calamitosæ. Et § culpæ autem, eodem titulo: 'Vis major, quam Græci θεοῦ βλασ appellant, non debet conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile est, læsi fuerint fructus.' Cœli vim majorem appellat Colum. i. 7.

ut quarum exortu<sup>f</sup> æstas incipiat, occasu hyems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexæ. Est præterea in cœlo, qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis. Hujus defluvio,<sup>g</sup> velut ex ubere aliquo, sata cuncta lactescunt, duorum siderum observatione, Aquilæ in septentrionali parte, et in austrina Caniculæ, cujus mentionem suo loco fecimus.<sup>h</sup> Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos, Solis centro bis æquinoctialem<sup>3</sup> circulum secans, commissuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus utriusque ad omnes frugiferas pertinent terras: quoniam in his tantum locis Solis terræque centra congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque mitis aër genitalem illum lacteumque succum transmiserit in terras, læta adulescunt sata. Si Luna,<sup>4</sup> qua dictum est<sup>i</sup> ratione, roscidum frigus aspersione, admixta amaritudo, ut in lacte, puerperium necat.<sup>j</sup> Modus in terris hujus injuriæ, quem fecit<sup>k</sup> in quacumque convexitate comitatus utriusque causæ. Et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. Aquilam diximus<sup>k</sup> in Italia exoriri a. d. XIII. Kalendas<sup>6</sup> Januarii. Nec patitur ratio naturæ quicquam in satis ante eum diem spei esse certæ. Si véro interlunium incidat, omnes hybernos fructus et præcoces lædi necesse est.

centrum infra æquinoctialem; cod. Dalec. centro vix æquinoctialem.—4 Sin Luna Pintian.—5 Dalec. quem facit.—6 Gronov. et al. vett. ad XIII. Calendas.—

## NOTE

<sup>f</sup> *Ut quarum exortu*] Sic Aratus, et qui Aratum transtulere, Tullius et Avienus. Vide Petavium Var. Dissert. II. 9. in Uranolog. pag. 100.

<sup>g</sup> *Hujus defluvio*] Hoc veterum commentum hodie merito Philosophi rident. Vide Fromondum Meteorol. lib. II. art. ult. pag. 86.

<sup>h</sup> *Suo loco fecimus*] Cap. sup. circa initium. Mox centra Solis ac terræ vocat, cœli terræque partem mediam a Sole signatam, cum circulum æquinoctialem describit.

<sup>i</sup> *Qua dictum est*] In fine cap. sup.

<sup>j</sup> *Puerperium necat*] Puerperium de prole quoque ipsa, fœtuque, dicitur. Plinius, VII. 9. 'Uno partu duodecim puerperia egesta.' Et cap. 3. 'Aut puerperæ, aut puerperio.'

<sup>k</sup> *Aquilam diximus*] Ante mensem Januarium, sed non appellato die, oriri Aquilam subobscurè innuit XVI. 42. ubi amygdalam concipere Aquila exoriente ait, eandem florere mense Januario.

Rudis fuit priscorum vita atque sine literis: non minus tamen ingeniosam fuisse in illis observationem apparebit, quam nunc esse rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias, diesque festos, Rubigalia,<sup>1</sup> Floralia,<sup>m</sup> Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui XI. quæ nunc aguntur a. d. septimum Kalendas<sup>7</sup> Maii, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro<sup>n</sup> determinavit Sole Tauri partem decimam obtinente, sicut tunc<sup>8</sup> ferebat ratio. Sed vera causa est, quod post dies unum et triginta<sup>9</sup> ab

7 Dalec. quæ nunc agunt ad septimum Cal. Gronov. et al. ante Harduin. quæ nunc aguntur ad septimum Calendas.—8 Vet. Dalec. sic tunc.—9 Male scripti et editi libri, post dies undeviginti. Emendandum unum et triginta recte observavit eruditus Petavius in Uranolog. II. 10. Id quoque manifestum ex Plinio, qui æquinoctium vernum in VIII. Kalendas Aprilis contulit; a qui-

## NOTÆ

<sup>1</sup> Rubigalia] Varro de Ling. Lat. lib. v. pag. 47. 'Robigalia dicta ab Robigo. Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes.' Paulus ex Festo: 'Robigalia, dies festus, septimo Kal. Maias, quo Robigo Deo suo, quem pntabant rubiginem avertere, sacrificabant.' Ovid. Fast. IV. 907. 'Flamen in anti-quæ lucum Rubiginis ibat, Extâ canis flammis, extâ daturus ovis. Protinus accessi, ritus ne nescins essem, Edidit hæc flamen verba, Quirine, tuus. Aspera Rubigo, parcas cerealibus herbis,' &c. Vetus inscriptio apud Reines. pag. 218. ROBIGO. ET. CERERI. ET. FLORÆ. SACRVM.

<sup>m</sup> Floralia] Varro de Re Rust. I. 1. 'Quarto invoco Rubigum ac Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Itaque publicæ Robigo feriæ Robigalia: Floræ ludi Floralia sunt instituti.' Arnobius adv. Gent. lib. IV. 'Flora illa genitrix et sancta, obscenitate iudorum bene curat ut arva flores-

cant.'—'Ludorum Floraliū mentio est in nummo Serviliæ gentis argenteo apud Patinum, in Famil. p. 260. n. 4. et in Museo nostro. Hinc duos exhibet gladiatores: in imo C. SERVIL. M. F. (quas duas postremas literas Patinus omisit; vidit etiam, ut in nostro sunt, Begerus in Thesaurō Brandenburgico p. 585.) In altera parte caput Deæ Floræ est: retro lituus, insigne C. Servillii auguratus: inscriptio FLORAL. PRIMVS. Quod cave legas, ut vulgo fit, 'Floralia primus: nain ubi verbum, aut quale subintelligitur? Lege ergo 'FLORALIA PROPRIIS IMPENSIS VENERI SACRAVIT: nempe 'Servilius, cuius nomen in parte nummi priore legitur. In tutela Veneris sunt horti, ut Varro dicit infra, lit. 2.' Ed. sec.

<sup>n</sup> Hoc tempus Varro] De hac Varronis sententia Petavius vide Var. Dissert. in Uranol. II. 10. pag. 104.

<sup>o</sup> Post dies unum et triginta [undeviginti] Vide Notas et Emend. num. 38.

æquinoctio verno, per id quadrimum,<sup>p</sup> varia gentium observatione in iv. Kalendas Maii, Canis occidit, sidus et per se vehemens,<sup>q</sup> et cui præoccidere Caniculam<sup>r</sup> necesse sit. Itaque iidem Floralia quarto Kalendas easdem instituerunt, Urbis anno DXVI.<sup>s</sup> ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determinat, Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quadrimum incidit plenilunium, fruges, et omnia quæ florebut, lædi necesse erit. Vinalia priora, quæ ante hos dies sunt ix. Kalendas Maii degustandis vinis<sup>t</sup> instituta, nihil ad fructus attinent: nec quæ adhuc diximus, ad vites oleasque, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit a. d. vi. Idus Maii, ut docuimus.<sup>u</sup> Aliud hoc quadrimum est, quod neque rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidens:<sup>v</sup> et multo minus plenilunium incidere.

Nonas<sup>w</sup> Junii iterum Aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat. Equidem et solstitium viii. Kalendas Julii<sup>10</sup> simili

//////////

bus ad vii. Kalendas Maii sunt dies xxxi.' Brotier.—10 'Ita bene codd.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Per id quadrimum*] A vii. Kalendas ad iv.

<sup>q</sup> *Et per se vehemens*] Ut in ortu suo immodicos æstus excitare caniculam, sic occidentem frigora et inimicas frugibus pruinas commovere, Plinius his verbis significat. Columella xi. 2. 'Pridie Kalend. Maias: Canis se vespere celat, tempestatem significat.' Hoc Manilius voluit, l. 388. 'Subsequitur rapido contenta Canicula cursu, Quo nullum terris violentius advenit astrum, Nec gravius cedit.'

<sup>r</sup> *Præoccidere caniculam*] Rutilam canem immolari necesse est ad placandum sidus. Vide Notas et Emend. num. 39.

<sup>s</sup> *Urbis anno DXVI.*] Vide Notas

et Emend. num. 40.

<sup>t</sup> *Degustandis vinis*] Et antequam degustarent, libandis. Nam in his festis vinalibus, priusquam e dolio vinum gustarent, Jovi libabant: ni ita fecissent, reliquum omne vinum sacrum fiebat, et usibus humanis eripiebatur. Festus: 'Calpar, vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa ante quam gustetur. Jovi enim prius sua vina libabant, quæ appellabant Festa Vinalia.'

<sup>u</sup> *Ut docuimus*] Tum xvi. 42. tum hujusce libri cap. 66.

<sup>v</sup> *Postridie occidens*] Nempe x. Kalendas Maii: ut etiam sensit Columella xi. 2.

<sup>w</sup> *Nonas*] Columella loc. cit. 'iv. Nonas Junii, Aquila exoritur, tem-

causa duxerim, et Canis ortum post dies a solstitio XXIII. sed interlunio accidente, quoniam vapore<sup>x</sup> constat culpa, acinique præcoquantur<sup>y</sup> in callum. Rursus plenilunium nocet a. d. IV. Nonas Julii, cum Ægypto Canicula exoritur: vel certe XVI. Kalendas<sup>z</sup> Augusti, cum Italiæ. Item XIII. Kalendas Augusti, cum Aquila occidit, usque in X. Kalendas easdem. Extra has causas sunt Vinalia altera,<sup>a</sup> quæ aguntur a. d. XIV. Kalendas<sup>11</sup> Septembris. Varro a Fidicula<sup>12</sup> incipiente occidere mane, determinat, quod vult initium autumnii<sup>b</sup> esse, et hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum. Nunc Fidiculam<sup>c</sup> occidere a. d. VI. Idus Augusti servatur.<sup>13</sup>

Intra hæc constat cœlestis sterilitas. Neque negaverim posse eam permutari arbitrio legentium, locorum æstimantium naturas. Sed a nobis rationem demonstratam esse



Regg. et Editio princeps.<sup>7</sup> Brotier. VIII. Cal. Junii Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—11 Ita bene codd. Regg. Lang. et Editio princeps. In vetere quoque Calendario, 'XIV. Kal. Septembr. VIN.' i. e. Vinalia. Vide et Festum.<sup>7</sup> Brotier. ad decimumtertium Cal. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—12 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Varro et a Fidicula cod. Dalec. Et Varro a Fidicula Edd. vett.—13 Pintian. et Vet. Dalec.

#### NOTÆ

pesta ventosa, et interdum pluvia.<sup>7</sup>

<sup>x</sup> Quoniam vapore] Calore, ut diximus II. 40.

<sup>y</sup> Acinique præcoquantur] Superiore libro, cap. 37. 'Siderationis genus est in vitibus... cum acini, primum quam crescant, decoquantur in callum.'

<sup>z</sup> Vel certe XVI. Kalendas] Biduo ante Columella loc. cit. hoc est, Idibus, Procyonis sive Caniculæ exortum matutinum assignat.

<sup>a</sup> Vinalia altera] Nempe rustica. Varro de Ling. Lat. v. pag. 47. 'Vinalia a vino. Hic dies Jovis, non Veneris. Hujus rei cura non levis in Latio. Nam aliquot locis vindemiæ primum e sacerdotibus publice fiebant, ut Romæ etiam nunc,' &c. Et pag. 48. 'Vinalia rustica dicuntur

ante diem XII. Kalend. (lego XIII.) Septemb. quod tum Veneri dedicata ædes, et horti ejus tutelæ assignantur, ac tum sunt feriati olitores.<sup>7</sup> Festus quoque: 'Rustica vinalia appellantur, mense Augusto, quartodecimo (lego XIII. tertio decimo, non XIII.) Kal. Septemb. Jovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium, omnis viui libationem ei Deo dedicaverunt: eodem autem die Veneri templa sunt consecrata... quia in ipsius Dæ tutelæ sunt horti.'

<sup>b</sup> Initium autumnii] Jam id attigit cap. 59.

<sup>c</sup> Nunc Fidiculam] Quæ et Lyræ dicitur, ut ante monuimus. Pridie Idus oriri Columella existimat, loc. cit.

satis est : reliqua observatione cujusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est, plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Et in hoc mirari<sup>14</sup> benignitatem naturæ succurrit: jam primum hanc injuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni: idque quando futurum sit, facile nosci. Ac ne per omnes menses timeretur, earum quoque lege<sup>d</sup> divisum, æstate interlunia præterquam biduo segura esse, hyeme plenilunia: nec nisi æstivis brevissimisque noctibus<sup>e</sup> metui, diebus non idem valere.<sup>15</sup> Præterea tam facile intelligi,<sup>f</sup> ut formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Avem parram<sup>g</sup> oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. E diverso chlorionem prodire<sup>16</sup> ipso die solstitii. Neutrum vero Lunæ statum noxium esse, ne noctibus quidem, nisi serenis, et omni aura quiescente: quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio.

LXX. Sarmen<sup>h</sup>, aut palearum acervos, et evulsas herbas fruticesque, per vineas camposque, cum timebis, in-



*observatur.*—14 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et in hoc mirabilem admirari* Gronov. et al. vett. ante Harduin.—15 Cod. Dalec. *non diebus ita valere.*—16 ‘Ita bene cod. Reg. 2. De Chlorione, *le Lorient*, jam quoque dictum, x. 45.’ Brotier. Ita quoque scribit Pintian. *vireonem prodire* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Earum quoque lege*] Noctium earum, quæ sunt metuendæ frugibus, hanc legem, hanc conditionem esse: ut interlunia noctu non nisi duo æstate, plenilunia hyeme, nisi biduo pariter, metuenda sint: cum, uti dictum est num. 2. roscidum frigus Luna forsitan aspersit, admiscetque amaritudinem satis.

<sup>e</sup> *Brevissimisque noctibus*] Ut minor sit noscendi mora.

<sup>f</sup> *Præterea . . . intelligi*] Quando interlunium sit.

<sup>g</sup> *Avem parram*] De parra et vireone vide quæ diximus x. 45.

<sup>h</sup> *Sarmen*] Nunc remedia proponit adversus rubiginem, et Columellam sequitur, de Arbor. cap. 13. ‘Ne rubigo vineam vexet. Palearum acervos inter ordines verno tempore positos habeto in vinea: cum frigus contra temporis consuetudinem intellexeris, omnes acervos incendio: ita fumus nebulam et rubiginem removebit.’ Habet hoc ipsum et Diophanes, in Geopon. v. 31.

cendito: fumus medebitur. Hic e paleis et contra nebulas auxiliatur, ubi nebulæ nocent. Quidam tres<sup>1</sup> cancos vivos cremari jubent in arbustis, ut carbunculi non noceant. Alii siluri<sup>j</sup> carnem leviter uri a vento, ut per totam vineam<sup>k</sup> fumus dispergatur. Varro auctor est, si Fidiculæ occasu, quod est initium autumnus, uva picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit, 'Si fictili novo obruatur rubeta rana<sup>2</sup> in media segete, non esse noxias tempestates.'

LXXI. Opera rustica<sup>k</sup> hujus intervalli, terram iterare,<sup>1</sup> arbores circumfodere: ubi æstuosa regio poscat, accumulare. Germinantia, nisi in solo luxurioso, fodienda non sunt. Seminaria purgari sarculo. Messem hordeaccam facere. Aream ad messem creta<sup>2</sup> præparare,<sup>1</sup> Catonis sententia amurca temperatam,<sup>3</sup> Virgillii operosius. Majore ex parte æquant tantum, et fimo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulveris remedium videtur.



CAP. LXX. 1 Pintian. scribit, *leviter uri, ut a vento per totam vineam*.—2 Hoc verbum, *rana*, pro glossemate habet Pintian.

CAP. LXXI. 1 'Male recentiores editiones, *terram iterare, arare*. Verbum, *arare*, non habent codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *terram iterare, arare* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Pro *creta*, Pintian. mallet, *terra*.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque cod. Dalec. *amurca temperata* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quidam tres] Sic Apuleius in Geopon. loc. cit.

<sup>j</sup> Alii siluri] Auctor Geopon. loc. cit. pag. 150. Τινὲς δὲ σίλουρον τὴν ἰχθὺν κατατεμόντες, καλοῦσι κατὰ ἄνεμον, κατὰ πᾶν μέρος τοῦ χωρίου τὴν ὁσμὴν ποιοῦντες. Quidam silurum piscem concisum urunt secundum ventum, ac per omnes regionis partes odorem spargunt.

<sup>k</sup> Opera rustica] Columella xi. 2. in Augusto.

<sup>1</sup> Aream ... creta præparare] Cato c. 129. 'Aream ubi frumentum teratur, sic facies. Confodiatur minute

terra, et amurca bene conspergatur, ut combibat quam plurimum. Ubi bene comminuta terra fuerit, et amurcam combiberit, cylindro aut pavicula cœquato,' &c. Cato cretam non nominat: sed interpretes Plinius ex Catonis sententia cretam dixit amurca temperandam. Virgilius vicissim amurcam non nominat, sed cretam, Georg. i. 178. 'Area cum primis ingenti æquanda cylindro, Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci, Ne subeant herbæ, neu pulvere victa fatiscat.'

LXXII. (XXX.) Messis ipsius ratio varia. Galliarum<sup>a</sup> latifundiis valli<sup>b</sup> prægrandes dentibus in margine infestis, duabus rotis per segetem impelluntur, jumento in contrarium juncto: ita dereptæ in vallum cadunt spicæ.<sup>1</sup> Stipulæ<sup>c</sup> alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites<sup>2d</sup> spica dstringitur. Alibi ab radice vellunt: quique id faciunt,<sup>3</sup> proscindi ab se obiter agrum interpretantur, cum extrahant succum. Differentia hæc: ubi stipula domos contegunt, quam longissimam servant. Ubi foeni inopia est, stramento paleam quærunt. Paniculi culmo non tegunt. Milii culmum fere inurunt. Hordei stipulam bubus gratissimam servant. Panicum et milium singulatim<sup>4</sup> pectine manuali<sup>e</sup> legunt Galliæ.

CAP. LXXII. 1 'Lege ex Palladio: vehiculum prægrande, &c. impellitur, jum. in contr. jun. ita dir. in vehiculum cad. spicæ.' Dalec.—2 Margo eidd. Dalec. et Gronov. iterum et desecta mergite, e Varrone.—3 Vet. Dalec. quod qui faciunt.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. sigillatim Gronov. et al. vett.

## NOTE

<sup>a</sup> Galliarum] In Galliarum fundis latioribus, fit vehiculum, seu carpentum, in vanni seu valli grandioris modum, cujus in fronte seu margine denticuli plurimi ac rari sint: id duabus rotis brevibus fertur, impellente bove, qui capite in vehiculum verso a tergo ipsius iugo aptetur et vinculis, qui sit mansuetus, nec modum compulsoris excedat. Hic ubi vehiculum per messes cæpit impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa decidit, abruptis relictisque paleis: et ita per paucos itus ac reductus brevi horarum spatio tota messis impletur. Ita fere Palladius lib. VII. in Junio, tit. 2. p. 122.

<sup>b</sup> Valli] Vallus hoc loco vehiculum nobis esse videtur, vanni grandioris instar, compactum. Vallum pro vano Varro dixit de Re Rust. I. 52.

<sup>c</sup> Stipulæ] Varro de Re Rust. I. 50. sub urbe Roma id fieri solitum ait.

<sup>d</sup> Inter duas mergites] Mergas appellat Columella II. 21. pag. 78. feramenta metendis frugibus idonea: 'Sunt autem,' inquit, 'metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis: alii pectinibus spicam ipsam legunt,' &c. Festus: 'Mergæ, furculæ, quibus acervi frugum fiunt, dictæ a volucris mergis, quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.' Plautus in Pœnulo v. 2. 58. 'Palas vendendas sibi ait, et mergas datas, Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat.' Joan. de Janua: 'Merga a merges dicitur, id est, furca cum qua cona segetis portatur.'

<sup>e</sup> Pectine manuali] Cum pectine subdito; ut fit in: tondendis hominum capillis, extantes spicæ præscinduntur.



Messis ipsa<sup>f</sup> alibi tribulis in area,<sup>g</sup> alibi equarum<sup>h</sup> gressibus exteritur, alibi perticis<sup>i</sup> flagellatur. Triticum, quo serius metitur, copiosius invenitur: quo celerius vero, hoc speciosius<sup>j</sup> ac robustius. Lex aptissima<sup>k</sup> antequam granum indurescat, et cum jam traxerit<sup>l</sup> colorem. Oraculum vero, biduo celerius messem facere potius, quam biduo serius. Siliginis<sup>l</sup> et tritici etiam ratio<sup>o</sup> in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, convenit cum palea sua condi: et stipula tantum, et aristis liberatur.

Palea plures gentium pro fœno utuntur. Melior ea, quæ tenuior, minutiorque, et pulveri propior: ideo optima e



—5 Colum. jam rubicundum traxerit.—6 Pintian. eadem ratio.—7 Alii, muria

#### NOTÆ

tur, et singulæ quidem, nec, ut fit in frumentis, plures comæ vel jubæ simul.

<sup>f</sup> *Messis ipsa*] Seges, seu fruges demessæ.

<sup>g</sup> *Tribulis in area*] Tribula, sive tribulum, vehiculum est terendis frumentis destinatum: unde nomen quoque suum habet, velut teribula, quoniam terat et extundat. Virgilius Georg. 1. 164. 'Tribulaque, trahæque, et iniquo pondere ratri.' Ubi Servius: 'Tribula genus vehiculi omni parte dentatum, unde teruntur frumenta, quo maxime in Africa utuntur.' Varro nentrius generis facit, de Re Rust. 1. 52. 'E spicis,' inquit, 'in arcem excuti grana: quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo: id fit e tabula lapidibus aut ferro exasperata, quæ imposito anriga, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut discutiatur e spica grana. Aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod appellant planstrum Pœnicum.' Nonius femini c. 3. 'Tribulæ,' inquit, 'fœminium: Virgilius Georg. 1. 'Tribulæque, trahæque, et iniquo

pondere ratri.''

<sup>h</sup> *Alibi equarum*] Varro, loc. cit. 'Apud alios exteritur grege jumentorum inacto, et ibi agitato perticis, quod unguis e spica externitur grana.' Sic pariter Columella 11. 21.

<sup>i</sup> *Alibi perticis*] Uti nunc maxima parte Galliarum. Has perticas etiamnum flagella vocant, *des Fleaux*. Baculis excuti, ac tundi fustibus, dixit Columella 11. 21. p. 78.

<sup>j</sup> *Hoc speciosius*] In area et in acervo melius quam in agro frumenta grandescere, ac si tempestive decisa sint, postea capere incrementum, auctor est etiam Columella loc. cit.

<sup>k</sup> *Lex aptissima*] Columella loc. cit. 'Recrastinari non debet, sed æqualiter flaventibus jam satis, antequam ex toto grana indurescant, cum rubicundum colorem traxerunt, messis faciendum est, ut potius in area et in acervo, quam in agro, grandescant frumenta,' &c.

<sup>l</sup> *Siliginis*] Hoc enim arbitror vellem, quod statim ex Columella diximus, in area et in acervo magis, quam in agro, frumenta grandescere.

milio,<sup>m</sup> proxima ex hordeo, pessima ex tritico, præterquam jumentis opere laborantibus. Culmum saxosis locis cum inaruit, baculo frangunt, substratu animalium.<sup>n</sup> Si palea defecit, et culmus teritur. Ratio hæc: maturius desectus, muria diu respersus,<sup>7</sup> dehinc siccatus in manipulos convolvitur, atque ita pro fœno bubus datur. Sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Virgilii præconio.<sup>o</sup> Summa autem<sup>p</sup> ejus ratio, ut herbarum semen exurant. Ritus diversitatem magnitudo facit messium, et caritas operariorum.<sup>8</sup>

LXXIII. Connexa est ratio frumenti servandi. Horrea operose tripedali<sup>1 a</sup> crassitudine, pariete lateritio, exædificari jubent aliqui. Præterea superne<sup>b</sup> impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere ullas. Alii ab exortu tantum æstivo, aut septemtrione,<sup>c</sup> eaque sine calce<sup>d</sup>



*diu respersitur; cod. Dalec. muria aspersus.*—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et raritas operariorum cod. Dalec. et caritas operarum Gronov. et vulgg.

CAP. LXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. operosa tripedali Gro-

#### NOTE

<sup>m</sup> *Ideo optima e milio*] Ad pabulum scilicet jumentorum. Columella vi. 3. 'Minus commode tuemur armentum paleis, quæ ubique, et quibusdam regionibus solæ præsidio sunt: eæ probantur maxime ex milio, tum ex hordeo, mox etiam ex tritico.'

<sup>n</sup> *Substratu animalium*] Ut stramenti vice animalibus substernatur in hyberna stabulatione.

<sup>o</sup> *Virgilii præconio*] Georg. i. 84. 'Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis: Sive inde occultas vires et pabula terræ Pinguis concipiunt: sive illis omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor,' &c.

<sup>p</sup> *Summa autem*] Præcipua, inquit, optimaque ratio Virgilii est, ut herbarum inutilium semina igne exuran-

tur. Hunc igitur intellectum Plinius putavit esse horum verborum, 'Omne per ignem Excoquitur vitium.' Alii *summa autem ratio* legunt, deîta vocula *ejus*: ut sit sententia, prætermisam ab eo vate rationem validissimam, quæ hunc ritum probaret. Sed Mss. omnes reclamant.

<sup>a</sup> *Horrea... tripedali*] Bipedali contentus Palladius i. 19. p. 18.

<sup>b</sup> *Præterea superne*] Non per fenestras, sed per tabulatum, cameramve, in horreum grana conjici.

<sup>c</sup> *Aut septemtrione*] Hunc situm approbat Vitruvius i. 4. p. 8.

<sup>d</sup> *Eaque sine calce*] Amurcam immiscet calci Columella loc. cit. ad solum sternendum, pavimentaue coagmentanda. Item Geopon. auctor, ii. 25.

construi, quoniam sit frumento inimicissima: nam quæ de amurca præceperint, indicavimus.<sup>o</sup> Alibi contra<sup>f</sup> suspendunt granaria lignea columnis, et perflari undique malunt, atque etiam a fundo. Alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur: et si tegulis subjaceat, confervescere. Multi ventilari<sup>2g</sup> quoque vetant: curculionem<sup>h</sup> enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Columella<sup>i</sup> et Favonium ventum conferre frumento præcipit: quod miror equidem, siccissimum<sup>3j</sup> alioqui. Sunt qui rubeta rana in limine horrei pede e longiori-

nov. et al. vett. 'Ms. operose et tripedali. Lege, et tripedalis crassitudinis parieti.'  
Dalec.—2 Multi ventilare Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. siccissimo; Dalec. sic-

## NOTE

<sup>c</sup> Nam quæ . . . indicavimus] Lib. xv. c. 8. Adde iis Columellam i. 6. 'Neque me præterit sedem frumentis optimam quibusdam videri horreum camera contectum, cujus solum terrenum priusquam consternatur perfossum, et amurca recenti, non salsa, madefactum, velut Signinum opus, paviculis condensatur.'

<sup>f</sup> Alibi contra] Sic libri omnes. Varro de Re Rust. i. 57. p. 70. 'At triticum condi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur vento ab exortu, ac Septemtrionum regione, ad quæ nulla aura humida ex propinquis locis aspiret.' Et paulo post: 'Granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, et in Apulia: ita ut non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventu regyrare possit.'

<sup>g</sup> Multi ventilari] Columella i. 6. p. 26. 'Sic enunita sola et latera horreorum, ut retuli, prohibent curculionem: quod genus exitii cum incidit, multi opinantur arceri posse, si exsæ fruges in horreo ventilentur, et quasi refrigerentur. Id autem falsissimum est: neque enim hoc facto ex-

pelluntur animalia, sed immiscentur totis acervis: qui, si maneant immoti, snumis tantum partibus infestantur: quoniam infra mensuram palmi non nascitur curculio: longeque præstat id solum, quod jam vitiatum est, quam totum, periculo subjicere,' &c.

<sup>h</sup> Curculionem] Refert hoc ipsum Palladius loc. cit. ex Columella. Virgil. Georg. i. 185. 'Populatque ingentem farris acervum Curculio.' Vermis est frumenta corrodens, vulgo *Calendre*, *Charensen*. Plautus in eâ fabula, quam de parasiti cujusdam nomine Curculionem inscripsit, iv. 4. 30. 'Ubi nunc Curculionem inveniam? CA. In tritico facillime Vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias.'

<sup>i</sup> Columella] Lib. ii. c. 21. pag. 79. 'At tibi paleis immixta sunt frumenta, vento separentur. Ad eam rem Favonium habetur eximium, qui lenis æqualisque æstivis mensibus perflat.' Sic etiam auctor Geopon. ii. 25.

<sup>j</sup> Siccissimum] Tepidum Favonium, sed subsolano tamen sicciozem esse dixit, ii. 48.

bus suspensa,<sup>4</sup> invehere jubeant. Nobis referre plurimum tempestivitas condendi videbitur. Nam si parum tostum atque robustum collectum sit,<sup>5</sup> aut calidum conditum, inimica innasci<sup>k</sup> necesse est.

Diurnitatis<sup>1</sup> causæ plures. Aut in ipsius grani corio, cum est numerosius, ut milio: aut succi pinguedine, qui pro humore sufficit<sup>6</sup> tantum, ut sesamæ: aut amaritudine, ut lupino et cicerculæ. In tritico maxime nascuntur animalia,<sup>7</sup> quoniam spissitate sua concalescit, et furfure crasso vestitur. Tenuior hordeo palea, exilis et legumini: ideo non generant. Faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc effervescit. Quidam ipsum<sup>m</sup> triticum diurnitatis gratia aspergunt amurca, mille modios quadrantali. Alii Chalcidica aut Carica creta, aut etiam absinthio. Est et Olynthi,<sup>n</sup> ac Cerinthi Eubœæ terra, quæ corrumpi non sinat. Nec fere condita in spica læduntur. Utilissime tamen servan-



cissimum locum quærenti.—4 Cod. Dalec. *rubetam ranam, &c. suspensam*.—5 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. *robustum sit, omisso collectum*, Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *qui in tantum pro humore sufficit*.—7 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *res-*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Inimica innasci]* Formicam et curculionem.

<sup>1</sup> *Diurnitatis]* Hæc a Theophr. de Causis iv. 16. p. 320. Πρὸς δὲ θησαυρισμὸν ἀριστα μὲν κέγχρος, καὶ ἔλυμος, καὶ σήσαμον, καὶ θέρμος, καὶ ἐρέβινθος· τὰ μὲν, ὅτι πολυχίτωνα καὶ ξηρὰ, τὰ δ' ὅτι λιπαρά. Ὁ δὲ θέρμος καὶ ὁ ἐρέβινθος πικρότητά τινα ἔχουσι καὶ δριμύτητα καὶ διατηροῦσι δὲ τὰυτὰ ἀπαθῆ, ὥσπερ εἴρηται. *Omnium optime recondi possunt, milium, panicum, sesama, lupinum, cicer. Milium et panicum, qui tunica multiplici integuntur, et sicca sunt: sesama, ob succi pinguitudinem: lupinum et cicer; amaritudinem quandam et acrimoniam habent, quæ conservare ea sine noxa possunt, ut dictum est. Cicerculam*

Theophrasti ἐρέβινθον dici obiter animadvertite.

<sup>m</sup> *Quidam ipsum]* Varro de Re Rust. i. 57. 'Quidam ipsum triticum amurca conspergunt, cum addant in circiter mille modium, quadrantal amurcæ. Item alius aliud affriat, aut aspergit: ut Chalcidicam, aut Caricam cretam, aut absinthium.' De quadrantali sen amphora dixi xiv. 5.

<sup>n</sup> *Est et Olynthi]* Creditur et terram apud quosdam haberi, inquit Theophr. Hist. viii. cap. extremo, qua illitum triticum servari unice potest: Δοκεῖ δὲ καὶ γῆ τις εἶναι παρὰ τισιν, ἣ διαπαττομένη συντηρεῖ τὸν πυρὸν· ὥσπερ ἦ τε ἐν Ὀλύνθῳ, καὶ ἐν Κηρίνθῳ τῆς Εὐβοίας.

tur in scrobibus, quos siros vocant,<sup>o</sup> ut in Cappadocia, et in Thracia. In Hispania et Africa, ante omnia ut sicco solo fiant, curant: mox ut palea substernatur. Præterea cum spica sua conduntur.<sup>8</sup> Ita frumenta si nullus spiritus penetret, certum est nihil maleficum nasci.<sup>9</sup> Varro<sup>p</sup> auctor est, sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum. Fabam<sup>q</sup> et legumina in oleariis cadis oblita<sup>10</sup> cinere, longo tempore servari. Idem fabam a Pyrrhi regis ætate in quodam specu Ambraciæ usque ad piraticum Pompeii Magni bellum durasse, annis circiter centum viginti. Ciceri tantum nullæ bestiolæ in horreis innascuntur. Sunt qui urceis<sup>11</sup> cineri substratis, et illitis acetum habentibus, leguminum acervos superingerant, ita non nasci maleficia<sup>s</sup> credentes. Alii qui in<sup>t</sup> salsamentariis cadis gypso illinant: alii qui lentem aceto laserpitia-



cunt animalia Gronov. al. vett. Hardnin. et recentt.—8 Dalec. condantur.—9 Vet. Dalec. frumenta, &c. innasci.—10 Vet. Dalec. cadis oblitis.—11 Sunt qui

## NOTE

<sup>o</sup> Quos siros vocant] Varro loc. cit. ' Quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant *σειρός*, ut in Cappadocia ac Thracia. Alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscensi. Horum solum paleis substernunt, et curant ne humor aut aër tangere possit, nisi cum promitur ad usum: quo enim spiritus non pervenit, ibi non oritur curculio.' Habet eadem Columella 1. 6. Hesychius: *Σειρός, ὀρύγμῳσιν, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα.*

<sup>p</sup> Varro] Loco citato. In Bibliotheca Cæsarea Viennæ Austriæ capsulam asservari, scribit Lambecius ex Bibliothecæ præfectus, l. vi. p. 316. qua in capsula frumentum sit conditum, quod anno 1664. trecentorum jam ac tricenum esset annorum, ut ex affixis ei capsæ publicis instrumentis ac monumentis liquet.

<sup>q</sup> Fabam] Varro de Re Rust. 1. 58.

<sup>r</sup> Sunt qui urceis] Fictilibus æneisve vasis, coopertis, intus acetum habentibus, foris cinere illitis, inferne cinere rursus substratis.

<sup>s</sup> Maleficia] Bestiolas frugibus inimicas.

<sup>t</sup> Alii qui in] Quod de leguminibus generatim Plinius et universe pronuntiat, hoc inprimis de lente Columella 11. 10. 'Ea,' inquit, 'ne curculionibus absumatur, ... in Sole siccetur, et radice silphii trita cum aceto aspergatur, defriceturque: atque ita rursus in Sole siccata, et mox refrigerata recondatur, si major est modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis, salsamentariisque, quæ repleta confestim gypsata sunt. Quandoque in usus promserimus, integram lentem reperiemus. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mixta commode servari.'

to<sup>12</sup> respergant, siccataque oleo inungant. Sed brevissima observatio, quod vitis carere velis, interlunio legere. Quare plurimum refert, condere quis malit, an vendere. Crescente<sup>u</sup> enim Luna frumenta grandescunt.

LXXIV. (XXXI.) Sequitur ex divisione temporum autumnus a Fidiculæ occasu ad æquinoctium, ac deinde Vergiliarum occasum, initiumque hyemis. In his intervallis significant,<sup>1a</sup> pridie Idus Augusti Atticæ Equus oriens vesperi: Ægypto et Cæsari Delphinus occidens.<sup>b</sup> XI. Kalend. Septembris<sup>c</sup> Cæsari et Assyriæ, stella, quæ Vindemitor<sup>2</sup> appellatur, exoriri mane incipit, vindemiæ maturitatem promittens. Ejus argumentum erunt acini colore mutati. Assyriæ v. Kalendas et Sagitta occidit, et etesiæ desinunt. Vindemitor Ægypto Nonis exoritur. Atticæ Arcturus matutino, et Sagitta occidit mane. Quinto Idus<sup>d</sup> Septembris, Cæsari Capella oritur vesperi. Arcturus vero medius pridie Idus, vehementissimo<sup>e</sup> significatu terra marique per dies



orcis Pintian. Mox, Vet. Dalec. et pice illitis.—12 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Ita quoque edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *laserpiato* Harduin. 1. operarum lapsu. Cod. Dalec. *illinunt*. *Aliqui lentem aceto laserpiato respergant, s. o. inungunt*.

CAP. LXXIV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *significatur* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *antevindemitor*, προπρυγητήρ, Ptoleim. προπρυγητος et *provindemitor* Vitruv. πρυγητήρ Hesiod. *vindemiator* Gronov. et al. vett.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Crescente*] Frumenta Luna crescente lecta grandescunt in area.

<sup>a</sup> *Significant*] Hoc est, ut sæpe diximus, tempestatum significatus habent dies aut sidera mox appellanda.

<sup>b</sup> *Delphinus occidens*] Occasu vesperino: quem Idibus Columella adjudicat: 'Idibus Augusti, Delphiini occasus, tempestatem significat.' Et postero die, 'XI. Kalend. Septemb. ejusdem sideris matutinus occasus tempestatem significat.'

<sup>c</sup> *XI. Kalend. Septemb.*] Quatriduo post Columellæ XI. 2. 'VII. Kalend. Septemb. Vindemiator exoritur ma-

ne, et Arcturus incipit occidere: interdum pluvia.'

<sup>d</sup> *Quinto Idus*] Columellæ: 'Septimo Idus Capra exoritur, tempestatem significat.'

<sup>e</sup> *Vehementissimo*] Plautus in *Rudente* Prolog. vs. 69. 'Increpui hybernium, et fluctus movi maritimos: Nam Arcturus signum sum omnium acerrimum: Vehemens sum exoriens: cum occido, vehementior.' Stella est exinie conspicua in signo Bootæ sive Aretophylacis, post caudam majoris ursæ: unde nomen habet, quasi *ἔκρουσ οὐρά*. Cicero, in Phæ-

quinque. Ratio ejus hæc traditur: si Delphino occidente imbres fuerint, non futuros per Arcturum. Signum orientis ejus sideris servetur hirundinum abitus: <sup>3</sup> namque deprehensæ <sup>f</sup> intereunt. Sextodecimo Kalendas Octobris, Ægypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, etesiæque desinunt. Hoc idem Cæsari <sup>5</sup> XIV. Kalendas, XIII. Assyriæ significant: et XI. Kalendas Cæsari commissura Piscium <sup>h</sup> occidens, ipsumque æquinoctii sidus <sup>i</sup> VIII. Kalend. Octobr. Deinde consentiunt (quod est rarum) Philippus, Callippus, <sup>4</sup> Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, Democritus, Eudoxus, <sup>5</sup> IV. Kalendas Octobris Capellam matutino exoriri, et III. Kalendas Hædos. Sexto Nonas Octobris Atticæ Corona exoritur mane. Asiæ et Cæsari V. Kalend. Heniochus occidit matutino. Tertio Kalendas Cæsari Corona exoriri incipit: et postridie occidunt Hædi vesperi. VIII. Idus Octobris Cæsari fulgens in Corona stella oritur. Et III. Idus <sup>6</sup> Vergiliæ vesperi. Idibus Corona tota. Sexto Kalendas Novembris Suculæ vesperi exoriuntur. Pridie Kalendas Cæsari Arcturus occidit: et Suculæ exoriuntur cum Sole. Quarto Nonas Arcturus occidit vesperi. Quinto Idus Novembris gladius Orionis occidere incipit. Dein III. Idus <sup>7</sup> Vergiliæ occidunt.



—3 Vet. Dalec. abitu.—4 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Callippus Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Eudoxus, Ion Gronov. et al. vett.—6 Et VI. Idus margo edd. Dalec. et Gronov. e Colum.—7 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ Brotier. Deinde III. Idus Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

## NOTÆ

nom. de Arctophylace: ‘Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes, &c. Huic autem subter præcordia fixa videtur Stella micans radiis, Arcturus nomine claro.’

<sup>f</sup> Namque deprehensæ] Quæ ab eo sidere deprehenduntur, nec ante abierint, quam exoriatur, frigore intereunt.

<sup>5</sup> Hoc idem Cæsari] Et Columellæ

XI. p. 381. ‘XIV. Kalend. Octob. Spica Virginis exoritur.’

<sup>h</sup> Commissura Piscium] Ea tæniola est, qua uterque piscis connectitur, ut quidem in globo pingitur. Columella eodem die pisces occidere matutino ait.

<sup>i</sup> Æquinoctii sidus] Sol æquinoctium faciens.

In his temporum intervallis opera rustica, napos, raphanos serere, quibus diebus diximus.<sup>j</sup> Vulgus agreste et rapa post ciconiæ<sup>k</sup> discessum male seri putat. Nos omnino post Vulcanalia, et præcocia<sup>81</sup> cum panico. A Fidiculæ autem occasu viciam, faseolos, pabulum:<sup>m</sup> hoc silente<sup>9</sup> Luna<sup>n</sup> seri jubent. Et frondis præparandæ tempus hoc est. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die justum habet. Si decrescente Luna præparetur, non putrescit: aridam colligi non oportet.

Vindemiam antiqui nunquam existimavere maturam ante æquinoctium: jam passim rapi cerno. Quamobrem et hujus tempora notis argumentisque signentur. Leges ita se habent: 'Uvam calidam<sup>10</sup> ne legito, hoc est, in ejus siccitate, ac nisi imber<sup>o</sup> intervenerit. Hanc ne legito rorentam, hoc est, si ros nocturnus fuerit, nec priusquam<sup>11</sup> Sole discutiatur. Vindemiare incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere cœperit, aut cum exento acino ex densitate intervallum non compleri<sup>12</sup> apparuerit, acinum non augeri.' Acinos plurimos fert,<sup>13</sup> si contingat crescente Luna vindemiare.<sup>14</sup> Pressura una culeos XX.<sup>p</sup> implere



Bipont. et Franz.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et matura frumenta, e Golum.*—9 Vet. Dalec. *et hoc silente.*—10 *Uvam caluridam* Vet. Dalec. Mox, Vet. Dalec. *in ea siccitate.*—11 Vet. Dalec. *non prius quam.*—12 Vet. Dalec. *intervallo non completo.*—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Acino plurimum refert* Gronov. et al. vett.—14 Cod. Dalec. *vindemiari.*—15 'Lego, Ad totid.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Quibus diebus diximus*] Cap. 35.

'*Inter duorum numinum dies festos, Neptuni atque Vulcani.*'

<sup>k</sup> *Post ciconiæ*] De ejus discessu diximus c. 31.

<sup>l</sup> *Et præcocia*] Rapa nimirum, cum panico, quod seri diximus ante Vergiliarum exortum initio c. 10.

<sup>m</sup> *Pabulum*] Sive ocymum, ut dictum est xvii. 35. 'Ocymum, quod in vinea seri Cato jubet, antiqui appellabant pabulum,' &c.

<sup>n</sup> *Hoc silente Luna*] Hoc est, in interlunio, ut dictum est xvi. 74. Adde Marbodæum de Lapid. Pretios. c. 19. qui Lunam silentem Lunam primam interpretatur.

<sup>o</sup> *Ac nisi imber*] Simile est quod Cato præcipit c. 112. de vino Coo faciendo: 'Uvas relinquito in vinea, sinito ut bene coquantur: et ubi pluerit, et siccaverit, tunc deligito,' &c.

<sup>p</sup> *Culeos XX.*] De culeo diximus xiv. 5. De lacu c. 7.



debet. Hic est pes justus.<sup>q</sup> Ad totidem culeos et lacus,<sup>r</sup> XX. jugeribus unum sufficit torculum.<sup>15</sup> Premunt aliqui singulis,<sup>t</sup> utilius binis, licet magna sit vastitas<sup>u</sup> singulis. Longitudo in his refert, non crassitudo: spatiosa<sup>v</sup> melius premunt. Antiqui<sup>w</sup> funibus vittisque loreis ea detrahebant,<sup>a</sup> et vectibus. Intra centum annos<sup>x</sup> inventa Græcanica,<sup>y</sup> mali rugis per cochleas bullantibus,<sup>z</sup> palis affixa arbori stella, a palis arcas lapidum attollente secum arbore:<sup>b</sup> <sup>16</sup> a quod maxime probatur. Intra viginti duos<sup>b</sup> hos annos inventum, parvis prelis, et minori torculari, ædificio brevior, et malo<sup>c</sup> in medio decreto,<sup>17</sup> tympana<sup>d</sup> imposita

<sup>a</sup> Deprimebant prela.

<sup>b</sup> Græcanica torcula, in quibus rugæ torcularii mali per cochleam torquentur: imposita arbori affixaque ex altero trabis capite stella lignea e palis decussatim positis: quibus e palis arcæ lapidum pendeant, quas secum attollat arbor.



culeos XX. jugeribus unum sufficit torculum et lacus, sub. 'unus.' Dalec.—16 Vet. Dalec. præli cochleæ illabentibus pal. aff. arboris stella, cum prælo arcus lap. attol. sursum arbore.—17 Vet. Dalec. erecto.—18 'Lege, Sed tamen Calend.

#### NOTÆ

<sup>q</sup> Hic est pes justus] Hæc mensura pressuræ justa ac legitima.

<sup>r</sup> Et lacus] Pour vingt cuvées.

<sup>s</sup> Torculum] Un Pressoir. Torculum, torcular, torcularium, dixere promiscue vetusti scriptores.

<sup>t</sup> Premunt aliqui singulis] Torculis, sive prelis scilicet. Est autem prelo torcularium, l'arbre du pressoir.

<sup>u</sup> Licet magna sit vastitas] Duobus prelis longitudinem pedum quadragenum Vitruvius assignat vi. 9. p. 116. latitudinem, 24.

<sup>v</sup> Spatiosa] Quæ nempe longiora sunt, et eadem latiuscula.

<sup>w</sup> Antiqui] Meminit ejus moris loco cit. Vitruvius: 'Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus,' &c.

<sup>x</sup> Intra centum annos] Augusti principatu.

<sup>y</sup> Græcanica] Subintellige torcula: Pressoir à vis.

<sup>z</sup> Bullantibus] Decurrentibus per cochleam spiris crassioribus, rotosis, extantibus, in bullæ morem rotundatis. Plus etiam dixisse videtur una significatione vocis hujusce bullantibus, quam possit ulla copia sermonis enarrari.

<sup>a</sup> Attollente secum arbore] Ad æquilibrium videlicet, interim dum ex altero capite arbor deprimitur: uti in tollenonibus fieri quotidie promptum est intelligere. De tollenonibus, xix. 20.

<sup>b</sup> Intra viginti duos] Anno igitur Urbis dcccviii. Neronis, tertio: hæc enim Auctor commentabatur anno dcccxxx.

<sup>c</sup> Et malo] Malus torcularius in medio statuitur, La vis du pressoir.

<sup>d</sup> Tympana] Asseres planos ac latos, vis quæ sunt premendæ impositos.



vinaceis superne toto pondere urgere, et super prela construere congeriem.<sup>c</sup>

Hoc et poma colligendi tempus, et observatio, cum aliquod maturitate, non tempestate, deciderit: hoc et fæces exprimendi: hoc et defrutum<sup>f</sup> coquendi silente Luna noctu: aut si interdiu, plena: ceteris diebus aut ante exortum Lunæ, aut post occasum. Nec de novella vite, aut palustri, nec nisi e matura uva, nec nisi foliis despumandum: quia si ligno contingatur vas, adustum ac fumosum fieri putant. Justum vindemiæ<sup>g</sup> tempus ab æquinocio ad Vergiliarum occasum dies XLIV. Ab eo die oraculum occurrit, frigidum picari<sup>h</sup> pro nihilo ducentium. Sed jam et Kalendis Januarii,<sup>18</sup> defectu vasorum, vindemiantes vidi, piscinisque musta condi, aut vina effundi priora, ut dubia<sup>i</sup> reciperentur. Hoc tam sæpe proventu nimio evenit, quam sævitia<sup>19</sup> insidiantium caritati civili. Sed æqui patrisfamilias modus est, annona cujusque anni uti. Id peræque etiam lucrosissimum. Reliqua de vinis affatim dicta sunt. Item vindemia facta olivam esse rapiendam, et quæ ad oleum pertinent, quæque ad Vergiliarum occasum agi debent.

LXXV. (XXXII.) His, quæ sunt necessaria, adjicientur de Luna, ventisque, et præsagiis, ut sit tota sideralis ratio



*Novembr.* Non satis enim credibile, uvas non collectas in vinea durare posse ad Januarium usque mensem. Dalec. *Januarii vind. vidi, piscinisque defectu vasorum musta condi, et vina* Vet. Dalec.—19 Vet. Dalec. *quam segnitia.*

#### NOTE

<sup>c</sup> *Congeriem*] Lapidum videlicet, ad pondus augendum.

<sup>f</sup> *Hoc et defrutum*] Ita Columella XII. 19. p. 427.

<sup>g</sup> *Justum vindemiæ*] Varro de Re Rust. I. 34.

<sup>h</sup> *Frigidum picari*] Hoc est, inutile esse et intempestivum, ac nihili, vasa seu dolia parare, picare, instruere,

post eum diem, cum cælum esse tum frigidum cœpit: serum esse tum comparare, quæ prompta esse prius oportuit.

<sup>i</sup> *Ut dubia*] Nova scilicet, quibus vetusta vina præstant. Sunt enim ea dubiæ bonitatis, quorum tam sera pressura, quæque ærius sunt vasis condita.

perfecta. Namque Virgilius<sup>j</sup> etiam in numeros Lunæ digerenda quædam putavit, Democriti secutus ostentationem. Nos legum utilitas, quæ in toto opere, in hac quoque movet parte. Omnia quæ<sup>k</sup> cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente Luna, quam crescente, fiunt. 'Stercus,<sup>l</sup> nisi decrescente Luna, ne tangito. Maxime intermenstrua<sup>m</sup> dimidiaque stercoreto. Verres, juvencos, arietes, hædos, decrescente Luna castrato. Ova Luna nova supponito. Scrobes Luna plena noctu facito. Arborum radices Luna plena operito. Humidis locis interlunio serito, et circa interlunium quatruiduo.' Ventilari quoque frumenta ac legumina, et condi circa extremam Lunam jubent: seminaria, cum Luna supra terram sit, fieri: calcari musta, cum Luna sub terra: item materias<sup>n</sup> cædi,<sup>o</sup> quæque alia suis locis diximus. Neque facilior est observatio ac jam dicta a nobis secundo volumine: ° sed quod intelligere vel rustici possint, quoties ab occidente Sole cernetur, prioribusque noctis horis lucebit, crescens erit, et oculis dimidiata judicabitur: cum vero occidente Sole orietur ex adverso, ita ut pariter aspiciantur, tum erit plenilunium. Quoties ab ortu<sup>p</sup> Solis orietur, prioribusque noctis horis detrahet lumen, et in diurnas extendet, decrescens erit, iterumque dimidia. In coitu vero (quod interlunium vocant) cum apparere desierit. Supra terras autem erit, quamdiu et Sol, interlunio, et prima tota die: secunda, horæ unius dextante sicilico:<sup>q</sup> ac deinde tertia usque ad quintamdecimam,

CAP. LXXV. 1 'Ita codd. Regg.' Brotier. Edd. ante Brotier, *materies*

## NOTE

<sup>j</sup> Namque Virgilius] Georg. 1. 276. Mox quædam Lunæ, hoc est, quædam de Luna.

<sup>k</sup> Omnia quæ] Vide quæ dicta sunt 1. 74.

<sup>l</sup> Stercus] Auctor Geopon. 11. 19. p. 59. Ὅτι δὲ σελήνης ἀξαναούσης οὐ χρὴ κοπρίζειν, κ. τ. λ.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>m</sup> Intermenstrua] Sive intermestri, ut dictum est XVI. 75.

<sup>n</sup> Item materias] Vide XVI. 74.

<sup>o</sup> Secundo volumine] Lib. 11. c. 11.

<sup>p</sup> Quoties ab ortu] Quoties ab exortiva cæli parte orietur, sed serius, ita ut nocti suum lumen per aliquot horas neget.

*Plinius.*

9 A

multiplicatis horarum iisdem portionibus: quintadecima tota supra terras noctu erit, eademque sub terris tota die. Sextadecima ad primæ horæ nocturnæ dextantem sicilicum sub terra aget, eademque portiones horarum per singulos dies adjiciet usque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat,<sup>a</sup> tantundem novissimis ex die adjiciet supra terram. Alternis autem mensibus xxx. implebit numeros, alternis vero detrahabet singulos. Hæc erit ratio lunaris.

LXXVI. (XXXIII.) Ventorum paulo scrupulosior. Observato Solis ortu quocumque libeat die, stantibus hora diei sexta,<sup>a</sup> sic ut ortum eum a sinistro humero habeant, contra mediam faciem meridies, a vertice septemtrio erit. Qui ita limes per agrum currit, cardo<sup>b</sup> appellatur. Circumagi deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat: alioqui post hominem erit. Ergo permutatis lateribus, ut ortus illius diei a dextro humero fiat, occasus a sinistro, tunc erit hora sexta, cum minima umbra contra medium fiet hominem. Per hujus mediam longitudinem duci sarculo sulcum; vel cinere lineam, verbi gratia, pedum viginti, conveniet: mediamque mensuram, hoc est, in decimo pede, circumscribi circulo parvo, qui vocetur umbilicus.<sup>c</sup> Quæ pars

ædi.—2 Cod. Dalec. quando sub terris agit.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Dextante sicilico*] Secunda die, inquit, Luna supra terras erit per dextantem sicilicum unius horæ vesperi, hoc est, 51. min.  $\frac{1}{4}$ . seu per quinque sextas partes unius horæ, et aliquanto amplius. Finge horam unam in partes duodenas tribui: dextans ex illis denas complectitur: sicilicus, partis undecimæ quartam partem.

<sup>a</sup> *Hora diei sexta*] Quæ nobis meridies est, et duodecima diei hora.

<sup>b</sup> *Cardo*] Limiti, fossæ, viæ, quæ a meridie ad septemtrionem ducebatur, Cardinis nomen inditum a mundi cardine, ut Hyginus admonet initio libri

de limitibus constituendis.

<sup>c</sup> *Qui vocetur umbilicus*] Umbilicum Plinius admonet appellari spatium instar circuli circumscriptum, in medio agro, vel regionis. Sic III. 17. 'Cutiliæ lacum' dixit idem a Varrone appellari 'Italiæ umbilicum.' Eo sensu etiam in Cantico Canticorum dicitur, VII. 2. 'Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.' Nam ibi populus Juda Hierosolymitanæ toparchiæ præconium facit, et Bethlehem oppidum, quod in medio illius toparchiæ sive regionis est, cisternam dicit ha-

fuerit a vertice umbræ, hæc erit ventus septemtrionalis. Illo tibi, putator, arborum plagæ ne spectent, neve arbusta vineæve, nisi in Africa, Cyrenis, Ægypto. Illinc flante ne arato, quæque alia præcipimus.<sup>1</sup> Quæ pars lineæ fuerit a pedibus umbræ, meridiem spectans, hæc ventum Austrum dabit, quem a Græcis Notum diximus vocari. Illinc flatu veniente, materiam vineamque, agricola, ne tractes. Humidus aut<sup>d</sup> æstuosus<sup>2</sup> Italiae est. Africae quidem incendia cum serenitate affert. In hunc Italiae palmites spectent, sed non plagæ arborum vitiumve. Hunc oliveti metator Vergiliarum quatruiduo,<sup>e</sup> hunc caveat insitor calamis, gemisque inoculator. De ipsa regionis hora præmonuisse conveniet. Frondem media die, arborator, ne cædito. Cum meridiem adesse senties, pastor, æstate contrahente se umbra, pecudem a Sole in opaca cogito. Cum æstate<sup>f</sup> pasces, in occidentem specta<sup>3</sup> ante meridiem, post meridiem in orientem: aliter noxium, sicut hyeme<sup>g</sup> et vere, si in rorulentum duceres. Ne contra<sup>4</sup> septemtrionem paveris supradictum.<sup>h</sup> Clodunt ita,<sup>i</sup> lippiuntve ab afflatu, et alvo

//////////

<sup>1</sup> CAP. LXXVI. 1 Cod. Dalec. præcepimus.—2 Dalec. et æstuosus.—3 Vet. Dalec. spectent.—4 Dalec. ex codd. vere, in rorulentum ducere. Ne contra. Edd. vett. Nec contra.

#### NOTÆ

bere similem crateri bene tornato, quo nihil effici possit rotundius, nec unquam potus egentem. Cisterna hæc, cujus fit mentio II. Reg. XXIII. 15. 'Desideravit ergo David, et ait: O si quis mihi daret potum aquæ, de cisterna, quæ est in Bethlehem juxta portam!' 'Pocula' enim pro ipso potu dixere Latinitatis auctores optimi. Sic 'viventia pocula' dixit Plinius XXVIII. 2. Sic etiam Horat. II. Sat. 6. 70. 'Siccant inæquales calices conviva, solutus Legibus insanis: seu quis capit acria fortis Pocula, modicis humescit lætius.' *Ed. sec.*

<sup>d</sup> *Humidus aut*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad I. II. num. 45.

<sup>e</sup> *Hunc . . . quatruiduo*] Quo de qua-

triduo egimus XVII. 2.

<sup>f</sup> *Cum æstate*] Vide quæ in eam rem diximus VIII. 75. Adde Palladium lib. XII. in Novemb. tit. XIII. p. 171.

<sup>g</sup> *Sicut hyeme*] Colum. VII. 3. pag. 256. 'Hyeme et vere, matutinis temporibus intra septa contineantur, dum dies arvis gelicidia detrahat: nam pruinosa iis diebus herba pecudi gravedinem creat, ventremque proluit,' &c. Vide et cap. 5. ejusdem libri, p. 263. Palladium quoque loc. cit.

<sup>h</sup> *Supradictum*] Libentius agnoverim, sit prædictum: quasi dicat, prædoctus esto, ut cap. seq. Quo enim loco id ante dixerit, non occurrit.

<sup>i</sup> *Clodunt ita*] Oculos nimirum, ut

cita percunt. Qui foeminas concipi voles, in hunc ventum<sup>j</sup> spectantes iniri cogito.

LXXVII. (XXXIV.) Diximus<sup>k</sup> ut in media linea designaretur umbilicus. Per hunc medium transversa currat alia.<sup>l</sup> Hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: et limes qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur.<sup>l</sup> Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decusses<sup>2</sup> obliquæ, ita ut a septemtrionis dextra lævaque ad Austri dextram lævamque descendant. Omnes per eundem currant umbilicum, omnes inter se pares sint, omnium intervalla paria. Quæ ratio semel in quoque agro ineunda erit: vel si sæpius libeat uti, e ligno facienda, regulis paribus in tympanum<sup>m</sup> exiguum, sed circinatum adactis. Ratione qua doceo, occurrendum ingeniis quoque imperitorum est. Meridiem excuti placet, quoniam semper est idem: Sol autem quotidie ex alio cœli momento, quam pridie, oritur: ne quis forte ad exortum capiendam putet lineam.<sup>3</sup> Ita cœli exacta parte, quod fuerit lineæ caput septemtrioni proximum a parte exortiva solstitialem habebit exortum, hoc est, longissimi diei, ventumque Aquilonem, Boream<sup>n</sup> Græcis dictum. In hunc ponito arbores vitesque. Sed hoc flante

CAP. LXXVII. 1 Cod. Dalec. *alia talis*.—2 Gronov. *decusseis*.—3 Margo edd.

#### NOTÆ

qui nictatione laborant. Inde fortassis Clodia gens apud Romanos nomen traxit.

<sup>j</sup> *Qui foeminas . . . in hunc ventum*] In septemtrionem videlicet, qui noxius est, non in Aquilonem, qui salubrior: in quem quæ spectare coguntur oves, mares edunt, ut diximus ex Aristotele, ceterisque, VIII. 72. dicemusque iterum cap. seq.

<sup>k</sup> *Diximus*] Sup. cap.

<sup>l</sup> *Decumanus vocabitur*] Festus quoque: 'Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu Solis ad occasum. Al-

ter ex transverso currens, appellatur Cardo.' Atque eam ob causam quoniam literæ X figuram exhibet, quæ nota denarii est, decumano limiti factum id nomen. Alia causa appellationis decumani ovi, decumanique fluctus, apud Festum, quem consule. Vide plura apud Voss. in Etymol.

<sup>m</sup> *Tympanum*] Hoc est, tabulam solidam ac planam.

<sup>n</sup> *Aquilonem, Boream*] De varia appellatione ventorum diximus abunde II. 46. &c.

ne arato: frugem ne serito: semen ne jacito. Præstringit enim atque percellit<sup>4</sup> hic radices arborum, quas positurus afferes. Prædoctus esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. Nec sum oblitus, in hac parte ventum Græcis poni, quem Cæciam vocant. Sed idem Aristoteles, vir immensæ subtilitatis, qui id ipsum fecit, rationem convexitatis mundi reddit, qua contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollitur sidere<sup>o</sup> æstate media, mutatque nomen, et etesias vocatur. Ergo cum frigidum senties, caveto; ac quacumque<sup>5</sup> Aquilo prædicatur, tanto perniciosior septemtrio est. In hunc Asiæ,<sup>p</sup> Græciæ, Hispaniæ, maritimæ Italiæ, Campaniæ, Apuliæ arbusta vineæque spectent. Qui mares<sup>q</sup> concipi voles, in hunc<sup>r</sup> pascito, ut sic ineuntem ineat.<sup>6</sup> Ex adverso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Græci Liba vocant. In hunc a coitu cum se pecus circumegerit, fœminas conceptas esse scito.

Tertia a septentrione linea, quam per latitudinem umbræ duximus, et decumanam vocavimus, exortum habebit æquinoctialem, ventumque Subsolanum, Græcis Apelioten<sup>7</sup> dictum. In hunc salubribus locis villæ vineæque spectent. Ipse leniter pluvius: tamen est siccior Favonius,<sup>8</sup> ex adverso ejus ab æquinoctiali occasu, Zephyrus Græcis nominatus. In hunc spectare oliveta Cato jussit.<sup>9</sup>



Dalec. et Gronov. capi unicum putet lineam. Ista.—4 Vet. Dalec. prægelat.—5 Vet. Dalec. ad quacumque.—6 Vet. Dalec. ut sic matres ineantur; alii ap. Dalec. ut sic in eundem ineat; alii ibid. ut sic mares ineant.—7 Vet. Apelioten, magis ex etymologia. Dalec.—8 Favonio. Ex cod. Dalec.—9 Vet.

## NOTE

<sup>o</sup> *Mollitur sidere*] Aquilo nimirum: qui etesias appellatur: de quo jam antea Plinius II. 47. 'Aquilones,' inquit, 'quos etesias appellant. Mollire eos creditur Solis vapor geminatus ardore sideris.'

<sup>p</sup> *In hunc Asiæ*] In Aquilonem, aut

Cæciam, non in Septentrionem.

<sup>q</sup> *Qui mares*] In Aquilonem adhuc, aut Cæciam. Vide quæ dicta sunt VIII. 72.

<sup>r</sup> *In hunc*] In Africum.

<sup>9</sup> *Cato jussit*] Ut diximus xv. 6.

Hic ver inchoat, aperitque terras tenui frigore saluber. Hic vites putandi, fruges curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi jus dabit, afflatuque nutritium exercebit.<sup>9†</sup>

Quarta a septemtrione linea, eadem Austro ab exortiva parte proxima, brumalem habebit exortum, ventumque Vulturnum, Eurum Græcis dictum, sicciozem et ipsum, tepidiorēque. In hunc apiaria et vineæ Italiæ, Galliarumque, spectare<sup>10</sup> debent. Ex adverso Vulturni flabit Corus, ab occasu solstitiali et occidentali latere septemtrionis, Græcis dictus Argestes, ex frigidissimis et ipse, sicut omnes qui a septemtrionis parte spirant. Hic et grandines infert, cavendus et ipse, non secus ac septemtrio. Vulturnus, si a serena cœli parte cœperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in majorem partem noctis extenditur. Quisquis erit ventus, si fervidus sentietur, pluribus diebus permanebit. Aquilonem prænuntiat terra siccescens repente, Austrum humescens rore occulto.

LXXVIII. (XXXV.) Etenim prædicta<sup>1</sup> ventorum ratione, ne sæpius eadem dicantur, transire convenit ad reliqua tempestatum præsagia, quoniam et hoc placuisse Virgilio<sup>u</sup> magnopere video. Siquidem in ipsa messe sæpe concurrere prælia ventorum damnosa imperitis refert. Tradunt eundem Democritum metente fratre ejus Damaso<sup>v</sup> ardentissimo æstu orasse, ut reliquæ segeti parceret, raperetque desecta sub tectum, paucis mox horis sævo imbri vaticinatione approbata. Quin immo et arundinem non nisi impendente pluvia seri jubent, et fruges insecuturo imbri.

//////////

Dalec. *afflatumque nutritium excitabit.*—10 *Galliarum spectare Gronov.*

CAP. LXXVIII. 1 *At enim prædicta Vet. Dalec.*—2 *Ita cod. Reg. 2. et*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Nutritium exercebit*] Tenui frigore nutritium arborum agricolam exercebit. Hic Pinetus, ut sæpe, cespitat.

<sup>u</sup> *Virgilio*] Georg. i. 313. 'Sæpe ego ventorum concurrere prælia

vidi.'

<sup>v</sup> *Damaso*] Refert hoc ipsum Clemens Alexandr. Stromat. lib. vi. p. 631. ubi et Damasum fratrem Democriti vocat: Laërtius quoque in Democrito, l. ix. p. 247.



Quamobrem et hæc breviter attingimus,<sup>2</sup> scrutati maxime pertinentia.

Primumque a Sole capiemus præsgia. Purus oriens,<sup>w</sup> atque non fervens, serenum diem nuntiat: at hybernâ pallidus grandinem. Si et occidit<sup>x</sup> pridie serenus, et oritur, tanto certior fides serenitatis. Concavus oriens<sup>y</sup> pluvias prædicat: idem<sup>z</sup> ventos,<sup>z</sup> cum ante exorientem eum nubes rubescunt: quod si et nigræ<sup>4</sup> rubentibus intervenerint, et pluvias. Cum orientis<sup>a</sup> atque occidentis radii rubent, coire<sup>5</sup> pluvias. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent. Si in exortu<sup>b</sup> sparguntur<sup>6</sup> partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt. Si in ortu aut<sup>c</sup> in occasu contracti cernentur radii, imbrem. Si in occasu ejus pluet, aut radii in se<sup>7</sup> nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. Cum oriente radii non illustres eminebunt, quamvis circumdati nûbe non sint, pluviam portentent. Si ante exortum nubes globabuntur, hyemem asperam denuntiabunt. Si ab ortu repellentur, et ad occasum abibunt, serenitatem. Si



Editio princeps.<sup>2</sup> Brotier. *breviter attingemus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *item* Gronov. et al. vett.—4 Dalec: *si nigræ*.—5 Vet. Dalec. *radii videntur coire*.—6 *Si in e. sparguntur* Vet. Dalec.—7 Vet. Dalec. *livent radii*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Purus oriens*] Theophr. de Signis Seren. p. 128.

<sup>x</sup> *Si et occidit*] Theophr. loc. cit.

<sup>y</sup> *Concavus oriens*] Sol abditus in cavo nubis. Theophr. de Signis Vent. p. 118. Virgil. Georg. 1. 441. 'Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum Concavus in nubem, medioque refugerit orbe, Suspecti tibi sint imbres,' &c.

<sup>z</sup> *Idem ventos*] Festus Rufus Arati interpres, p. 69. 'Ignea si fulgor præcurrit plurimum ora, Flamina crebra

salis quatiunt vada,' &c.

<sup>a</sup> *Cum orientis*] Theophr. de Sign. Pluv. et Vent. p. 111.

<sup>b</sup> *Si in exortu*] Festus Avienus p. 69. de Sole: 'Sed non ora cavo similis, medioque recedens Ore quasi, vel si radios discingitur ultro, Figat ut Australem porrecti sidere partem, Ac Borean rigidi jaculetur luminis igne, Et vento et pluviis reparata luce carebit.'

<sup>c</sup> *Si in ortu aut*] Rufus Avienus loc. cit.

nubes Solem circumcludent, quanto minus luminis relinquunt, tanto turbidior tempestas erit: si verò etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu fiet, ita ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestas. Si non ambibunt,<sup>8</sup> sed incumbent, a quocumque vento fuerint, eum portentent. Si a meridie, et imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus. Si totus defluxerit æqualiter, serenitatem dabit. Si in exortu longe radios per nubes porriget, et medius erit inanis, pluviam significabit. Si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis levem<sup>9</sup> tempestatem: si nebula, vehementiorem: si candente Sole, ventum: si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum.<sup>10</sup>

LXXIX. Proxima sint jure Lunæ præsentia. Quartam eam<sup>d</sup> maxime observat Ægyptus. Si splendens<sup>e</sup> exorta puro nitore fulsit,<sup>f</sup> serenitatem: si rubicunda,<sup>f</sup> ventos: si nigra,<sup>g</sup> pluvias portendere creditur. In quinta cornua ejus obtusa, pluviam: erecta et infesta ventos semper significant: quarta tamen maxime. Cornu ejus septemtrionale acuminatum atque rigidum, illum præsentit ventum: inferius, Austrum: utraque recta, noctem ventosam. Si quartam orbis rutilus cingit, ventos<sup>2</sup> et imbres præmonet.



aut in se.—8 Si non abibunt cod. Dalec.—9 Cod. Dalec. lenem.—10 Cod. Dalec. ventus fiat, et circulus fuerit, ex qua reg. is eruperit, ventum magnum.

CAP. LXXIX. 1 Cod. Dalec. nitore fulserit.—2 Si quartæ orbis rutilus, cie-

#### NOTE

<sup>d</sup> Quartam eam] Vide Festum Avienum, p. 63. et 67.

<sup>e</sup> Si splendens] Virgil. Georg. 1. 432. 'Sin ortu in quarto, namque is certissimus anctor, Pura nec obtusis per cælum cornibus ibit, Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo, Exæctum ad mensem, pluvia ventisque carebunt.'

<sup>f</sup> Si rubicunda] Virgil. Georg. 1. 430. 'At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.'

<sup>g</sup> Si nigra] Virgil. Georg. 1. 427. 'Luna revertentes cum primum colligit ignes, Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu, Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.'

Apud Varronem ita est: Si quarto die Luna erit directa,<sup>3</sup> magnam tempestatem in mari præsigiet, nisi si coronam circa se habebit, et eam sinceram: quoniam illo modo non ante plenam Lunam hyematurum<sup>4</sup> ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescens, imbres. Si caligo orbis nubem<sup>5</sup> incluserit, ventos, qua se ruperit: si gemini orbis cinxerint, majorem tempestatem. Et magis, si tres erunt, aut nigri, interrupti<sup>6</sup> atque distracti. Nascens Luna, si cornu superiore obatrato<sup>7</sup> surget, pluvias decrescens dabit: si inferiore, ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxime splendebit, ex ea ventum ostendet. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuerit, vento Favonio flante, hyemalis toto mense erit. Si sextadecima vehementius flamma apparuerit, asperas tempestates præsigiet. Sunt et ipsius Lunæ octo articuli,<sup>1</sup> quoties in angulos Solis incidit, plerisque inter eos tantum observantibus præsagia ejus, hoc est, tertia, septima, undecima, quintadecima, nonadecima, vigesimatertia, vigesimaseptima, et interlunium.

LXXX. Tertio loco stellarum observationem esse oportet. Discurrere<sup>2</sup> eæ videntur interdum, ventique protinus sequuntur, in quorum parte<sup>3</sup> ita præsigivere: Cælum cum



*bit ventos* cod. Dalec.—3 Vet. Dalec. *recta*.—4 Cod. Dalec. *hiemandum*.—5 *Si orbem caligo nubis* quidam ap. Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aut nigri aut interrupti* Gronov. et al. ante Harduin.—7 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. *superiore obatro* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LXXX. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Si cornu . . . obatrato* [obatro] Mss. obatrato.

<sup>1</sup> *Sunt . . . octo articuli*] Octo veluti puncta sen stationes, ac positus Lunæ, unde si una cum Sole a terra conspiciatur, diversos tum octo an-

gnos facere ambo videntur. Aspectum octilem Astronomi sen octogonum vocant.

<sup>2</sup> *Discurrere*] Vide quæ in eam rem diximus II. 6. et 36.

æqualiter totum erit splendidum, articulis temporum, quos<sup>a</sup> proposuimus,<sup>b</sup> autumnum serenum præ sagibunt, et frigidum. Si ver et æstas<sup>c</sup> non sine riguo aliquo transierint, autumnum serenum et densum, minusque ventosum facient. Autumni serenitas ventosam hyemem facit. Cum repente stellarum fulgor obscuratur, et id neque<sup>d</sup> nubilo, neque caligine, pluvia aut graves denuntiantur tempestates. Si volitare<sup>d</sup> plures stellæ videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex iis partibus nuntiabunt.<sup>e</sup> Aut si cursitabunt,<sup>e</sup> certos: si id in pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effudent. Si stellarum errantium aliquam orbem incluse- rint, imbres. Sunt in signo<sup>e</sup> Cancri duæ stellæ parvæ, Aselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Hæc cum cælo sereno apparere desierit, atrox hyems sequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abstulit, Auster sævit: si Austrinam, Aquilo. Arcus cum sunt<sup>f</sup> duplices, pluvias nuntiant: a

ex quarum parte Gronov. et al. vett.—2 Dalec. articulo temporis, quem; a Fidiculæ nempe occasu ad æquinocmium, quem articulum postremum exposuit initio cap. 74.—3 Vet. Dalec. utique neque,—4 Cod. Dalec. nuntiant.—5 Ac si circa stabunt cod. Dalec. Ac si circa puræ stabunt Vet. Dalec.—6 Vet.

## NOTE

<sup>b</sup> *Articulis . . . quos proposuimus*] Cap. 59. his verbis: 'Rursus hi cardines singulis temporum articulis dividuntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium et æquinocmium autumnum, Fidiculæ occasus autumnum inchoat,' &c.

<sup>c</sup> *Si ver et æstas*] Vide Theophr. de Signis Tempest.

<sup>d</sup> *Si volitare*] Virgil. Georg. 1. 365. 'Sæpe etiam stellas vento impendente videbis Præcipites cælo labi, noctisque per nimbros Flammarum longos a tergo albescere tractus.' Recte vero admonuit Seneca Natur. Quæst. 1. 1. p. 832. 'Argumentum tempestatis nautæ putant, cum multæ transvolant stellæ: quod si sig-

num ventorum est, ibi est, ubi venti sunt, id est, in aëre, qui medius inter Lunam et terram est.' Vide etiam Avienum, p. 71.

<sup>e</sup> *Sunt in signo*] Geminus in Elem. Astron. c. 2. p. 12. 'Ἐν τῷ Καρκίνῳ νεφελοειδεί σαστροφῆ ἑοικότες καλοῦνται φάτνη· οἱ δὲ πλησίον αὐτῆς δύο ἀστéρες κείμενοι, ὄνοι προσαγορεύονται. Quæ stellæ in Cancro nebulosæ, stellarum congregationi similes sunt, vocantur Præsepe: duæ stellæ præsepî vicinæ vocantur Asini. Vide et Festum Avienum, fol. 79. Plinius Theophrastum hoc loco transcribit, e de Sign. Pluv. et Vent. p. 113.

<sup>f</sup> *Arcus cum sunt*] Aratus in Prognosticis, interprete Avieno, fol. 71.

pluviis,<sup>6</sup> serenitatem non perinde certam: circuli novi circa sidera aliqua, pluviam.<sup>7</sup>

LXXXI. Cum æstate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat: contra si minus tonuit, imbrem. Cum sereno cœlo fulgetræ erunt et tonitrua, abhyemabit.<sup>1</sup> Atrocissime<sup>2</sup> autem, cum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Cum ab Aquilone tantum, in posterum diem aquam portendet.<sup>3</sup> Cum a Septemtrione, ventum eum. Cum ab Austro, vel Coro, aut Favonio, nocte serena fulguraverit, ventum et imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.

LXXXII. Nubes cum sereno cœlo<sup>1</sup> feruntur, a quamque parte id fiet, expectentur venti: si eodem loco globabuntur, appropinquante Sole discutientur. Et hoc si ab Aquilone<sup>2</sup> fiat, ventos; si ab Austro, imbres portendent. Sole occidente si ex utraque parte<sup>3</sup> ejus cœlum petent, tempestatem significabunt. Vehementius atræ ab oriente, in noctem aquam minantur: ab occidente, in posterum diem. Si nubes, ut vellera<sup>h</sup> lanæ, spargentur multæ ab oriente, aquam in triduum præsentient. Cum in cacuminibus<sup>i</sup> montium nubes consident,<sup>4</sup> hyemabit. Si cacu-



Dalec. nuntiant et pluviis.—7 *Circulus nubis . . . aliqui pluviam in eodem Vet.*

CAP. LXXXI. 1 Ita codd. Hardnini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fulget, pluvie erunt, et tonitrua, et hiemabit Gronov. et vulgg. fulgurat, pluvie erunt, et tonitrua, et hiemabit Vet. Dalec.*—2 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Edd. Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aquam portendit.*

CAP. LXXXII. 1 Vet. Dalec. *in cœlum.*—2 Cod. Dalec. *appropinquantesque soli discutiantur, et hoc ab Aquilone.*—3 Vet. Dalec. *si ab utraque parte.*—4 Ita codd. Hardnini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *coaci-*

#### NOTE

'Si discolor Iris Demittat gemino se fornice . . . Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.'

<sup>1</sup> *Atrocissime*] Theophr. de Sign. Vent. p. 119.

<sup>h</sup> *Si nubes, ut vellera*] Aratus loc.

cit. 'Vellera si cœlo volitent,' &c. Theophr. quoque de Sign. Pluv. et Vent. p. 111.

<sup>1</sup> *Cum in cacuminibus*] Theophr. de Signis Tempest. 'Ὁρέων κορυφαὶ κατεχόμεναι ὑπὸ νεφέλων, χειμέριον.

mina pura fient, disserenabit.<sup>j</sup> Nube gravis candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminet. Cœlo quamvis sereno, nubecula quamvis parva<sup>s</sup> flatum procellosum dabit.

LXXXIII. Nebulæ e montibus descendentes, aut cœlo cadentes, vel in vallibus sidentes,<sup>t</sup> serenitatem promittunt.

LXXXIV. Ab his terreni ignes proxime significant: pallidi namque, murmurantesque, tempestatum nuntii sentiuntur: pluviae etiam<sup>r</sup> in lucernis fungi.<sup>k</sup> Si flexuose volitet flamma, ventum. Et lumina<sup>l</sup> cum ex sese flammam elidunt, aut vix accenduntur. Item cum in eo pendentes coacervantur scintillæ: vel cum tollentibus ollas carbo adherescit: aut<sup>2</sup> cum contactus ignis e se favillam discutit, scintillamve emittit: vel cum cinis in foco concrevit, et cum carbo vehementer perlucet.

LXXXV. Est et aquarum significatio. Mare si tranquillum in portu<sup>r</sup> a cursu stabit, et murmuraverit intra se, ventum prædicat. Si identidem, et hyemem, et imbrem. Littora ripæque<sup>m</sup> si resonabunt tranquillo, asperam tem-



dent edd. vett. et Gronov.—5 Vet. Dalec. *quævis parva*. Mox, pro *flatum procellosum*, quod ex codd. Regg. et Editione principe recepit Brotier, aliæ edd. habent, *ventum procellosum*.

CAP. LXXXIII. 1 Ita codd. Hardnini, cum edd. Hardn. 1. 2. 3. et recentt. in *vallibus sedentes* Gronov. et al. vett. ante Harduin.

CAP. LXXXIV. 1 Vox etiam deest in cod. Dalec.—2 'Vet. in iis, sub. <sup>l</sup>luminibus.' Dalec.

CAP. LXXXV. 1 *Mare si tranquillo portu* cod. Dalec.—2 *Littoris ripæque*

#### NOTE

<sup>j</sup> *Disserenabit*] Dies serenus erit. Theophr. de Signis Seren. τὰ ὄρη, ὄραν τὰς κορυφὰς καθαρὰς ἔχουσιν, εὐδὶαν σημαίνει. Montes cum habent pura cacumina, serenitatem significant.

<sup>k</sup> *In lucernis fungi*] Theophr. de Signis Pluv. et Vent. p. 111. Καὶ οἱ μύκητες, ἐὰν νότια ᾖ, ὕδωρ σημαίνουνσι. Fungi in lucernis, flantibus Austris, aquas prænantiant. Virgil. Georg. 1. 390. 'Nec nocturna quidem carpen-

tes fila puellæ Nescivere hyemem, testa cum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concrevissent fungos.'

<sup>l</sup> *Et lumina*] Theophr. de Signis Temp. p. 124.

<sup>m</sup> *Littora ripæque*] Theophr. loc. cit. et de Signis Vent. p. 118. Virgil. Georg. 1. 356. 'Continuo ventis surgentibus aut freta Ponti Incipiunt agitata tumescere: et aridus altis

pestatem: item maris ipsius tranquillo sonitus, spumæve dispersæ,<sup>2</sup> aut aquæ bullantes. Pulmones marini in pelago, plurium dierum hyemem portendunt. Sæpe et silentio intumescit, flatuque<sup>3</sup> altius solito jam intra se esse ventos fatetur.

LXXXVI. Equidem et montium sonitus, nemorumque mugitus prædicunt: et sine aura, quæ sentiatur, folia ludentia.<sup>o</sup> Lanugo populi, aut spinæ,<sup>p</sup> volitans; aquisque pluma innatans. Atque etiam in campis tempestatem venturam præcedens suus fragor: cœli quidem murmur non dubiam habet significationem.

LXXXVII. Præsagiunt et animalia. Delphini<sup>q</sup> tranquillo mari lascivientes, flatum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam turbato, tranquillitatem. Loligo volitans,<sup>r</sup> conchæ adhærescentes, echini<sup>s</sup> affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatibus signa sunt. Ranæ quoque<sup>t</sup>



*ipsius tranquillus sonitus spumæve dispersæ* cod. Dalec.—3 Pintian. *fluctuque*.

#### NOTÆ

Montibus audiri fragor: aut resonantia longe Littora misceri: et nemorum increbrescere murmur.

<sup>2</sup> *Flatuque*] Forte, *inflatuque*.

<sup>o</sup> *Folia ludentia*] Virgil. Georg. 1. 368. 'Sæpe levem paleam, et frondes volitare caducas, Aut summantes in aqua colludere plumas,' &c.

<sup>p</sup> *Lanugo ... aut spinæ*] Spinæ albæ. Aratus, in *Διοσημεία*, p. 117. 'Ἦδη καὶ πάντοι λευκῆς, γήρειον ἀκάνθης. Sic enim Plinius legisse intelligitur, et λευκῆς de alba populo accepisse: et quidem recte. Sunt autem albæ spinæ, quam Arati schol. *κινάρων* vocat, pappi, carduorum flores, ut Festus explanat. Avienus Aratum sic reddidit: *Jamque super latices florum volitare senectam, &c.* Mox suus fragor

idem valet, ac peculiaris, qui in campis solet audiri, fragor.

<sup>q</sup> *Delphini*] Cic. de Divin. lib. 11. p. 270. 'Loligines et Delphini exultantes tempestatem futuram significabant.'

<sup>r</sup> *Loligo volitans*] Plutarchus in Quæst. Natur. p. 916. *Διὰ τί τευθλις φαινόμενη σημεῖον ἐστὶ μεγάλου χειμῶνος; Cur loligo conspecta signum est magnæ tempestatibus? Causam ejus rei ibi investigat. Adi et Theophr. de Signis Tempest. p. 124.*

<sup>s</sup> *Echini*] Vide 1x. 51.

<sup>t</sup> *Ranæ quoque*] Sic Aratus, interprete Avieno, loc. cit. 'Si repetunt veterem ranæ per stagna querelam,' Unde imitatus Aratum Maro intelligitur, Georg. 1. 378. 'Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.'

ultra solitum vocales. Et fulicæ<sup>u</sup> matutino clangore. Item mergi, anatesque, pennas rostro purgantes, ventum: ceteræque aquaticæ aves concursantes: grues in<sup>v</sup> mediterranea festinantes: <sup>1</sup> mergi maria<sup>w</sup> aut stagna fugientes. Grues silentio<sup>x</sup> per sublime volantes, serenitatem: sic noctua<sup>y</sup> in imbre garrula: at sereno, tempestatem: corvique<sup>z</sup> singultu<sup>z</sup> quodam latrantes, seque concutientes, si continuabunt, ventos: si vero carptim vocem resorbent, ventosum imbrem. Graculi<sup>a</sup> sero a pabulis recedentes, hyemem. Et albæ aves,<sup>b</sup> cum congregabuntur. Et cum terrestres<sup>c</sup> volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes sese: sed maxime cornix.<sup>d</sup> Hirundo tam



CAP. LXXXVII. 1 Vet. Dalec. *fugientes*.—2 Vet. Dalec. *at serena tempestate*

## NOTE

<sup>u</sup> *Et fulicæ*] Idem Arati interpres, p. 71. 'Et cum parva fulix trepido petit arva volatu, Stagna sinens, longasque iterat clangore querelas: Indicat insanis freta mox canescere ventis: Latipedemque anatem cerne excedere ponto Sæpius.' De mergis et anatibus, Theophr. de Signis Pluv. et Vent. p. 112. et de Signis Vent. p. 118.

<sup>v</sup> *Grues in*] Aratus, eodem interprete, fol. 72. 'Si Threiciæ per aperta Sponte grues trepidant, nec sese audacibus æthiræ Committunt pinnis . . . Mox tempestates et nubila tetra cientur.' Adde et Ælian. Hist. Anim. VII. 7.

<sup>w</sup> *Mergi maria*] Lucanus eleganter v. 552. 'Nec placet incertus qui provocat æquora Delphin: Aut siccum quod mergus amat: quodque ausa volare Ardea sublimis pennæ confisa natanti.' Adde Virgil. Georg. I. 360. et Cassiod. Var. Ep. III. 48.

<sup>x</sup> *Grues silentio*] Theophr. de Signis Seren. p. 128. et Ælian. locis citatis.

<sup>y</sup> *Sic noctua*] Theophr. et Ælian. locis citatis.

<sup>z</sup> *Corvique*] Aratus loc. cit. 'Agmine cum denso circumvolitare videtur Graculus, et tenui cum stridunt gutture corvi, Convenit instantes prænosceri protinus imbres.'

<sup>a</sup> *Graculi*] Theophr. de Signis Tempest. p. 125.

<sup>b</sup> *Et albæ aves*] Theophr. loc. cit. et Ælianus.

<sup>c</sup> *Et cum terrestres*] Servius in Georg. I. 375. 'Hic locus,' inquit, 'omnis de Varrone est, Atacino scilicet: ille enim sic: 'Tnm liceat pelagi volucres, tardæque paludis Cernere inexpleto studio certare lavandi: Et velut insolitum pennis infundere rorem: Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,' &c. De hirundine etiam Theophr. de Signis Pluv. et Vent. p. 111.

<sup>d</sup> *Maxime cornix*] Geopon. anctor, I. 3. p. 7. Καὶ κορώνη ἐπ' αἰγιαλοῦ τὴν κεφαλὴν διαβρέχουσα, ἢ πᾶσα νηχομένη . . . ὄμβρους προμηναί. Lucanus v. 555. 'Quodque caput spargens undis, vel-



juxta aquam volitans, ut penna sæpe percutiat. Quæque in arboribus habitant, fugitantes in nidis suis.<sup>3</sup> Et anseres<sup>e</sup> continuo clangore intempestivi. Ardea<sup>f</sup> in mediis arenis tristis.

LXXXVIII. Nec mirum, aquaticas, aut in totum volucres præ sagia aëris sentire. Pecora<sup>g</sup> exultantia, et indecora lascivia ludentia, eandem significationem habent. Et boves<sup>h</sup> cœlum olfactantes, seque lambentes contra pilum.<sup>1</sup> Turpesque porci<sup>j</sup> alienos sibi manipulos<sup>2</sup> fœni lacerantes: segniterque et contra industriam suam absconditæ formicæ, vel concursantes, aut ova progerentes.<sup>k</sup> Item vermes<sup>l</sup> terreni erumpentes.



corvi singultu.—3 Vet. Dalec. in nidos suos.

CAP. LXXXVIII. 1 Cod. Dalec. contra pluviam; Vet. Dalec. citam pluviam.—2 Vet. Dalec. alieno subsultu manipulos; alii vett. ap. eundem, alieno sibilo manipulos.

#### NOTE

ut occupet imbrem, Instabili gressu metitur littora cornix.’

<sup>e</sup> *Et anseres*] Theophrast. loc. cit. p. 124.

<sup>f</sup> *Ardea*] Inter signa tempestatibus Lucanus illud affert, v. 549. ‘Quodque ansa volare Ardea sublimis penne confisa natanti.’

<sup>g</sup> *Pecora*] Hoc illud est quod Virgilius ait, Georg. 1. 423. ‘Et lætæ pecudes,’ &c. Aratus, interprete Avieno, p. 74. ‘Pastor id indicium pluvialis frigoris edet, Et si persultans aries lascivius herbas Appetat: aut sese sustollant saltibus hædi: Vel si iuge gregi cupiant hærere,’ &c. Vide etiam Ælian. Hist. Anim. VII. 8.

<sup>h</sup> *Et boves*] Virgilius Georg. 1. 375. ‘Aut bucina cœlum Suspiciens, patulis captavit naribus auras.’ Id quod ex Varrone Atacino hausisse Virgilium auctor est Servius in eum locum, ubi Varronis carmen laudat ejusmodi: ‘Et bos suspiciens cœlum,

mirabile visu, Naribus aëreum patulis decerpsit odorem.’ Theophr. quoque de Sign. Pluv. et Vent. pag. 111.

<sup>1</sup> *Contra pilum*] Sic pecti capillos dixit Cælius Aurel. II. 4. nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. Mss. omnes, *contra pluviam*. Diversa paululum sententia Avienus loc. cit. ‘Bubus arator idem trahit atræ signa procellæ, Lambere si lingua prima hos vestigia forte Viderit, aut dextrum prosternere corpus in armum.’

<sup>j</sup> *Turpesque porci*] Explicat id Politianus, in Rust. ‘Cum sibi non factos sus dissipat ore manipulos.’

<sup>k</sup> *Aut ova progerentes*] Atacinus Varro loc. cit. ‘Nec tenuis formica cavis non evehit ova.’ Virgil. Georg. 1. 380. ‘Sæpius et tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter.’

<sup>l</sup> *Item vermes*] Theophr. de Sign. Temp. p. 124.

LXXXIX. Trifolium quoque inhorrescere, et folia contra tempestatem surrigere certum est.

XC. Necnon et in conviviiis mensisque nostris, vasa, quibus esculentum additur, sudorem repositoriis<sup>m</sup> linquentia, diras tempestates prænuntiant.



CAP. XC. 1 Vet. Dalec. *sudorem in repositoriis*. Cod. Dalec. *relinquentia*.

NOTÆ

<sup>m</sup> *Repositoriis*] Quid repositorium nius xxxiii. 49. olim diceretur, aperiemus opportu-

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XVIII.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

I. CAP. II. *Tertiam ex his nominare sub tecto religio est*] Tutelinam, cujus Augustinus et alii meminere, eam esse Deam, quam nominare sub tecto religio fuit, existimant Turnebus *Advers.* xx. 36. et Cælius Rhodig. *xxi.* 29. pag. 1005. quoniam fortassis, ut Macrobius admonet *Saturn.* i. 16. p. 264. 'apud veteres qui nominasset Salutem, Semoniam, Sejam, Segetiam, Tutelinam, ferias observabat.' Verum ex eo ipso Macrobii testimonio plane efficitur, non aliam hac in parte Tutelinæ Deæ, quam Sejæ Segetiæque, conditionem fuisse: cum tamen dispares eas fuisse hac silentii religione sub tecto, Plinius velit. Ecce autem non liceret Tutelam nominare, quam et in navi et in ædibus passim nominari et advocari cernimus apud Petronium in *Satyrico*? An Meja potius intelligenda Dea est, a messibus nominata? Nam Tertull. de *Spectac.* cap. 8. 'Singula,' inquit, 'ornamenta Circi, singula templa sunt . . . Sessias a sementationibus, Messias a Messibus, Tutelinas a tutela fructuum sustinent columnæ. Ante has tres aræ trinis Diis parent,

*Delph. et Var. Clas.*

magnis, potentibus. Eisdem Samothracas existimant.' Ut igitur Sessia in Sejam, sic Messia Dea, quæ altero nomine Segesta appellata fuit, forte in Mejam commutata: quam, propterea quod ea vox putidum quid olet ac sonat, sub tecto eo nomine nominare religio fuit. Sed Segestam ipsam verius, ut arbitror, intellexit, quam nominari sub tecto idcirco religio fuit, quod ad aliam vocem molliendam, quæ turpicula foret vel inauspicata, nempe 'Egesta,' vel 'Egestas,' conficta illa existimaretur. Sic enim et de Siciliæ oppido Festus refert: 'Segesta, quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia est, quod videtur Æneas condidisse, præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominavit. Sed præposita est ei S litera, ne obscæno nomine appellaretur, ut factum est in Malevento quod Beneventum dictum est.' Sane si eam, quam nominari sub tecto religio est, non ipse jam appellasset, minime nunc ipse diceret, *Tertiam ex his*: nam quid est aliud, *ex his*, quam ex proxime appellatis Diis?

2. CAP. III. *Jugum vocabatur*] Prius

*Plinius.*

9 B

legebatur *jugerum*: at *jugum* scribi oportere vel ex eo perspicuum est, quod de jugero postea agitur. Adde Varronem, a quo hæc Plinius mutuatur, de Re Rust. c. 10. ita scripsisse: 'Modos,' inquit, 'quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania ulteriore metiuntur jugis: in Campania versibus: apud nos in agro Romano ac Latio, jugeris. Jugum vocant, quod juncti boves uno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoquo versus quadratum. Jugerum, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui et latus est pedes cxx. et longus totidem: is modus Acnuæ Latine appellatur.' Lege, *Agna*, ex Colum. v. 1. ubi et *agna* quid sit, et *porca*, definit.

3. CAP. VI. *Et ideo Comitia nundinis*] Qui nisi *nundinis* reponi volunt, et omnium exemplarum auctoritati refragantur, et Festo in fragmento, p. 21. 'Nundinas feriatum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa: enimque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.' Qui suam emendationem Varronis, Columellæ, et Dionysii Halicarnassei testimonio corroboratam putant, recentiorum Urbis morem cum prisco majorum instituto commutant.

4. CAP. VI. *Aquam, viam, et vicinum*] In Mss. Reg. aliisque, *aquam, vim*. In editis, *aquarum vim*, male. Cato ipse, a quo hæc manarunt, e Præf. libri de Re Rust. pag. 5. *aquam, viam*, scribendum suggerit: 'Loco,' inquit, 'salubri ager siet, bonumque aquarium, (alii codd. 'bonumque aquarium,') oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulent, aut via bona celebrisque.' Columella quoque, l. 3. p. 16. 'Post hæc duo principalia subjungebat Cato illa non minus intuenda: viam, et aquam, et vicinum. Multum confer-

re agris iter commodum: primum, quod est maximum, ipsam præsentiam domiui, qui libentius commeaturus sit, si vexationem viæ non reformidet: deinde ad vehenda et exportanda utensilia . . . De bonitate aquæ ita omnibus clarum est, ut pluribus non sit disserendum . . . De vicini comodo non est quidem certum, quem nonnunquam mors, aliæque nobiscum diversæ causæ mutant,' &c.

5. CAP. VIII. *Ne familiæ malæ sint*] Ita libri hactenus vulgati, cum Reg. 1. cod. forte propter illud Catonis, c. 4. 'Vicini bonus esto: familiam ne siveris peccare,' nimirum in vicinos. 'Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si ædificabis, operis, jumentis, materia juvabunt,' &c. In Reg. 2. cod. laud minus forte sincere: *Ne familiæ male sit*, propter istud ejusdem scriptoris, c. 5. 'Familiæ male ne sit, provideat: ne alegeat, ne esuriat,' &c.

6. CAP. X. *Fruentum vero, et hordeum, viciaque*] Prius legebatur, *Fruentum et hordeum utrumque*: ubi se torquet mirum in modum Dalecampius, ut quodnam sit hordeum utrumque, explanet. Nos siuceram hanc lectionem, ope codicis Colb. 3. et Paris. repræsentamus.

7. CAP. XIII. *Ex quo panis apud eos præcipuus, et alica. Maxime quidem oryza gaudent, &c.*] Prius legebatur: *panis apud eos præcipuus. Italica maxime quidem, &c.* Atque ita sane codices manu exarati omnes præ se ferunt, sed rejecta interpunctionis nota, post vocem *Italica*. Dalecampius scribendum ita conjiciebat, *Oryza quidem maxime ut Itali gaudent*. Alii aliter: Salmasius, nihil. Facilis tamen emendatio, vel literulæ unius immutatio, ut patet. Auctor emendandi Theophr. Hist. iv. 5. unde hæc exscripta sunt, *Est, inquit, et hordeum, et triticum, et genus quoddam aliud hordei sylvestris, ex quo panis*

*πραξιουα suavitatis, et alica perbona.* Κριθαι δὲ, καὶ πυροὶ, καὶ ἄλλο τι γένος ἀγρίων κριθῶν, ἐξ ὧν καὶ ἔρτοι ἤδεις, καὶ χόνδρος καλός. Peculiaria Indiae semina ibi Græcus scriptor persequitur. Μοχρὸν subjicit, paucis admodum interjectis: Μᾶλλον δὲ σπείρουσι τὸ καλούμενον ὄρυζον, ἐξ οὗ τὸ ἔψημα τοῦτο δὲ ὁμοιον τῇ ζειῶ, καὶ περιπτισθὲν, οἶον χόνδρος. *Maxime quidem oryzam serunt, similem zeæ: tunquam alica pinsitur, &c.* Ex oryza et oleum facere Indos dictum est xv. 7.

8. CAP. xvii. *Proximum trimestri, quod e minime ponderoso tritico*] Sic totidem plane literis apicibusque Reg. cod. ceterique, quibus usi sumus: et Tolet. quoque, quo Pintianus. Est enim sententia, primas tribui amylo, quod fit e trimestri. Dixerat enim proxime antea: 'Amylum vero ex omni tritico ac siligine, sed optimum e trimestri.' Secundas vero a trimestri tribui amylo, quod fiat e tritico minime ponderoso. Hactenus libri editi sic habuere, *Proximum e trimestri quodam minime ponderoso tritico.* Atqui hanc præcipuam esse tritici trimestris dotem ac laudem, paulo ante Plinius insinuarat, c. 12. ut nulli frumento plus esset ponderis: ex interpolatorum igitur officina prodit trimestre illud ponderosum, non ex Museo Pliniano.

9. Ibid. *Linteo aut sportis saccatum*] Non siccatum, ut in libris omnibus legitur, qui sunt hactenus editi. Erroris admonuit Dioscorides, qui ex eodem fonte hortos suos rigavit, unde hæc Plinius. Sic enim ille II. 123. de amylo: Καὶ τὸ λοιπὸν διηθήσαντας ἐμβάλλειν εἰς ὑλιστήρα, διυλίσαντας δὲ εὐθὺς ψύγειν ἐπὶ κεραμίδων κωνῶν ἐν ἡλίῳ δευτάτῳ· ἐνικμον γὰρ, κἂν ἐπ' ὀλίγον μείνη, δέξεται. *Reliquum vero culo trujiciendum: moxque ut excolatum fuerit, super tegulis novis ardentissimo sub Sole sicari, densarique oportet. Namque si paulisper udum manserit, acescit. Est autem ea vox 'saccatum' Plinio*

ceteroqui perfamiliaris: qua rursus abutitur, xx. 79. xxix. 39. &c.

10. CAP. xx. *Semel tempore L. Pauli nata, xvii. pondo panis reddere visa, xviii. Tertia, xix. cum triente*] Exemplarium Mss. vestigia summa fide secuti sumus: sic enim habent Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. &c. *Semel tempore L. pollinatam xvii. ceteraque, ut edidimus: discrepante ab his longissime librorum editorum scriptura, quæ est hujuscemodi: Similago L. pollin autem xvii. pondo panis reddere visa, tritici xxx. cum triente, &c.* Ambustum nihilominus hunc locum, nec satis adhuc sanum esse, non negaverim: sed jactura, ut reor, facili.

11. CAP. xxix. *Ex Zea pulchrius, quam ex tritico, fit granum*] Mss. Reg. 1. Colb. 1. *granacum.* Reg. 2. et Th. *gracum.* Colb. 2. omnium optime *granacum.* Cato cap. 86. 'Graneam triticeam sic facito: Selibram tritici puri in mortarium purum indat, lavetque bene, corticemque deterat bene, eluatque. Postea in ollam indat,' &c. Turnebus Advers. II. 42. p. 1027. legendum putabat, *fit tragum.* Sed de trago jam superius pronuntiatum a Plinio est, c. 16. 'Simili modo e tritici semine tragum fit,' &c.

12. CAP. xxxi. *Ex leguminibus autem Novembri seruntur lens, &c.*] In Mss. Reg. Colb. Th. *Ex leguminibus autumno vere seruntur, forte pro autumno et vere.* Nam lentis sationes duas agnoscit Columella, II. 10. 'Sationes ejus duas,' inquit, 'servamus: alteram maturam, per mediam sementim: seriozem alteram, mense Febuario.' De Febuario etiam subscribit Palladius, lib. III. in Febr. tit. 4. p. 51. 'Hoc etiam mense lenticulam seres,' &c.

13. CAP. xlv. *Circa Philippos aterramnon nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit*] Hoc loco Plinium supinæ negligem-

tiaë Dalecampius arguit, eumque secutus Salmasius, in eo libro quem sic inscripsit, Præfatio ad Plinium: Ruellius utrique prævit, de Nat. Stirp. lib. II. p. 337. Censent enim ii perperam acceptum ab eo hunc Theophrasti locum, de Causis IV. 14. pag. 316. *Μαρτυρεῖ καὶ τὸ περὶ Φιλίππους συμβαῖνον περὶ τοὺς κνώμους: ἐκεῖ γὰρ σφόδρα ψυχρὸν πνεῦμα καὶ ἀτεράμονές τινες γίνονται. Testatur et illud quod apud Philippos evenit fabis: ventus enim eo loco vehementer frigidus est: ideoque fabæ incoctiles nonnullæ efficiuntur.* Id quod Plntarchus quoque narrat, Sympos. Quæst. VII. 2. 2. pag. 701. *Ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πνεῦμα λιχωμένους ἐπιγινόμενον, ἀτεράμονας ποιεῖ, διὰ τὸ ψύχος: ὡς περὶ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας ἱστοροῦσιν. Cum ventus quidam ventilantibus supervenit, frigore suo fruges præduras et incoctiles facit, quod Philippis Macedonia oppido aiunt evenisse.* Itaque cum fabas ii dicant alias esse coctiles, alias incoctiles, sive quæ coqui nisi admodum ægre non possent, (τεράμονας et ἀτεράμονας Græci vocant:) ex his duabus vocibus herbarum duo nomina, vel Plinium, vel libertum ejus, qui Græca volumina scriberet, pueriliter somniasse pronuntiant. At longe ex alio fonte hæc hausisse Plinium, quam ex Theophrasto, duo apertissime produnt: primum est, magri pinguisque soli discrimen, cujus apud eum scriptorem vestigium nullum extat: alterum, quod teramnon ex indiviso pariter, et ateramnon in vitio dicatur esse: cum fabas coctiles sive τεράμονας ille palam in pretio ponat, nec sane immerito.

13. CAP. XLV. *Aquari gaudet, ut præpinguis et densa ubertas diluatur*] Multo id sincerius visum, uti est in editione Parmensi, quam *aqua rigandi*, ut in ceteris. Favet enim admodum tum ipsa per se orationis structura, tum ipse etiam Theophrastus, a quo hæc manarunt. Sic enim ille

Hist. VIII. 7. *Ἡ δὲ ἐργασία, τὸ ὡς πλείστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ. . . . πλείραν γὰρ ὀσπᾶν καὶ πυκνὴν τὴν γῆν, δεῖ ποιῆσαι μανῆν. Cultura omnis in eo est, ut quam diutissime aqua permoneat: cum enim ea terra crassa, spissaque sit, raram atque solutam reddere opus est.*

14. CAP. XLVI. *In frigido et aquoso*] Hæc a superiore sententia, quicum temere connectebantur antea, divelli sejungique, ex Catone liquet, qui nunc a Plinio transcribitur. Sic enim ille, cap. 6. pag. 12. *Ubi ager crassus et lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. Idem ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum, id maxime seri oportet.* Hæc tantum eo loci affert. Mox c. 34. p. 30. *Redeo ad sementim. Ubi quisque locus frigidissimus aquosissimusque erit, ibi primum serito. In calidissimis locis sementim postremum fieri oportet.*

15. Ibid. *Et cicere excepto, legumina quæ velluntur e terra, &c.*] Perturbata admodum sententia prius legebatur, *Et cicere exceptis leguminibus, &c.* Admonuit erroris ipse Varro, a quo Plinius hæc fere ad verbum exscripsit. Sunt enim hæc illius verba, de Re Rust. I. 23. *Neque in pingui terra omnia serantur recte, neque in macra nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea, quæ non multo indigent succo, ut cytisum, et legumina, præter cicere: hoc enim quoque legumen, et cetera quæ velluntur, legumina dicta. In pingui rectius, quæ succi sunt majoris, olus, triticum, siligo, linum.*

16. Ibid. *Lenior terra, densiorque tritico*] Ita recte Mss. Reg. ceterique, non, uti prius legebatur in editis, *levior*. Nam pugnant inter se, *levior, densiorque*. Adde Theophr. Hist. VIII. 9. emendationi huic mire suffragantem: *Πυρρὸς, inquit, ἀγαθὴν ζῆται χόρραν, ἢ δὲ κριθὴ δύναται καὶ ἐν ταῖς ψαφωπέτραις ἐκφέρειν.* Multoque expressus Plntarchus, in Quæst. Natur. pag. 215. *Διὰ τί πυροφόρος ἢ πῶον καὶ*

βαθεῖα χώρα, κριθοφόρος δὲ μάλλον ἢ λεπτόγειος; Quare pinguis et profunda terra tritici ferax est: hordei ea potius quæ tenuior est? Cum præsertim, eodem Plutarcho teste, illud agricolis in ore sit: Σίτον ἐν πηλῷ φυτεύετε, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει. *Triticum in cæno serite, hordeumque in pulvere.* Lenior autem terra, nda est et madida hoc loco, et aqua copiosa diluta solutaque.

17. CAP. XLVIII. *Non pridem inventum in Rhætia Galliæ, ut duas adderent alii rotulas, quod genus vocant planarati*] Sic libri fere omnes editi, tantum post Frobenium. Priores *planmorati* habent. Mss. Reg. Colb. aliique, *Plaumorati*. Goropius Becanus Gallicor. lib. 1. p. 11. mavult *Plomerat* legi: quod Cimbrorum lingua, seu vetere Gallica, *Plograt* aratri rotam notet, *Plog met rat*, aratrum cum rota. Nos simplicius *Plaustrarati* malimus. Servius ad Georg. 1. 173. Mantuæ, quæ in Galliâ Togata, et Cisalpina existit, aratra habuisse rotas, ex eo Virgilii versu colligit: 'Cæditur et tilia ante iugo levis, altaque fagus, Stivaque, quæ currus a tergo torqueat imos.' 'Currus autem dixit,' inquit Servius, 'propter morem provinciæ suæ, in qua aratra habent rotas, quibus iuvantur.' Ut minime mirum sit, gentes eas Latine composita voce, quæ significatum et usum ejus exprimeret, *Plaustrarati* extulisse. Rhæti enim, ut Galli Togati, Latina lingua, vel Plinii certe tempore, utebantur. Verum non uni huic duntaxat voculæ, sed et sententiæ integræ medicinam attulimus, quæ prius ita legebatur: *Id non pridem inventum in Rhætia. Galliæ duas addiderunt tali rotulas, quod genus vocant planarati.*

18. CAP. XLIX. *Nec strigare in actu spiritus*] Scripserat Hermolans contra omnium codicum fidem, editionumque Parm. aliarumque veteratarum, *Nec striare in actu sæpius.*

Antiquam sinceramque lectionem repræsentamus ex Reg. 1. 2. Colb. aliisque exemplaribus: eandem V. Cl. Guill. Pellicerij iudicio defendimus, cujus hæc verba Turnebus recitat, Advers. xxiv. 1. p. 808. 'Est,' inquit, 'strigare in actu spiritus, in agendo sulco interquiescere: nam striga, Hygino auctore, in libello de castrorum metatione, ordo est et series equorum in castris tendentium. Ut autem in striga quiescunt equi, et ut in strigam dum collocantur strigare dicuntur, ita quoque cum in versu, qui uno spiritu agendus est, ad interspirandum requiescunt, strigare dicuntur.' Utitur in eundem pæne sensum de labore strenno, sed gravi, metaphorice strigaudi verbo Seneca Epist. 31. 'Quid ergo est bonum? Laboris contentio. Itaque in vanum operosos culpaverim: rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci ac strigare permiserint, admirabor: et clamabo: Tanto melior surge, et respira: et clivum istum nno, si potes, spiritu exsuperæ.' Adjicimus et nos ad ea, ne videamur ἀσύνβολοι, lepidam Phædri fabellam, e tertio libro deprimant: 'Vespa in temone sedit, et mulam increpans: Quam tarda es, inquit, non vis citius progredi? Vide ne dolone collum cœmpungam tibi. Respondit illa: Verbis non moveor tuis: Sed illum timeo sella qui prima sedens Jugum flagello temperat leuto meum, Et lora frænis continet spumantibus. Quapropter aufer frivollam insolentiam; Namque ubi strigandum est, et ubi currendum, scio.' Hoc illud est quod pariter præcipit Columella 11. 2. sub finem: 'Ne in media parte versuræ bubulcus consistat: detque requiem in summa, ut spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. Sulcum autem ducere longiorem, quam pedum cxx. contrarium pecori est, quoniam plus æquo fatigatur, ubi hunc modum excessit.

Cum ventum erit ad versuram, in priorem partem jugum propellas, et boves inlibeat, ut colla eorum refrigerant, quæ celeriter conflagrant, nisi assidue refrigerentur, &c.

19. CAP. L. *Faba runcari non gestit: quoniam evincit herbas lupinum, runcatur tantum*] Locum hunc sic interpunximus, adducti tum re ipsa, tum scriptorum veterum auctoritate. Columella enim, II. 12. p. 66. 'Excepto lupino,' inquit, 'cujus semini contraria est sarritio: quoniam unam radicem habet, quæ sive ferro succisa est, seu vulnerata, totus frutex emoritur. Quod etiamsi non fieret, supervacuum tamen esset cultus, cum sola hæc res adeo non infestetur herbis, ut ipsa herbas perimat.' Pallad. lib. II. in Januar. tit. 9. p. 39. 'Lupinus vero, qui unam radicem habet, si sarcaletur, extinguitur: quod nec desiderat: quia herbas præter auxilium cultoris affigit.' Sic locus ille prius legebatur, ut ea verba, *quoniam evincit herbas*, priori affigerentur sententiæ, quæ de faba est.

20. Ibid. *Et a semente nonnisi messibus in aream redeunt*] In libris hæc tenuus editis, *nonnisi nonis mensibus*. At vox ea *nonis* abest a Mss. exemplaribus, Reg. Colb. Chiff. &c. palamque est crevisse eam ex superioris vocabuli, *nonnisi*, perquam importuna repetitione. *Messibus* vero haud cunctanter rescribendum esse, ut fecimus, suadet tum Plinius ipse, tum is a quo Plinius ista mutuatus, Columella. Is enim, II. 12. ubi de sarritione agit, 'Sed nec istud ubique,' inquit, 'fieri censemus: verum incolarum consuetudine uti. Sunt enim regionum propria munera, sicut Ægypti, et Africæ, quibus agricola postsementem ante messem segetem non attingit: quoniam cæli conditio, et terræ bonitas ea est, ut vix ulla herba exeat, nisi ex semine jacto: sive quia rari sint imbres, seu quia

bet.' Præterea facit, ut dixi, id quod ipse Plinius superius insinnavit, de Ægypti incolis, cap. 47. 'Reliqua pars,' inquit, 'nonnisi cum falce arva visit, paulo ante Kalendas Apriles: peragitur autem messis Maio.' Quid quod et in Mss. iisdem non *in aream* sed *in arca* legimus? ut *in arca* legi probabilius merito cuiuspiam videatur.

21. CAP. LII. *Ita ut ante hyemalem ne cesset. Nimis pinguis alternari potest, &c.*] Sic rescripsimus ex codicum Mss. fide, ita etiam loci ejus postulante sententia. *Legebatur* ante in editis: *Aut ante hyemalem ne cesset. Nec non minus pinguis, &c.* Sed *vocula necnon* nusquam in Mss. extat: et de pingui nimium terra nunc agi vel ex eo liquet, quod vel tergemina anno nno sationi par esse dicitur: et mox gracilior eidem opponitur, quæ in tertium usque annum e contrario cessare præcipitur.

22. CAP. LIII. *Si hæc omissa sit stercoratio, sequens est, priusquam sarrat, aviarii pulvere*] In Mss. Reg. 1. *priusquam sariat*. Reg. 2. *sariat*. In editis, *priusquam serat, ante pulverem*, nulla penitus sententia. At Columella II. 16. quem Plinius tum habuit ante oculos, cum hæc scriberet: 'Si tamen aliqua causa,' inquit, 'tempestivam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est, antequam sarras, more seminantis ex aviariis pulverem stercoris per segetem spargere. Si et is non erit, caprinum manu jacere, atque terra sarculis permiscere: ea res lætas segetes reddit.' Quamohrem non jam ullus de nostra emendatione dubitandi locus, cum hæc stercoratio, quæ nunc præcipitur, in subsidium sit prioris, quæ prætermissa fuerit. Nam cum illa prior peracta jam satione fieri opportune potnerit, hæc quæ sequens appellatur, qui fieri tandem possit, priusquam seras?

23. CAP. LV. *In denso, aut cretoso*



... *tritici aut siliginis modios sex*] Defendit hanc scripturam librorum omnium mira consensus, contra Pintianum, cui *modios quinque* legi verius videtur: quoniam Columella II. 9. 'Siliginis autem,' inquit, 'vel tritici, si mediocriter cretosus uliginosusve ager est, etiam paulo plus quam, ut prius jam dixi, quinque modiis ad sationem opus est. At si siccus et resolutus locus, idemque vel pinguis, vel exilis est, quatuor,' &c. Sed suo ipsius telo perimitur Pintianus: nam cum paulo plus quinque modiis Columella exposcat, mox vero Plinius inter quatuor et sex pro ratione soli sationis modum definiendum pronuntiet, quis non intelligit *modios sex* hoc loco scribi oportuisse?

24. CAP. LVI. *Circa brumam serenandum non esse*] Emendat hunc locum Fulvius Ursinus in Notis ad Varronem pag. 46. ac *citra brumam* ex Varrone de Re Rust. I. 34. legi præcipit. At quicquid demum aut senserit Varro, aut sentire porro debuerit, defendit egregie librorum omnium constantem scripturam Columellæ locus, quem secutus inprimis nunc Plinius videtur, II. 8. 'Quod sit seminandi tempus:' pag. 50. 'Sic enim servant,' inquit, 'prudentes agricolæ, ut quindecim diebus priusquam conficiatur bruma, totidemque post eam confectam, neque arent, neque vitem, aut arborem patent,' &c. Idem Varro I. 35. diebus ante et post brumam quindecim, quicquam seri vetat, præter ulmos.

25. CAP. LIX. *Deinde superat noctes ad solstitium diebus XCIII. horis duodecim, usque ad æquinoctium autumnii*] Ita libri omnes, etiam manu exarati: sed manifestissimo mendo locus hic tenetur. Desideratur enim intervalli circumscriptio, quod a solstitio æstivo ad autumnale pertinet. Legendum itaque: *diebus XCIII. horis duodecim: et inde minuitur diebus XCII. horis duodecim, usque ad æquinoctium*

*autumni*. Nam tria intervalla quæ in vulgatis libris exprimuntur, dies conficiunt 262. horas 18. Ea detracta de diebus 365.  $\frac{1}{4}$ . residuos faciunt dies 92. horas 12. Quare ex mente Plinii Julius Cæsar annua hæc intervalla descripsit:

Ab æquinoctio verno ad solstitium, dies 93. horas 12.

A solstitio ad æquinoctium autumnale, dies 92. horas 12.

Ab æquinoctio autumnali ad brumam, dies 89. horas 3.

A bruma ad vernum æquinoctium, dies 90. horas 3.

Quod si æquinoctium vernum statuatur in xxv. Martii, ut Columella Pliniusque asseverant, additis diebus 93. calculus desinet in 25. Junii,  $\frac{1}{2}$ . Ab eo die exclusive, ad æquinoctium autumnale, quod conjicietur in 26. Septembris, 92. dies, horæ 12. A die 26. Septemb. ad brumam, in 24. Decemb.  $\frac{1}{2}$ . dies 89. horæ tres: ut inde exclusive ad vernum æquinoctium, 25. Martii  $\frac{1}{2}$ . dies reliqui sint 90.  $\frac{1}{4}$ . minima aliqua diversitate neglecta. Ita fere Petav. Var. Dissert. II. 5. p. 81. et Riccioli, tom. I. Almag. III. 135.

26. CAP. LX. *Servantque id sidus etiam vestis institores*] Hunc locum ex fide codicum Reg. et Colb. repræsentamus. Præpostera interpunctione perturbata omnia prius erant mirum in modum, cum sic legeretur: *Vergiliarum occasu fieri putant. Aliqui ad III. Idus Novembris, ut diximus, servant: quoniam id sidus etiam vestis institor est, &c.* Ubi sidus vestis institorem appellari Sipontinus existimavit, alique post eum. Nugæ meræ.

27. Ibid. *Ipsa brumali die pulegium in carnariis florere*] Placuit nonnullis, in coronariis potius legi, quam in carnariis. Frustra. In carnariis suspendi carnes mos antiquus fuit: quo more et suspendi pulegium nunc Plinius inquit. Columella XII. 53. 'A

duodecima die ad lacum salsuram deferri oportebit, et salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhæreat, et paululum assiccata in carnario suspendi.' Varro de Re Rust. i. 54. de uvis pensilibus: 'Alia,' inquit, 'quæ in piscinam in anphora picata descendat: alia quæ in aram, ut in carnarium ascendat.' Corrigo, *quæ in horreum, ut in carnariis ascendat.*

28. CAP. LXI. *Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi*] Ita libri omnes, etiam Mss. ipseque Tullius, a quo carmen illud excerptum, de Divin. i. 15. An vero nihilominus, *ter flores*, sincerius videri possit, considerandum. Nam post eos versiculos subjicit Cicero statim: 'Ne hoc quidem quæro, cur hæc arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet.' Tamen Geopon. auctor xi. 13. ἡ δὲ σχίνος τρεῖς καρπὸς φέροι, κ. τ. λ. post Aratum, quem Cicero transtulit: *Τριπλὸν δὲ σχίνος κτέει· τρισσὰ δέ γε ἀβξαι γίνονται καρποῖο· φέροι δὲ τε σήμαθ' ἐκάστη* 'Ἐξείης ἀρόφω, κ. τ. λ.

29. Ibid. *Virgas et sarmenta, quæ tibi usioni supererunt*] Hoc est, quæ supererunt post tuum usum. In libris vulgatis hactenus legebatur, *quæ tibi in satione superant*. Mss. Reg. 1. *Quæ tibi cisioni*. Reg. 2. *quæ tibi osioni*. Verum ex Catone ipso, a quo hæc excerpta, *usioni* legi oportere perspicuum est. Sic enim ille de Re Rust. c. 38. p. 34. 'Si ligna et virgas non poteris vendere, neque lapidem habebis unde calcem coqnas, de lignis carbones coquito: virgas et sarmenta, quæ tibi usioni supererunt, in segete comburito: ubi eas combusseris, ibi papaver serito.' Usionis autem voce usus iterum idem Cato c. 145. ubi de lege oleæ faciendæ: 'Si viride oleum fiet, facito accedat oleum et sal suæ usioni, quod satis siet, et vasa viminea.' Et rursus c. 149. Scævola quoque apud Gellium iv. 1. p.

271. 'Quæ longæ usionis gratia contrahuntur, et reconduunt.' Sic et abusionem pro abusu dicimus.

30. CAP. LXII. *Torcular lavare*] Sic libri omnes, tum publici, tum etiam conditivi, ante Dalecampium, quo auctore in libris deinceps editis *lavare* legitur. Sed sane perperam: nam Columella ii. 11. cum hujus ipsius intervalli rusticum opus definit, 'Opercula, cola, et cetera sine quibus probe confici mustum non potest, diligenter lota marina et aqua salsa' tum jubet esse: 'Torcularia vero et fora diligenter emundata, lotaque.'

31. CAP. LXV. XIV. *Kalendas Martii triduum varie*] Prius legebatur, XVII. *Kalendas*. At sedecim omnino Kalendæ sunt Martiæ, etiam cum intercalatur annus: nam tum 'bis sexto Kalendas' dicitur.

32. Ibid. *Hordeum nisi siccum ne sarrito*] Locum hunc ope codicum Reg. et Colb. sanavimus, in quibus *sarrito* legitur: astipulante Columella, a quo id sumtum videtur, ii. 12. 'At aliæ segetes, quæ vel humidæ moveri possunt, melius tamen siccæ sarrinuntur, quoniam sic tractatæ non infestantur rubigine: hordeum vero nisi siccissimum tangi non debet.' Palladio quoque, lib. ii. in Januar. tit. 9. p. 39. 'Hoc mense serenis et siccis diebus, dum gelicidium non est, sunt sarculanda frumenta... si siccas segetes sarculaveris, aliquid contra rubiginem præstitisti: maxime si hordeum siccum sarritur.' Prius legebatur, *ne serito*. At de sarritione et purgatione hybernarum segetum hic sermo est, non de satione.

33. CAP. LXVIII. *Faba metitur, dein concutitur*] Ita libro mnes, etiam Mss. quos videre licuit: frustra emendante Pintiano, *dein cuditur*, nec merito in eam sententiam illud Comici trahente, 'In me hæc cudetur faba.' Nam Palladius hæc ipsa hujus intervalli opera describens, lib. vii. in Junio, tit. 3. p. 123. 'Colligemus viciam,'

inquit, 'fœnum Græcum resecaimus ad pabulum... Nunc et faba Luna minuenta velletur. Aute lucem sane, et antequam Luna procedat, excussa et refrigerata ponatur. Ita gurguliones non patietur infestos.'

34. Ibid. *Herba optima in prato, trifolii... pessima mimmulum, siliquis etiam diras ferentis*] Significat non caule modo, sed et siliqua nocere in prato mimmulum. Sunt qui *ranunculi* legi suspicentur commodius posse: vetant Mss. codices: quorum ex fide, cum illi exhibeant diserte, *siliqua etiam dira ferentis*, hunc locum ita expressimus. In libris hactenus editis: *Pessima mimmulum: siliqua etiam dira: fœnisecis invisita et equiselis est.*

35. CAP. LXVIII. *Est autem magnopere pertinens*] De Sirio sive Canicula agitur. Ita porro Mss. omnes, quos quidem vidimus. At scripsit in ora codicis sui Pellicerius, *Ad æstum magnopere pertinens*, ut jamdudum observavit Petavius Var. Dissert. in Uranol. II. 10. p. 103. Pertinere ad æstum dicitur, si vera ea lectio est, quod ingentem æstum denuntiat, immo et ex parte facit. Hinc Horat. III. Od. 29. 'Jam Procyon furit, Et stella vesani Leonis, Sole dies referente siccos.' Procyonem Horatius, quemadmodum et Plinius, pro Sirio accipit: quoniam prima hæc asterismi Canis stella ante ceteras, adeoque ante totum ipsum canem appareret.

36. Ibid. *Dein postridie*] Sic libri omnes, etiam Mss. Sic et ratio calculi exigit, uti ex Plinio ipso docuimus. Unde Cæsaris Tabulam emendabis, ex qua Hadrian. Junius, et post ipsum Salmasius, in Solin. p. 430. *post triduum* legi malunt.

37. Ibid. XIII. *Kalend. Augusti... etesiarumque prodromi flatus*] In libris omnibus editis, plurimisque Mss. legitur, XVIII. *Kalend.* At quis hunc diem XVIII. *Kalendas Augustas* vidit unquam? Nos audacter,

denta quinarii nota, XIII. rescribimus: tum quia series dierum ita postulat: nam dixit antea de XVI. *Kalendas*: quare nunc aliquis subsequentium dierum appellari debet: tum quia XIIII. *Kalendas Augusti etesias flare* ipse admonuit, II. 47. his verbis: 'Post biduum vero exortus,' &c.

38. CAP. LXIX. *Quod post dies undeviginti ab æquinoctio verno*] Ita Mss. omnes: at rectius forte, ut Petavius emendavit, Var. Dissert. in Uranol. II. 10. p. 104. *post dies unum et triginta.* A VII. *Kalendas Maias* ad quartum, totum hoc quadratum frugibus decretorium esse Plinius dicit: et ab æquinoctio verno dies numerat undeviginti. At æquinoctium vernum ipse contulit in VIII. *Kalend. April.* a quo die secundus et trigesimus dies est VI. *Kalend. Maias.*

39. Ibid. *Sidus et per se vehemens, et cui præoccidere caniculam necesse sit*] Hac voce, *caniculam*, Sirium hoc loco rursum intelligi, seu Procyonem, pronuntiat Salmasius, in Solin. p. 435. quam stellam ante Canem oriri ait et occidere. At ejus viri errorem quisquis ad pictam spheram et globum oculos applicet, quamvis plumbens sit, intelliget. Etenim quæ ad Boream declinant stellæ, earum quæ ad Austrum vergunt uti ortus antecedunt, sic occasus sequuntur, præsertim si boreales situ posteriores sunt: ut in Procyne et Cane contingit. Canis quippe hoc tempore positus est in gradu circiter nono Cancræ, et ad Austrum declinat: Procyon ad Boream situs est in gradu fere 21. Cancræ: ergo ille prius oritur, quam Canis: occidit autem post ipsum. Quod autem Plinius ait, canis sideri præoccidere caniculam necesse esse, id rectissime interpretamur de canario sacrificio, in quo ad placandum caniculæ sidus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescerent ad maturitatem perducerent.

tur: unde et *Catularia* porta nomen accepit, ut auctor est Paulus ex Festo, verbo *Catularia*. Atque idem Festus in *Fragm.* p. 93. 'Rutilæ canes, id est, non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Atteius Capito, canario sacrificio pro frugibus, deprecandæ sævitæ causa sideris caniculæ.' Ob unam nominis affinitatem, ea sacro illi delecta hostia est. Ovid. *Fast.* iv. 939. 'Est canis, Icarinum dicunt, quo sidere mota Tota sitit tellus, præripiturque seges. Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ: Et quare fiat, nil nisi nomen habet.' In *Rubigalibus* feriis hæc cærimonia peragebatur, ut Plinius significat, quod in id tempus *Caniculæ* occasus incideret. Itaque *Robigo Deo* canis mactabatur, ut *rubiginem* averteret: *Columella de Cultu Hortor.* lib. x. p. 357. 'Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas, Sanguine lactentis catuli placatur, et extis.' Atque ipse Naso, libro citato: 'Flamen in antiquæ lucum *Rubiginis* ibat, *Extâ* canis flammis, *extâ* daturus ovis.' Et

mox: 'Thura focus, vinumque dedit, fibrasque bidentis, Turpiaque obscœnæ vidimus *extâ* canis.'

40. *Ibid.* *Itaque iidem Floralia . . . instituerunt, Urbis anno DXIV.*] Prius *DXVI.* permutatis annorum numeris, legebatur: nos tum ex vestigiis veterum codicum, tum ex indubitata temporum ratione, locum eum sanavimus. Auctor est enim Velleius lib. i. 'Torquato Sempronioque Coss. *Brundisium*' colonos missos esse, 'et post triennium *Spoletium*, quo anno *Floralium* ludorum factum est initium.' Incidit autem prior ille Consulatus in annum *Urbis* *DX.* ex *Liviana*, *Plinianaque Chronologia*: quo fit, ut triennio interjecto *Floralium* celebritas ludorum incurrat in annum *DXIV.* Edidisse hos porro primum aliquem e *Servilia* gente nummi ejus familiæ suadent, quos vidimus inscriptos his vocibus, *FLORA. PRIMVS.* hoc est, 'Floralia primus' edidit.—'Itaque . . . *Urbis anno DXVI.*] Ita libri omnes: quanquam auctor est Velleius, lib. i. 'Torquato,' &c. *Ed. sec.*

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER XIX.

---

---

*Natura lini, et cultus hortensiorum.*

SIDERUM quoque<sup>1</sup> tempestatumque ratio, vel imperitis, facili atque indubitato modo monstrata est: vereque intelligentibus<sup>2</sup> non minus conferunt rura<sup>a</sup> deprehendendo cœlo, quam sideralis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere: nobis non protinus transire ad ista tempestivum videtur. Miramurque quosdam scientiæ gratia,<sup>3</sup> eruditionis suæ gloriam ex his petentes, tam multa præterisse, nulla mentione habita tot rerum sponte curave provenientium, præsertim cum plerisque carum, pretio usuque vitæ, major etiam, quam frugibus, perhibeatur auctoritas. Atque ut a confessis ordiamur utilitatibus, quæque non solum terras omnes, verum etiam maria replevere: seritur, ac dici neque inter fruges neque

//////////

CAP. I. 1 *Siderum quidem* Pintian. Ceterum hæc usque ad cap. finem, Proœmium constituunt edd. vett. et Gronov.—2 Vet. Dalec. *monstrata: rerum quia intelligentibus.*—3 Vet. Dalec. *scientia graves*; al. ap. Dalec. *scien-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Non minus conferunt rura*] Vide ornate dixit Auctor, libro sup. cap. quæ de hoc argumento præclare et 67.

inter hortensia potest, linum. Sed in qua non occurret vitæ parte, quodve miraculum majus, herbam esse<sup>b</sup> quæ admoveat Ægyptum Italiæ: in tantum, ut Galerius a freto Siciliae Alexandriam septima die pervenerit, Babillus<sup>4c</sup> sexta, ambo præfecti: æstate vero proxima Valerius Marianus ex prætoriiis senatoribus, a Puteolis nono die lenissimo flatu? herbam esse, quæ Gades<sup>5</sup> ad Herculis columnas septimo die Ostiam afferat, et citeriorem Hispaniam<sup>d</sup> quarto, provinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flavio<sup>6e</sup> legato Vibii Crispi proconsulis? Audax vita,<sup>f</sup> scelerum plena:<sup>7</sup> aliquid seri, ut ventos procellasque recipiat: et parum esse fluctibus solis vehi. Jam vero nec vela satis esse majora

//////////

*tia gratos.*—4<sup>c</sup> Ita codd. Regg. Male in Editione principe, *Babilus*; in recentioribus, *Babilus*. Babilum hunc, virum optimum, in omni literarum genere rarissimum laudat Senec. Nat. Quæst. IV. 2. Brotier. *Babilus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 *Gadeis* Gronov. Mox, ac *Herculis* Pintian.—6 *C. Flavio* Gronov. et al. ante Harduin.—7 *Vet. Dalec. sce-*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Herbam esse*] Textis ex ea herba velis. Linum Græci, Latini, et Galli pariter vocant, herbam vulgo notam, quæ cannabis modo tunditur in lanæ molliorem, ad linteorum texturas.

<sup>c</sup> *Babilus* [*Babilus*] De eo Seneca Natr. Quæst. 1. 2. p. 886. 'Babilus virorum optimus, in omni literarum genere rarissimus, auctor est, cum ipse Præfectus obtineret Ægyptum, Heracleotico ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse,' &c. Delphinorum pugnam describit cum crocodilis, de qua nos libro VIII. diximus, c. 38. Favore Agrippinæ Ægypto præfectum a Nerone fuisse auctor est Tacitus Annal. XIII. p. 205. Babilum Astrologum, ut opinor, Suetonius vocat, in Nerone c. 36. Prænomen ei Caio fuit.

<sup>d</sup> *Et citeriorem Hisp.*] Et merces a

citeriore Hispania Ostiam afferat die quarto, &c.

<sup>e</sup> *C. Flavio*] Ita Mss. omnes: non *Flacco*. Is est fortassis Alfinus Flavinus, de quo Plinius IX. 8. et nos uberius in Auctorum Indice.—<sup>f</sup> Is esse omnino videtur, C. FLAV. HEMIS. qui prius fuisse Legatus Propratore, LEG. PROPR. legitur in nummo argenteo Q. Cæpionis Bruti Imp. q. CAEP. BRVT. IMP. apud Patinum in Famil. p. 113. *Ed. sec.*

<sup>f</sup> *Audax vita*] Audax, ut ille cecinit, Iapeti genus? Nam vitam dicere pro hominibus, sen mortalium genere, familiare Plinio est. Quid hic Salmasius movet, dum pro acri ea oratione, illud jacens et languidum obtrudit, in Solin. p. 260. *Audax id, at sceleris plenum?*

navigiis. Sed quamvis amplitudini<sup>8</sup> antennarum singulæ arbores sufficiant, super eas tamen addi velorum alia vela, præterque alia in proris, et alia in puppibus pandi, ac tot modis provocari mortem. Denique tam parvo semine nasci, quod orbem terrarum ultro citroque portet, tam gracili avena, tam non alte a tellure<sup>9</sup> tolli: neque id viribus suis necti, sed fractum tusumque<sup>10</sup> et in mollitiam lanæ coactum, injuria ac summa audacia, eo pervenire.<sup>b</sup> Nulla execratio sufficit contra inventorem dictum suo loco<sup>i</sup> a nobis: cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret et insepultus. At nos priore libro<sup>j</sup> imbres et flatus cavendos, frugum causa victusque, præmonebamus. Ecce seritur hominis manu, metitur ejusdem hominis ingenio, quod ventos in mari optet. Præterea ut sciamus favisse pœnas,<sup>k</sup> nihil gignitur facilius: ut sentiamus<sup>11</sup> nolente id fieri<sup>l</sup> natura, urit agrum,<sup>m</sup> deterioremque etiam terram facit.<sup>12</sup>

II. (I.) Seritur sabulosis<sup>a</sup> maxime, unoque sulco:<sup>b</sup> nec magis festinat aliud. Vere satum<sup>c</sup> æstate vellitur: et hanc



*lerunque plena.*—8 *Sed cum vix amplitudini Pintian.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *alta a terra Gronov.* et vulgg.—10 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sed passum tusumque* edd. vet. et Gronov. Mox, edd. ante Harduin. *injuria naturæ ac s. a. et quo pervenire nulla, &c.*—11 Vet. Dalec. *et ut sentiamus.*—12 Vet. Dalec. *etiam ipsum facit.*

## NOTE

<sup>8</sup> *Sed fractum tusumque*] Nam maceratur aqua, tunditurque, semper injuria melius, ut dicitur in fine c. 3. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>b</sup> *Eo pervenire*] Ut nempe orbem terrarum vel sic ultro citroque portet.

<sup>i</sup> *Dictum suo loco*] Lib. VII. cap. 57. 'Vela Icarus, malum et antennam Dædalus' invenit, &c. Huc etiam refer quod habet Horatius I. Od. 3. 'Illi robur et æs triplex,' &c.

<sup>j</sup> *At nos priore libro*] Lib. XVIII. c. 76. et alias passim.

<sup>k</sup> *Favisse pœnas*] Hoc est, ea ultro crescere, quæ gignuntur in hominum

pœnam.

<sup>l</sup> *Nolente id fieri*] Ita Mss. omnes. Alii, *nolente id servi.*

<sup>m</sup> *Urit agrum*] Vide quæ diximus XVII. 7.

<sup>a</sup> *Seritur sabulosis*] Pinguissimum locum, et modice humidum poscit, nec macrum respuit, inquit Columella II. 10.

<sup>b</sup> *Unoque sulco*] Terra vel semel arata.

<sup>c</sup> *Vere satum*] Gratius in Cyneget. vs. 57. 'Idcirco et primas linorum tangere messes Ante vetant, quam maturis accenderit annus Ignibus, et claro Pleias se promiserit ortu.' Ver-

quoque<sup>1</sup> terræ injuriam<sup>d</sup> facit. Ignoscat tamen aliquis Ægypto serenti,<sup>e</sup> ut Arabiæ Indiæque merces importet: itane et Galliæ censentur hoc redivo, montesque<sup>f</sup> mari<sup>2</sup> oppositos esse non est satis, et a latere oceani obstare ipsum quod vocant inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum existimati Morini, immo vero Galliæ universæ vela texunt.<sup>3</sup> Jam quidem et Transrhenani hostes:<sup>g</sup> nec pulchriorem aliam vestem eorum foeminæ novere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Seranorum familia gentilitium esse, foeminas linea<sup>4</sup> veste non uti. In Germania<sup>h</sup> autem defossi atque sub terra<sup>5</sup> id opus agunt. Similiter etiam<sup>6</sup> in Italia, regione Aliana,<sup>7</sup>



CAP. II. 1 'Alii, et magnam quoque; alii, hanc quoque, expuncto et.' Dalec. —2 Dalec. terris pro mari.—3 Vet. Dalec. telas ex eo texunt.—4 Chiffi. lintea. —5 Cod. Dalec. defossi et sub terra.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. In recentioribus editionibus, Similiter et.' Brotier. Similiter etiam codex quoque Dalecampii. Similiter et Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. —7 'Ita bene Cl. Rezzonicus ex cod. Mediolan. 2. Nec aliter Editio princeps, et infra cod. Reg. 1. Regio Aliana, juxta Bernardum Saccum, scriptorem Ticinensem, nunc est la Laumellina, adhuc lino celebris. Male in recentioribus editionibus, Alliana.' Brotier. Alliana Turneb. et Harduin. et recentt. in Italiæ ratione aliena margo edd. Dalec. et Gronov. in Italia ratione

#### NOTÆ

giliarum exorta æstatem incipere superiore libro diximus c. 69.

<sup>d</sup> Et hanc . . . terræ injuriam] Quod nempe velli a radice illud oporteat, non, ut frumenta, meti: quod dum ita fit, terræ succus omnis extrahitur, ut Plinius admonuit libro superiore c. 72. 'Alibi,' inquit, 'frumenta ab radice vellunt: quique id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, cum extrahant succum.'

<sup>e</sup> Ægypto serenti] Laudat Ægyptia vela Hermippus apud Athenæum lib. 1. p. 27.

<sup>f</sup> Montesque] Nec satis fuit, ne maria Galli tentarent, oppositos a natura montes Mediterraneo mari, Alpes ac Pyrenæos: ab Oceani vero parte ipsum inane, spatiumque illud æquoris et aëris immense fusum, in

quo nullum occurrere creditur litus adversum, quo possit appellari.

<sup>g</sup> Transrhenani hostes] Batavos, opinor, intelligit, qui insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populum, dum trans Rhenum degerent, ut Tacitus ait de Morib. German. p. 134. Etiamnunc Hollandicum lino, et candore, et firmitate, et filamentorum exilitate præfertur ceteris omnibus. *Toile de Hollande, toile de Frise.* Parisino secunda palma.

<sup>h</sup> In Germania] Sed et in Gallia quoque: propter frigus, æstusque, lino inimica.

<sup>i</sup> Regione Aliana [All.] Ex qua linis nomen Allianis: quibus post Retovina mox palma defertur. Prius legebatur *ratione alia.* In Reg. 1. 2. *ratione aliena.* In Colb. 2. *regione aliena.*



inter Padum Ticinumque amnes, ubi a Sætabi<sup>j</sup> tertia in Europa lino palma: secundam enim in vicino Alianis capessunt Retovina,<sup>k</sup> et in Æmilia via Faventina. Candore Alianis semper crudis<sup>l</sup> Faventina præferuntur: Retovinis tenuitas summa densitasque, candor æque ut Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Nervositas<sup>m</sup> filo æqualior pæne quam araneis, tinnitusque, cum dente<sup>n</sup> libeat experiri: ideo duplex, quam<sup>o</sup> ceteris, pretium.

Et Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem.<sup>p</sup> Et tenuitas mira,<sup>q</sup> ibi primum carbasis<sup>r</sup> repertis. Non dudum<sup>9</sup> ex eadem Hispania Zoëlicum<sup>r</sup> venit in Italiam, plagis utilissimum. Civitas ea Gallæciæ<sup>10</sup> et oceano propinqua. Est sua gloria et Cumano<sup>s</sup> in Campania, ad pis-

alia Gronov. et al. vett.—8 *Et tenuitas magna* cod. Dalec.—9 *Nam dudum* Vet. Dalec.—10 *Gallitiæ* Chiff. Mox, cod. Dalec. *propinqua est. Sua, &c.*—

## NOTE

<sup>j</sup> *A Sætabi*] Post lina Sætaba, de quibus egimus in præfatione ad T. Vespas. De Sætabi oppido diximus III. 4. In nummis SÆTABIS. Silius Ital. lib. III. 'Sætabis et telas Arabum sprevisse superba, Et Pelusiaco filum componere lino.' Gratius quoque in Cyneget. vs. 41. 'Hispanique alio spectantur Sætaves usu.'

<sup>k</sup> *Retovina*] Ab oppido Retovio, sive Ritobio, quod Livio dici Litubium, l. xxxii. Cluverius arbitratur, in Ital. antiq. p. 78.

<sup>l</sup> *Semper crudis*] Semper flavis, quæ nulla maceratione aut politione candorem trahunt. Sic Maro, in nono Æneid. corticem crudum dixit pro viridi.

<sup>m</sup> *Nervositas*] Firmitas ei filo est, æqualitasque, hoc est, lævor, ac perpetua sine ulla offensione politura.

<sup>n</sup> *Cum dente*] Si dente s. morsu fi-

lum prehendat, idemque digito tendat, ac subinde quatiat, dente tum tinnitum sentiat, sonitumque.

<sup>o</sup> *Duplex, quam*] Hac loquendi forma usus etiam Columnella r. 8.

<sup>p</sup> *Qui alluit Tarraconem*] Flumine Subi allui Tarraconem diximus III. 4.

<sup>q</sup> *Carbasis*] Velis e lino tenuissimo. De 'carbasi' voce Servius ad illud Æneid. III. 'Et auræ Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro.' 'Carbasus genus lini est, quod abusive plerumque pro velo ponitur.' Quam telam Baptistæ *Toile batiste* Galli vocant, priuæ tennitatis, hanc Latine carbasum merito appellaris.

<sup>r</sup> *Zoëlicum*] A Zoëlis Hispaniæ populis, de quibus III. 4.

<sup>s</sup> *Est . . . et Cumano*] Gratius in Cyneget. vs. 34. 'Optima Cinyphiæ,

cium et alitum capturam.<sup>11</sup> Eadem et plagis<sup>t</sup> materia. Neque enim minores<sup>12</sup> cunctis animalibus insidias, quam nobismetipsis,<sup>u</sup> lino tendimus. Sed Cumanæ plagæ concidunt apros,<sup>13</sup> v et hi casses vel ferri aciem vincunt.<sup>w</sup> Vidimusque jam tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis<sup>x</sup> transirent, uno portante multitudinem qua saltus cingerentur: (nec id maxime mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare:) sicut paulo ante Julio Lupo, qui in præfectura Ægypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in Ægyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ, CCCLXV. filis singula fila constare: quod se expertum nuper<sup>14</sup> Romæ prodidit Mucianus ter consul, parvasque jam reliquias ejus superesse hac experientium injuria. Italia et Pelignis<sup>15</sup> etiamnum linis honorem habet, sed ful-



11 Chiffi. *capturas*.—12 *Neque enim majores* cod. Dalec.—13 *Sed ad Cumanas plagas concidunt apri* Vet. Dalec. Mox in eodem Vet. *hi casses ferri aciem convincunt*; Gronov. et al. ante Harduin. *et hæ cassesve ferri, &c.*—14 Cod. Dalec. et Chiffi. *quod per exemplum nuper*; Vet. Dalec. *quod exemplum per se expertum nuper*.—15 *Italia et Pelignis* Gronov. *Italia ex Pelignis* Vet. Dalec.

#### NOTE

ne quid cunctere, paludes Lina dabunt: bonus Æoliæ de valle Sibyllæ Fœtus: et aprico Tuscorum stupea campo Messis, &c.

<sup>t</sup> *Eadem et plagis*] Plagæ, retia sunt ad capiendas feras: quæ retia funibus tenduntur circa imam et summam partem. *Des toiles*. Unde familiares ex venatoribus formulæ, *Mettre les bêtes noires dans les toiles: tendre les toiles: tirer les toiles: lever les toiles*.

<sup>u</sup> *Quam nobismetipsis*] Qui post inventa e lino vela mortem provocamus navigatione mari suscepta, ut dictum est, sup. cap.

<sup>v</sup> *Concidunt apros*] Erunt fortassis quibus magis arrideat, *concludunt*. Est enim *concludere* in venatione usitata vox. Gratius in Cyneget. vs.

49. 'Includas retibus ursos.' Et Seneca de Clem. 1. 'Sic feras lineis et pinna conclusas contine.' Sed concidi plagis apros cum dixit Auctor, concludi eo loco intellexit, in quo concidi nullo negotio deinde possint: quod sola ferri acies præstare non valeret: itaque, ut statim subjungit idem, ferri aciem eo nomine hi casses vincunt.

<sup>w</sup> *Et hi casses vel ferri aciem vincunt*] Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>x</sup> *Cum epidromis*] Hoc est, cum imis summisque funibus quibus tenduntur retia, ipsa per hominis annulum transibant: itaque nullo negotio vel unus homo cassim multitudini gestandæ par fuit, qua saltus integer cingeretur, ut Julius Lupus fecit.

lonum<sup>y</sup> tantum in usu; nullum est candidius, lanæve similis: sicut in culcitis<sup>16</sup> præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc,<sup>z</sup> et tomenta pariter, inventum.<sup>17</sup> Italiæ quidem mos<sup>a</sup> etiam nunc durat<sup>18</sup> in appellatione stramenti.

Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera: Taniticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus nascuntur. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon,<sup>b</sup> et ideo lina inde facta xyliana. Parvus est, similemque barbatae nucis<sup>c</sup> defert fructum, cujus ex interiore bombyce<sup>d</sup> lanugo netur.



—16 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. sicut in culcitis Gronov. et al. ante Harduin.—17 Galliarum hoc est tormento pariter inventum in quibusdam Vett. tormenta Chiffi.—18 Italiæ quidem mos jam nunc durat in quibusdam Vett. Italiæ quidem vox etiam nunc

## NOTE

<sup>y</sup> *Sed fullonum*] Qui nempe ex eo lino culcitas concinnabant, opplebantque deinde stramine seu tomento. Vel potius quod subuculas ex eo lino sibi fullones, indusiaeque conficerent.

<sup>z</sup> *Galliarum hoc*] Nimirum tomentum Lingonum, culcita Cadurcorum inventum fuit. Unde alterum 'tomentum Lingonicum,' et 'Lingonicum stramen' dictum est, uti monuimus, viii. 73. ex Martiali. Culcitam veteres nomine gentis, quæ invenit, cadureum vocavere. Juvenalis Sat. vii. 221. 'Institor hyberna tegetis, niveique cadurci.' Idemque Sat. vi. 535. 'Magnaque debetur violato pœna cadurco.' Sulpicia Poëtria in vetere Epigrammate 'Cadurcas fascias' e lino Cadurcino fascias vocat: 'Ne me Cadurcis destitutam fasciis Molli Caleno concubantem proferat.'

<sup>a</sup> *Italiæ quidem mos*] Ita Mss. Salmasius in Solin. p. 938. vox legi, non mos, jubet. Frustra. Qui mos fuerit

*Delph. et Var. Clas.*

antiquus Italiæ, inquit Auctor, vel ex quotidiano sermone palam est: nam torum saltem castrensem vulgo stramentum vocamus, quoniam, ut dictum est, viii. 73. 'antiquis torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris,' ubi hæc potissimum stramenti appellatio perseverat.

<sup>b</sup> *Xylon*] Ξύλον, lignum sonat: quare Ulpianus, in leg. Si cui lana legetur, Dig. de legat. 3. ἐριόξυλον, lignum lanam reddit.

<sup>c</sup> *Barbatae nucis*] Cujusmodi sunt Ponticæ nuces, quas mollis barba protegit, ut dictum est xv. 24. Sic etiam Jul. Pollux vii. 17. "Ἡδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ξριον γίνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἢν τις μάλλον φαίη προσεικέναι, πλὴν τοῦ πάχους· ἔτι γὰρ παχύτερος τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται, καρύφ μάλιστα προσεικῶς, κ. τ. λ.

<sup>d</sup> *Ex interiore bombyce*] Hoc est, lanugine, quem Itali *Bombace* appellant, nos *Coton* dicimus: unde *Bom-*

*Plinius.*

9 C

Nec ulla sunt eis<sup>19</sup> candore mollitiave præferenda. Vestes inde<sup>e</sup> sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Quartum genus Orchomenium<sup>f</sup> appellant. Fit e palustri velut arundine, duntaxat<sup>20</sup> panicula ejus.<sup>g</sup> Asia e genista<sup>h</sup> facit lina ad retia præcipua, in piscando<sup>21</sup> durantia, frutice madefacto denis diebus. Æthiopes Indique e malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, ut diximus,<sup>i</sup> genitis.

III. Apud nos<sup>a</sup> maturitas ejus duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, aut colore flavescente. Tum evulsum, et in fasciculos manuales<sup>b</sup> colligatum, siccatur in Sole, pendens conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis, in contrarium inter se versis fascium<sup>1</sup> cacuminibus, ut semen in medium cadat. Inter medicamina huic vis, et in quodam rustico ac prædulci Italiæ Transpadanæ cibo,<sup>c</sup> sed jam pridem sacrorum tantum gra-



*durat* mavult Salmasius. Vid. Obs. Misc. tom. vii. pt. 3. p. 332.—19 *Nec lina sunt ei* Vet. Dalec.—20 *Fit e palustris foliis arundinis, vel duntaxat* Dalec. Mox, *panicula* Gronov.—21 Chiff. *præcipue in piscando*. Mox, *pro durantia*, Dalec. *duritia*. Gronov. *decem diebus*.

CAP. III. 1 Chiff. *in contrariis in se fascium*.—2 Dalec. *luxior*.—3 Chiff.

#### NOTE

*bazin* vocamus telas bombacinas, aut lineas ex bombase confecta. Jacobus de Vitriaco, I. 85. 'Sunt ibi' in oriënte 'præterea arbusta quædam quæ seminantur, ex quibus colligunt bombacem, quæ Francigenæ Cotonem seu Coton appellant: et est quasi medium inter lanam et linum: ex quo subtilia vestimenta contextuntur.' Nascitur hic frutex jam in Gallia, ex India delatus: Cotonem pariter vocant, *le Coton*. In horto Regio pommum vidimus, quod cum patens dehisceret, inculcatum flocci glomum exhiberet.

<sup>e</sup> *Vestes inde*] Ex gossipio, qui regionis illius peculiaris frutex, lini vices habet. Unde Gratius in Cyneget. vs. 42. linum appellat: 'Vix operata suo sacra ad Bubastia lino

Velatur sonipes æstivi turba Canopi.'

<sup>f</sup> *Orchomenium*] De arundine Orchomenia diximus xvi. 66.

<sup>g</sup> *Panicula ejus*] Laosam comam in milio, panico, arundine, et qualem in arvis complures herbæ, et in palustribus junci gerunt, Latini paniculam, Græci ἀνθήλην dixere. De ea voce diximus xvi. 64.

<sup>h</sup> *Asia e genista*] Vide quæ dicturum sumus xxiv. 40.

<sup>1</sup> *Ut diximus*] Lib. xii. c. 21.

<sup>a</sup> *Apud nos*] In orbe Romano, qui Arabum Indorumque terris opponitur.

<sup>b</sup> *Fasciculos manuales*] Qui manum impleant. Δεμάτιον χειρόπληθες, fasciculum manulem appellat Hippocrates, in Veterin. p. 879.

<sup>c</sup> *Et in quodam . . . cibo*] Galenus de

tia.<sup>d</sup> Deinde post messem triticeam virgæ ipsæ merguntur in aquam Solibus tepefactam, pondere aliquo depressæ : nulli enim levitas major. Maceratas indicio est membrana laxatior.<sup>2</sup> Iterumque inversæ, ut prius, Sole siccantur : mox arefactæ in saxo tunduntur stupario malleo.<sup>e</sup> Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipsa tamen pectitur<sup>f</sup> ferreis hamis,<sup>3</sup> donec omnis membrana decorticetur. Medullæ<sup>g</sup> numerosior distinctio,<sup>4</sup> candore, mollitia. Linumque nere et viris decorum est. Cortices quoque decussi clibanis et furnis præbent usum. Ars depectendi<sup>5</sup> digerendique : justum e quinquagenis fascium libris quinasdenas carminari. Iterum deinde<sup>6</sup> in filo politur, illisum crebro in silice<sup>h</sup> ex aqua : textumque rursus tunditur clavis,<sup>l</sup> semper injuria melius.<sup>j</sup>

IV. Inventum jam est etiam, quod ignibus<sup>k</sup> non absu-



*acnis hamis.*—4 Cod. Dalec. *destinatio.*—5 *Ars est depectendi* margo edd. Dalec. et Gronov.—6 Chiffi, *carminari iterum. Deinde. Mox, Pintian. crebro silici.*

## NOTE

Aliment. Facult. i. 32. p. 331. tom. VI. lini tosto semine, opsonii vice, quosdam vesci tradit ex sale et garo : itidem melle conspersum edi : panibus denique a nonnullis inseri : *ἐπιπάρτουσι δὲ ἔνιοι καὶ τοῖς ἄρτοις αὐτό.*

<sup>d</sup> *Sacrorum . . . gratia*] Forte ad suffimenta, ut quidam voluit : vel potius ad epulas sacras, quas feriatis diebus privatus quisque domi institueret.

<sup>e</sup> *Stupario malleo*] Quo lina stupæque tunduntur.

<sup>f</sup> *Et ipsa . . . pectitur*] Linum ita pectere Galli dicunt, *sérancer du lin, du chanvre* : ferreum hamum, *un séran.*

<sup>g</sup> *Medullæ*] Delicatiores substantiæ, quæ ad nendum reservatur.

<sup>h</sup> *In silice*] In alveo siliceo, sive lapideo.

<sup>i</sup> *Tunditur clavis*] Fustibus, qui clavas capite referant.

<sup>j</sup> *Injuria melius*] Sic de salice pronuntiavit XVI. 69. ‘Mirumque, contuso ligno alicui majores ad vincula esse vires.’

<sup>k</sup> *Inventum . . . quod ignibus*] De lino asbestino non vetustatis modo plena monumenta sunt, sed et idonea eruditorum hujus ævi testimonia. ‘Habeo et ego in Museo,’ inquit Kircherus noster, tom. II. Mundi subterranean. I. VIII. p. 67. ‘integrum scrinium asbestinis frustis plenum. Chartam ex hisce confectam habeo, quæ literis scribendis servit, quas ubi in ignem injeceris, consumtis mox literis, charta veluti igne lota, integra et candidior exit, novisque literis inscribendis servit . . . Donavit et mihi

meretur. Vivum id vocant, ardentisque in focis convivorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque Sole Indiæ, ubi non cadunt<sup>1</sup> imbres, inter diras serpentes: assuescitque vivere arendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. Rufus de cetero colos, splendescit igni. Cum inventum est, æquat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem a Græcis asbestinum<sup>m</sup> ex argumento naturæ. Anaxilaus auctor est linteo eo circumdatam arborem, surdis ictibus, et qui non exaudiantur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe.

Proximus byssino,<sup>n</sup> mulierum maxime deliciis circa Elim<sup>o</sup> in Achaia genito: quaternis denariis<sup>p</sup> scripula ejus<sup>q</sup> permutata quondam,<sup>r</sup> ut auri, reperio. Linteorum lanugo, e velis<sup>r</sup> navium maritimarum maxime, in magno usu medicinæ est: et cinis spodii vim habet. Est et inter papavera<sup>s</sup>

CAP. IV. 1 Chiff. e villis.

#### NOTE

Eminentiss. Cardinalis de Lugo redimiculum asbestino lino contortum, quod igni injectum, si sordibus pollutum fuerit, inde nitidissimum exit. Memini quoque me ellychnium hujusmodi asbestinum lucernæ inditum ad biennium conservasse, sine ulla sui consumptione, haud dubie perpetuo duraturum, nisi nescio quo casu id subductum esset, &c. Vide et Aldrovand. de Metall. iv. 26. p. 664.

<sup>1</sup> *Ubi non cadunt*] Vide quæ diximus xvii. 30. Columella l. 6. 'Æstas in transmarinis regionibus pluvia caret.'

<sup>m</sup> *Asbestinum*] Ἀσβεστος, quæ vox Græca *inextinctum* sonat.

<sup>n</sup> *Byssino*] Byssus genus fuit lini tenuissimi, ex quo textæ vestes purpureum colorem non raro imbibe-

rent: unde in Sacris Paginis toties byssus, et purpura, vel purpura et byssus pro purpurea bysso, per figuram ἐν διὰ δυοῖν. Inde factum ut byssus ab Hesychio et Suida pro purpura accipiatur. Rectius vero Pollux loc. cit. Καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα· καὶ ἡ βύσσιος λίου τοῦ εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. Philostrato de Vita Apoll. ii. 9. p. 79. ex arbore βύσσιος legitur, quæ arbor altitudine populi, folio salicis est.

<sup>o</sup> *Circa Elim*] Pausanias in Eliac. prior. negat uspiam tota Græcia byssum nasci, nisi in Eleo agro, de quo egimus iv. 6.

<sup>p</sup> *Quaternis denariis*] Monetæ nostræ asses sunt triceni bini.

<sup>q</sup> *Scripula ejus*] Libra scripula continet 288.

<sup>r</sup> *Permutata quondam*] Priorum sci-

genus quoddam, quo candorem lintea præcipuum trahunt.

v. Tentatum est tingui linum quoque, et vestium insaniam accipere, in Alexandri Magni primum classibus, Indo amne navigantis, cum duces ejus ac præfecti in certamine<sup>1</sup> quodam variassent insignia navium: stupueruntque littora, flatu versicoloria implente.<sup>2</sup> Velo purpureo<sup>3</sup> ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit imperatoris navis insigne.

vi. Postea in theatris<sup>a</sup> tantum umbram fecere: quod primus omnium<sup>b</sup> invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in theatro<sup>1</sup> duxisse traditur Lentulus Spinter<sup>c</sup> Apollinaribus ludis. Mox Cæsar dictator totum forum Romanum intexit, viamque sacram<sup>d</sup>

//////////

CAP. v. 1 Cod. Dalec. ac præfecti certamine, ommissa præpositione.—  
2 Chiffi. versicolorias pellente.

CAP. vi. 1 Vet. Dalec. theatrum; Dalecampius vero legit, amphitheatrum.

#### NOTE

licet Cæsarem ævo, quo denarius aureus argenteis denariis quinque et viginti æstimabatur, ut dicemus xxxiii. 13. Sic Aureliani ævo libra auri libra serici fuit, et auro fila pensabantur, inquit Vopiscus in Aureliano, p. 224.

<sup>a</sup> Est et inter papavera] De hac re dicemus xx. 79.

<sup>b</sup> Velo purpureo] Huc refer et Agrippæ vexillum cæruleum, de quo Dio l. li. p. 458.

<sup>c</sup> Postea in theatris] Hunc morem inducendi vela theatris describit eleganter Lucretius iv. 73. 'Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela, Et ferrugina, cum magnis intenta theatris Per malos vulgata trabesque trementia pendent. Namque ibi consessum caveai subter, et omnem Scenalem speciem patrum, matrumque,

Deorumque, Inficiunt, coguntque suo fluitare colore,' &c.

<sup>b</sup> Quod primus omnium] Valerius Max. ii. 4. 6. 'Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus spectantium consessum velorum umbraculis textit.' Ab eo Capitolium Sylla mortuo dedicatum diximus vii. 44.

<sup>c</sup> Lentulus Spinter] Plus hoc etiam præstitit: nam, teste eodem Valerio Max. loc. cit. 'argentatis choragiis,' hoc est, scenarum instrumentis, 'P. Lentulus Spinter adornavit' scenam, cum 'translatitium antea' foret 'Pænicis indui tunicis.'

<sup>d</sup> Viamque sacram] Fuit ea in quarta Urbis regione, teste P. Victore, in descript. Urbis Romæ. Sericis cortinis innumbratam fuisse auctor est Dio lib. xliii. p. 226. παραπετάσματος σπρικὰ ὑπερέτασε.

ab domo sua et clivum usque in Capitolium,<sup>2</sup> quod munere ipso gladiatorio<sup>e</sup> mirabilius<sup>3</sup> visum tradunt. Deinde et sine ludis Marcellus Octavia sorore Augusti genitus, in ædilitate sua, avunculo XI. consule, a. d. Kalendas Augusti,<sup>4</sup> velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent: quantum mutatis moribus Catonis censorii, qui sternendum quoque forum muricibus<sup>f</sup> censuerat. Vela nuper<sup>g</sup> colore coeli, stellata, per rudentes iere etiam in amphitheatro<sup>h</sup> principis Neronis. Rubent in cavis ædium,<sup>5</sup>



—2 'Ita bene codd. Reg. et Cl. Rezzonicus ex Mss. Mediolan. Perperam in recentioribus editionibus, *ad clivum usque Capitolinum*. Cæsar non modo totum forum Romanum, sed viam Sacram, et clivum Capitolinum usque in ædem Jovis Capitolini intexit.' Brotier. *et clivum usque in Capitolium* etiam Chiffi. ita quoque legit ex codd. Nic. Heinsius in Advers. 1. 9. p. 87. *ad clivum usque Capitolinum* edd. vett. Gronov. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 Alii ap. Dalec. *miserabilius*.—4 'Ita ex codd. Hardninus et recentt. *consule ad Idus Augusti* cod. Dalec. *consule Calend. Augusti* Gronov. et vulgg.—5 Ita ex codd. Hardninus et recentt. *nuper et colore* (sic et Chiffi.) *cæli distenta per rud. terræ, &c. rubent, &c.* cod. Dalec. *nuper colore cæli, stellata per rudentes, terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente: in cavis ædium* edd. vett. et Gronov. 'Vela nuper colore cæli distenta per rudentes] Sic optimæ membranæ Chiffi. non *stellata*; quomodo apud Nasonem Art. Am. 11. 209. restituitur ex scriptis, 'distenta suis umbracula virgis.' Nic. Hein-

### NOTÆ

<sup>e</sup> *Munere ipso glad.*] Quod munus a Suetonio describitur in Julio, c. 39. —'Quod vero Plinius addit, Kalendis Augusti forum fuisse a Marcello velis inumbratum, Augusto XI. consule; significare videtur, id ob recentem appellationem mensis Augusti, qui prius Sextilis dicebatur, factum fuisse, A. U. scilicet DCCXXXV. vel sequente.' *Ed. sec.*

<sup>f</sup> *Muricibus*] Acutis lapidibus, ne fora litigiosa tam crebro litigantes adirent. Muricem veteres dicebant saxi acumen. Virgil. *Æneid.* v. 'Concussæ cautes, et acuto murice remi Obnixi crepuere, illisæque prora pependit.' Ubi id Servius annotat: et ejusdem loci auctoritate Nonius Marcellus: 'Murices,' inquit, 'vetustas etiam saxorum asperitates dici voluit.'

<sup>g</sup> *Vela nuper*] Vela nuper, inquit, coloris cærulei visa, ac distincta stellis, per rudentes extenta cucurrere, in amphitheatro Neronis. Sunt et rubra in cavis ædium, quæ muscum virentem a Solis ardore defendant.

<sup>h</sup> *In amphitheatro*] Hoc amphitheatrum esse censuerim, quod Tranquillus in Nerone, c. 12. ligneum fuisse dicit, in regione Martii Campi intra anni spatium fabricatum. De quo et Tacit. *Annal.* XIII. p. 208. 'Nerone secundum, L. Pisone Coss. pauca memoria digna evenerunt: nisi cui libeat, laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud Campum Martii Cæsar extruxerat, volumina implere.' De velis ibi extensis Dio l. LXIII. p. 718. dum res gestas iis diebus enumerat, quibus a



et muscum a Sole defendunt. Cetero<sup>i</sup> mansit candori<sup>6</sup> pertinax gratia. Honor etiam et Trojano bello. Cur enim non et præliis intersit, ut naufragiis? Thoracibus lineis paucos tamen Pugnasse, testis est Homerus.<sup>j</sup> Hinc fuisse et navium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores: quoniam cum sparta<sup>k</sup> dixit, significaverit sata.

VII. (II.) Sparti quidem<sup>l</sup> usus multa post sæcula coepit: nec ante Pœnorum arma,<sup>m</sup> quæ primum Hispaniæ intulerunt. Herba et hæc<sup>r</sup> sponte nascens, et quæ non queat seri,<sup>n</sup> juncusque<sup>o</sup> proprie aridi soli,<sup>p</sup> uni terræ dato



sus. Vid. Advers. I. 6. p. 66.—6 *Ceterum mansit candori* cod. Dalec. *Cetero mansit candore* Chiffi.

CAP. VII. 1 *Herba est hæc* Dalec.—2 *Idem, dato hoc vitio*.—3 Chiffi. *velli-*

#### NOTÆ

Nerone Armeniæ regnum Tiridati concessum est: Τάγε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκοι, ἀλουργὰ ἦν· καὶ ἐν μέσφ' αὐτῶν ἄρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο· περίξ δὲ ἀστéρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον. *Vela per uërem extensa, Solis ar-cendi causa, purpurea erant: quorum in medio Nero acu pictus currum agitabat: circa hunc undique sidera lucebant aurea, &c.*

<sup>i</sup> *Cetero*] Diuturnior fuit gratia candoris in lino: sive candor in lino ceteris coloribus potior visus est.

<sup>j</sup> *Homerus*] Iliad. B. ubi λινοθάρη·κας ejusmodi bellatores vocat. Et linteam lorica induisse Galbam Tranquillus scribit, c. 19. quanquam non dissimulantem parum adversus mucrones profuturam.

<sup>k</sup> *Quonia* cun sparta] Hic versus ille Homericus est, quem respicit, ex Iliad. B. 135. Καὶ δὴ δούρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. Error hic fuit erūditorum illorum, quos Plinius nunc appellat, qui τὰ σπάρτα in eo versu sata interpretati sunt, aut funes rudentesque, nauticos ex rebus

sativis factos, uti ex lino, stupa, cannabe: quia σπείρειν serere significat. Σπάρτα νεῶν Homerus vocat, funiculos e lino vel cannabe, quibus snabantur naves, non quia e sativis rebus nectebantur: sed quia ad nectendum idonei. Nam σπείρειν Græcis, ut serere Latinis, non solum terræ semem committere, sed et nectere significat, et conjungere invicem. Τὸ σπαρτὸν est sativum, quod seri potest: at σπάρτον est funis qui seritur, id est, nectitur.

<sup>l</sup> *Sparti quidem*] Hoc spartum Latinorum est, diversum a sparto Græcorum, de quo dicemus alias. Describitur, pingiturque a Clusio Rarior. Plant. vi. 40. p. 220. Hispanis, apud quos id provenit, etiamnum Sparto vocatur.

<sup>m</sup> *Pœnorum arma*] Bello Punico secundo, quo totam intra flumen Iberum Hispaniam sibi subjecit Hannibal.

<sup>n</sup> *Et quæ non queat seri*] Contra seri Varro jubet de Re Rust. I. 23. 'Sic ubi cannabim,' inquit, 'seras, lium, juncum, spartum, unde lineas,

vitio.<sup>2</sup> Namque id malum telluris est: nec aliud ibi seri aut nasci potest. In Africa exiguum et inutile gignitur. Carthaginiensis<sup>3</sup> Hispaniæ citerioris portio, nec hæc tota, sed quatenus parit, montes quoque sparto operit. Hinc strata<sup>4</sup> rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina, et pastorum vestis, animalibus noxium, præterquam cacuminum teneritate. Ad reliquos usus laboriose evellitur,<sup>5</sup> ocreatis cruribus, manu, textisque manicis,<sup>6</sup> convolutum osseis iligneisve conamentis.<sup>5</sup> Nunc jam in hyemem juxta.<sup>6</sup> Facillime tamen ab Idibus Maiis in Junias: hoc maturitatis tempus.



tur.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Biont. et Franz. *manibusque textis manicis* Gronov. et al. vett. Mox, Chiffi. *ilignisque*.—5 *Conamentis*] Ita libri omnes. Conamenta sunt, quibus conatus juvantur. Nempe iligneis manubriis utebantur, ut spartum facilius evelleretur. Brotier.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *jam hieme vix* Vet. Dalec. *jam in hiemem vix* edd. vett. et Gronov.

## NOTE

fines facias, &c. Sed ægre admendum scimus ex semine pullulare.

<sup>o</sup> *Juncusque*] Ob folia juncea, et aspera.

<sup>p</sup> *Aridi soli*] Siticulosi, aquarum penuria laborantis. Strabo lib. III. pag. 60. de campo spartario: *Τούτο δ' ἐστὶ μέγα καὶ ἄνυδρον, τὴν σχοινοπλοκιεὴν φύον σπάρτον, ἐξαγωγὴν ἔχουσιν εἰς πάντα τόπον, καὶ μάλιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν.*

<sup>q</sup> *Carthaginiensis*] Gignit nunc quoque hæc regio ab limitibus Granatensis regni, seu Bæticiæ fine, usque ad eam urbem quæ nunc Murcia dicitur. Fuit eo tractu campus Spartarius, Carthagoque nova, *Cartagena*, et ipsa inde a Plinio xxxi. 43. et ab Isidoro xv. 1. Spartaria appellata: *Καρχήδων Σπαρταγενῆς* Appiano, in Iber. pag. 261. Crescit et in Valentino Hispaniæ regno spartum.

<sup>r</sup> *Hinc strata*] Eodem est hodie apud Hispanos usu: nam ex crudo

exsiccatoque sparto tapetes, sive aulae, storeas, corbes, rudentesque conficiunt. Corbes ii certe, in quibus ficus et uvæ passæ advehuntur, et sparto contexti sunt. Ex eo denique in lini morem aqua macerato, deinde siccato, tusoque, calceamenti genus paratur, quod ipsi *Alpergutes* vocant. Hæc omnia ex Clusio, qui vidit, locit.

<sup>s</sup> *Iligneisve conamentis*] Conamenta ossea ligneave interpretor, ossa, ligneosque fustes teretes, quibus spartum convolvitur, ut vellentium conatus juvetur, et minnatur labor. Ita sane libri omnes, etiam Mss. Nungantur, qui *nucamentis*, vel *cum amentis* malunt.

<sup>t</sup> *Nunc jam in hyemem juxta*] Subintellige, vellitur pariter hyeme, ut æstate: sed multo facilius ab Idibus Maiis, &c. Ita porro Mss. omnes: non, ut editi, in *hyemem vix*.

VIII. Vulsum fascibus in acervo animatum<sup>1 a</sup> biduo, tertio resolutum, spargitur in Sole siccaturque, et rursus in fascibus redit sub tecta. Postea maceratur aqua marina optime, sed et dulci, si marina desit: siccaturque Sole iterum rigatur. Si repente urgeat desiderium,<sup>a</sup> perfusum calida in solio<sup>b</sup> ac siccatum stans, compendium operæ fatetur. Hoc autem tunditur, ut fiat utile,<sup>c</sup> præcipue in aquis<sup>2</sup> marique invictum. In sicco præferunt e cannabi funes. At spartum aliter etiam demersum, veluti natalium sitim<sup>d</sup> pensans. Est quidem ejus natura interpolis:<sup>e</sup> rursusque quam libeat<sup>3</sup> vetustum novo miscetur. Verumtamen complectatur animo,<sup>4</sup> qui volet miraculum æstimare, quanto sit in usu, omnibus terris, navium armamentis, machinis ædificationum, aliisque desideriis vitæ. Ad hos omnes usus quæ sufficiant, minus triginta millia passuum in latitudinem a littore Carthaginis novæ, minusque c.<sup>5</sup> in

<sup>a</sup> *Si statim uti sparto desideras.*

-----

CAP. VIII. 1 Vet. Dalec. *acervo adunatum*.—2 Cod. Dalec. *præcipue aquis*.—3 Dalec. *quantilibet*.—4 Ita codd. Dalec. et Cliff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *complectetur animo* edd. vett. Gronov. et Franz.—5 ‘Cen-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Vulsum fascibus in acervo animatum*] Ita libri omnes: hoc est, nondum exanime, sed viride adhuc et integrum: cum eo spiritu quem exhhalat, cum recens est: atque, uti de palmæ fructu Plinius ait, XIII. 9. ‘cum sui ardoris anima.’ Resolvi deinde porro necesse est, vertique ad Solem, uti de fœno dictum est, XVIII. 67. alioqui, ut fœnum, sic et spartum incensa illa anima nebulam exharet, accendereturque, et conflagraret. Dalecampius, et post eum Salmasius, legunt *manuatum*, interpretanturque, ut Plinius ipse loquitur initio c. 3. ‘in fasciculos manuales colligatum:’ quod vereor ut cuiquam probent.

<sup>b</sup> *In solio*] Solinum pro vase iligneo aut abiegno ponitur. Sic vasa ea, in quibus cum lixivio calido et cinere pannos emaculamus, solia dicimus.

<sup>c</sup> *Ut fiat utile*] Funibus texendis, ceterisque usibus.

<sup>d</sup> *Natalium sitim*] Quoniam in arido solo, ut dictum est, nascitur.

<sup>e</sup> *Est . . . natura interpolis*] Ea sparti natura, ut interpolandis, resarciendis, renovandis operibus, quæ ex eo fiunt, aptissime adhibeatur, et vetustum secure misceatur novo. Interpolis mulier a Plauto appellatur ea, quæ se pigmentis interpolat, atque reconcinnat, ut ex vetusta anu nova quasi puella fiat, in Mostell. I. 3. 117.

longitudinem<sup>f</sup> esse reperientur. Longius vehi<sup>g</sup> impendia prohibent.

IX. Junco Græcos ad funes usos nomini credamus,<sup>h</sup> quo herbam eam appellant: postea palmarum foliis, philuraque,<sup>i</sup> manifestum est: et inde<sup>i</sup> translatum a Pœnis sparti usum, perquam simile veri est.<sup>2</sup>

X. Theophrastus<sup>j</sup> auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse lancam naturam, ex qua impilia<sup>k</sup> vestesque<sup>i</sup> quædam conficiant.<sup>2</sup> Sed neque regionem, in qua fiat,<sup>3</sup> neque quicquam diligentius, præter-



tenarii numeri nota deest in Plinii libris. Repetita est ab Apuleio, in Herbario. Forte major esse debet. Nos enim nuper docuit Cl. Bowles, *Introduction à l'Histoire Naturelle d'Espagne*, pag. 239. spartum crescere in maxima Hispaniæ parte.' Brotier.

CAP. IX. 1 Cod. Dalec. *manifestum est: inde*, ommissa conjunctione.—2 Idem codex, *perquam simile est veri*.

CAP. X. 1 Ita codd. Hardnini, Chiffi. Dalec. et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Ita quoque restituit Pelisserius. Edd. vett. et Gronov. *ex qua mapalia vestesque*.—2 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *conficiantur* Gronov. et vulgg.—3 Gronov. et al. ante

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Minusque C. in longitudinem*] Sic Apuleius in Herbario suo: quod etiam Salmasius vidit, in Solin. p. 261. 'Ad quos omnes usus minus xxx. m. passuum in latitudinem e littore Carthaginis Novæ... Centum in longitudinem nascitur.'

<sup>g</sup> *Longius vehi*] Ex interiore Hispaniæ tractu adveli, impendia terrestri itineris vetant. Fallantur, qui *longius seri* hic legunt: herbam enim esse Plinius ante monuit, quæ non queat seri.

<sup>h</sup> *Nomini credamus*] Habent enim Græci commune nomen, quo juncum funemque nominent, perinde ac si ex junco funes olim contextos significarent: *σχοῖνος*. Vide Rob. Constant. in Lexico.

<sup>i</sup> *Philuraque*] Hoc est, ex tenuissi-

mis arboris tilix membranarum, seu tunnicis: hæc enim *φιλύρα* Græcis dicitur.

<sup>j</sup> *Theophrastus*] Hist. VII. 13. et ex eo Athenæus lib. II. p. 64.

<sup>k</sup> *Ex qua impilia*] Ita Mss. Reg. Colb. Chiffi. Th. non, ut editi perperam, *mapalia*. Sunt autem *impilia* socculi. Theophrasto *ποδεία*. 'Υφαίνονται δὲ ἐξ αὐτοῦ, inquit, καὶ ποδεία, καὶ ἄλλα ἱμάτια. Ποδεία sunt pedum tegumenta ex coacta lana. Impilia igitur coactilia erunt, pedibus involvendis calceandisque utilia. *Des chaussons de feutre*. Pollux II. 4. pag. 116. Ποδεία δὲ τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πέλους. Hesychius: *Νάκτα, τοὺς πέλους, καὶ τὰ ἐμπίλια*. Usus hac voce *impilia* Ulpianus. Vide Turnebum *Advers.* XI. 14. p. 334.

quam eriophoron<sup>1</sup> id appellari, in exemplaribus, quæ quidem<sup>4</sup> invenerim, tradit: neque omnino ullam mentionem<sup>m</sup> habet, cuncta cura magna persecutus CCCXC.<sup>5</sup> annis ante nos, ut jam et alio loco diximus;<sup>6</sup> quo apparet, post id temporis spatium in usum venisse spartum.

XI. Et quoniam a miraculis rerum cœpimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est, aliquid nasci aut vivere sine ulla radice. Tubera<sup>o</sup> hæc vocantur, undique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipsa terræ cohærent. Cortice etiam includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere, nec aliud quam terræ callum.<sup>1</sup> Siccis hæc fere et sabulosis locis, fructectosisque, nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam libræ pondere. Duo eorum genera, arenosa dentibus inimica, et altera<sup>2</sup> sincera. Distinguuntur et colore, rufo, nigroque, et intus candido:<sup>3</sup> laudatissima Africæ. Crescant, anne vitium id terræ (neque enim aliud intelligi potest) ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est; et vivantne, an non, haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio communis est iis cum ligno. Lartio Licinio<sup>p</sup> prætorio viro jura reddenti

Harduin. in qua id fiat.—4 Cliffi. quæ equidem.—5 Gronov. et al. ante Harduin. habet sparti cuncta . . . CCCXC.—6 Cod. Dalec. ut in alio jam loco diximus.

CAP. XI. 1 Cod. Dalec. nec aliud terræ quam callum.—2 Vet. Dalec. sunt et altera.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. nigroque intus et candido.—4 Hispan.

## NOTE

<sup>1</sup> Eriophoron] Ἐριοφόρον, ob tomenti copiam, quam gerit, quæ lanæ modo in stamina deduci potest. Bulbi eriophori geminam iconem exhibet Dodonæus, p. 681. Ex his alterum in Regio horto vidimus, qualem et Clusius pinxit. Peruanum præterea alterum, et tertium Orientalem appellatum.

<sup>m</sup> Neque . . . mentionem] Ejus nimirum quod nunc describitur.

<sup>n</sup> CCCXC. annis] Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>o</sup> Tubera] Vulgo, des Trufles.

<sup>p</sup> Lartio Licinio] Vetus inscriptio, sed suspecta illa quidem nobis, apud Gruterum, p. 180. LARTIUS. LICINIUS CUM. GUBERNASSET. HISPAN. HUNC AQUAEDUCTUM. JUSSIT. AEDIFICARE. Apud Plinium Juniorem Epist. 11. 14. Largius Licinius, pro Lartio, mendose appellatur.

in Hispania<sup>4</sup> Carthagine, paucis his annis scimus accidisse, mordenti tuber, ut deprehensus intus denarius<sup>5</sup> primos dentes inflecteret: quo manifestum erit, terræ naturam<sup>p</sup> in se globari. Quod certum est, ex iis erunt<sup>r</sup> quæ nascantur, et seri non possint.<sup>6</sup>

XII. (III.) Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant misy,<sup>1s</sup> præcipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius: et quod in Thracia<sup>1</sup> iton, et quod in Græcia geranion.<sup>2</sup>

XIII. De tuberibus<sup>u</sup> hæc traduntur peculiariter: Cum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua<sup>v</sup> crebra, tunc nasci, et maxime e tonitribus: <sup>1</sup> nec ultra annum durare: tenerri-  
ma autem verno esse. Quibusdam locis<sup>w</sup> accepta riguis

~~~~~

niæ Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *deprehensis intus denariis*.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Quod certum est ex iis quæ nascuntur, et s. n. possunt cod. Dalec. quod certum est ex iis quæ nascuntur et s. n. possint edd. vet. et Gronov.*

CAP. XII. 1 Turneb. *vocant mison*. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *suavitate saporis, carnisque odore, et quod, &c.* ex Athenæo. Cod. Dalec. *suavitate, odore, sapore, sed, &c.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vid. Not. et Emend. n. 4. Turneb. legit, *et quod in Thracia iston*; Gronov. et aliæ edd. ante Harduin. *et quod in Thracia ceraunium*; Chiffi. *et quod in Thracia ceranion*.

CAP. XIII. 1 Dalec. *a tonitribus*.—2 Alii ap. Dalec. *acceptantur riguis et*

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Terræ naturam*] Substantiam tenuiorem, ex qua tuber gignitur, sic in se convolvi, ut incidentia quoque includat.—<sup>6</sup> De hoc argumento vide dissertationem D. Geoffroy junioris, in Historia Academiae Regiæ Scientiarum an. 1711. p. 23. *Ed. sec.*

<sup>r</sup> *Ex iis erunt*] Ex eorum genere tubera erunt, quæ seri non possint.

<sup>s</sup> *Simile est . . . misy*] Tuberis genus, et iton, et geranion.

<sup>1</sup> *Et quod in Thracia*] Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>u</sup> *De tuberibus*] Hæc totidem verbis Athenæns lib. II. p. 62. ex Theophrasto.

<sup>v</sup> *Ac tonitrua*] Sic etiam sensit Juvenalis Sat. v. 116. 'Post hunc tra-

dentur tubera, si ver Tunc erit, et facient optata tonitrua cœnas Majores.' Vide et Plutarch. Sympos. Quæst. IV. 2. p. 664.

<sup>w</sup> *Quibusdam locis*] Quibusdam in locis tuberum origo debetur aquis, et exundationibus fluminum, semina secum devehentium. Theophrastus apud Athen. loc. cit. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοι γε ὡς σπερματικῆς οὐσῆς τῆς ἀρχῆς ὑπολαμβάνουσι, ἐν γοῦν τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μιτυληναίων οὐ φασὶ πρότερον εἶναι πρὶν ἢ γενομένης ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατενεχθῆ ἀπὸ τιαρῶν, τοῦτο δ' ἐστὶ χωρίον ἐν ᾧ πολλὰ γίνεται . . . Φύεται δὲ καὶ περὶ Λάμψακον, καὶ ἐν Ἀλωπεκονήσῳ, καὶ τῇ Ἡλείῳ. Quæ totidem verbis summa fide Plinius reddidit. Tiaræ por-

feruntur: <sup>2</sup> sicut Mitylenis negant nasci, <sup>3</sup> nisi exundatione fluminum invecro semine ab Tiaris. Est autem is locus, in quo plurima nascuntur. Asiæ nobilissima circa Lampacum, et Alopeconnesum: <sup>4</sup> Græciæ vero, circa Elin.

XIV. Sunt et in fungorum genere a Græcis dicti pezicæ, <sup>1</sup> <sup>x</sup> qui sine radice aut pediculo nascuntur.

XV. Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion <sup>a</sup> vocant, in Cyrenaica <sup>b</sup> provincia repertum: cujus succum vocant laser: <sup>c</sup> magnificentum in usu medicamentisque, et ad pondus argenti denarii <sup>1</sup> pensum. Multis jam annis <sup>d</sup> in ea terra non invenitur, quoniam publicani, <sup>e</sup> qui pascua conducunt, majus ita

//////////

seruntur.—<sup>3</sup> Margo edd. Dalec. et Gronov. nasci in littore, ex Athen.—<sup>4</sup> Ibid. ex eodem Athen. in *Acarnde*.

CAP. XIV. 1 Turneb. Advers. xi. 20. dicti pezicæ. Mox, cod. Dalec. et pediculo.

CAP. XV. 1 Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. argentei denarii.—

#### NOTÆ

ro collis nomen fuit, imminentis littori Mitylenæorum. In nummis antiquis ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ scribitur.

<sup>x</sup> *Pezicæ*] Πέζιας appellat Theophr. apud Athen. lib. 11. p. 61. quasi fungos sessiles dixeris: sunt ii globosæ formæ et instar rotundi orbis terræ adhærent, nullo pede aut cauliculo fulti: qui dum resiccati rumpuntur, tenuissimum pulverem instar fumi evomunt: vulgo Lupi crepitus vocant: nec sunt ii fungi edules.

<sup>3</sup> *Græci silphion*] Columella vi. 17. 'Et radix quam Græci σιλφίον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat.' Aliquando et ea caulis ejus plantæ appellatio fuit. Diosc. 111. 94. ξνιοι δὲ τὸν μὲν κανλὸν σιλφίον ἐκάλεσαν. Pro tota planta Galenus lib. 1v. de Morbis Acutis, Comment. 95. Τὴν βίξαν τοῦ σιλφίου καλεῖν ἔθος τοῖς ἀνθρώποις δμωνύμως δλητῆ βοτάνη.

<sup>b</sup> *In Cyrenaica*] Inde Cyrenas 'laserpificeras' vocat Catullus, prave,

pro 'laserpitiseris.'

<sup>c</sup> *Succum vocant laser*] Philoxenus in Glossis, λασάριον.

<sup>d</sup> *Multis jam annis*] Sic xxii. 48. 'Extincto omni Cyrenaico silphio, ut diximus.' Scribonius Largus, qui Tiberii ætate vixit, c. 16. Ad anginam, Compos. 67. 'Medicamenta autem simplicia quidam hæc faciunt: Laser Cyrenaicum, si poterit inveniri: sin minus, Syriacum aqua dilutum, &c.

<sup>e</sup> *Quoniam publicani*] Mancupum avaritia non patitur laserpitium in caulem assurgere, quia illud depopulantur pecorum pabulo: adeo ut unus caulis qui pecoris aviditatem fefellerat, pro miraculo Neroni sit missus. Statim in herba tenerove caule depascuntur pecudes, neque sinunt in ferulam assurgere. Arcebant prius ipsi incolæ greges ab ea planta, ne florem depascerentur, radicemque suffoderent, teste Arriano de Exped. Alex. lib. 111.

lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Unus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo: ove, cum comederit, dormiente protinus, capra sternutante.<sup>2</sup> Diuque jam non aliud ad nos invehitur laser, quam quod in Perside,<sup>f</sup> aut Media, et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum: id quoque<sup>3</sup> adulteratum gummi, sacopenio,<sup>4</sup> aut faba fracta. Quo minus omittendum videtur, C. Valerio,<sup>h</sup> M. Herennio coss. Cyrenis advecta Romam publice laserpitii<sup>5</sup> pondo XXX. Cæsarem vero dictatorem initio belli civilis, inter aurum argentumque protulisse ex ærario laserpitii pondo CXI.<sup>6</sup> Id apud auctores<sup>j</sup> Græciæ evidentissimos invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure, circa<sup>7</sup> Hesperidum hortos<sup>k</sup> Syrtimque majorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est Urbis nostræ



2 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps.' Brotier. Ita quoque cod. Dalec. sternuente Gronov. al. vett. Harduin. et recentt.—3 Cod. Dalec. idque.—4 'Ita codd. Regg.' Brotier. gunni, sagapeno Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. gummi, aut sagapeno edd. vett. et Gronov. Sic etiam Franzius, cum hac nota: 'Hic aut exciderat e textu, quod tamen agnoscit Harduinus in notis, ergo restituimus.'—5 Dalec. laseris; et sic mox.—6 'Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps. Eruditus Harduinus ex codd. Reg. 2. et Colb. pondo M. D. At potior est antiquissimi codicis Reg. 1. auctoritas.' Brotier. pondo CXI. edd. vett. et Gronov. Harduinum secuti sunt Miller. Bipont. et Franz. Mox, pro evidentissimos, Vet. Dalec. vetustissimos.—7 Chiff. erga.—8 Cod.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Quod in Perside] De lasere Media, Eustathius in Dionys. vs. 1017. p. 127. De Syria, Media, Armeniaque, Diosc. III. 94. Apicius I. 30. 'Laser Parthicum' vocat.

<sup>g</sup> Sacopenio [aut sagapeno] Sic Diosc. III. 94. Δολούται δὲ πᾶς ὄπδς πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι σαγαπηνοῦ μινυμμένου, ἢ ἀλεύρου ἐρεγμινού, κ. τ. λ.

<sup>h</sup> C. Valerio] In annum Urbis DCLXI. incidit Consulatus C. Valerii Flacci, et M. Herennii. Vide Casiod. Jul. Obseq. et Fragm. Capitol.

<sup>i</sup> Pondo CXI. [M. D.] Hoc est, pondo mille quingenta. Ita Mss. Reg. 2. et Colb. non, ut editi, pondo CXI.

<sup>j</sup> Id apud auctores] Nempe apud Theophr. Hist. VI. 3. unde hæc deinceps ad verbum expressa.

<sup>k</sup> Hesperidum hortos] Vide v. 5. Theophr. loc. cit. ut quidem in libris editis vulgo habetur, περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων, circa Hesperiam sen Berenicen oppidum Syrti vicinum.



anno CXLIII.<sup>1</sup> Vim autem illam per quatuor millia stadium<sup>m</sup> Africae<sup>8</sup> valuisse. In ea laserpitium gigni solitum; rem feram<sup>n</sup> ac contumacem, et si coleretur, in deserta fugientem: radice multa crassaque, caule ferulaceo,<sup>9</sup> aut simili crassitudine.<sup>o</sup> Hujus folia<sup>p</sup> maspetum vocabant, apio maxime similia. Semen erat foliaceum,<sup>q</sup> folium ipsum vero<sup>10</sup> deciduum.<sup>r</sup> Vesci pecora<sup>s</sup> solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda. Post folia amissa,<sup>t</sup> caule ipso et homines<sup>11</sup> vescebantur decocto, asso, elixoque: <sup>u</sup> eorum quoque corpora XL. pri-



Dalec. stadiorum in Africa.—9 Th. ap. Dalec. magnitudine ferulae par. Mox, pro aut, quod servant codd. Harduin. Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. haud legitur in edd. vett. et Gronov.—10 Ita codd. Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. et vere Gronov. et al. vere nascitur margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—11 'Th. emissa, caulis ipse (sub. 'prodit') quo et homines.' Dalec. Mox,

## NOTE

Anno CXLIII.] Olympiadis XLII. annus hic tertius fuit. Theophr. loc. cit. conditam Cyrenen ait, annis fere trecentis antequam Archon Athenis Simonides foret: fuit autem is Archon Olymp. cxvii. anno secundo, Urbis Romae ccccxlvi. Quare cum Theophrasto Plinius facit: cum a trecentorum annorum numero unicus desideretur. Solinus Urbis Cyrenes ortum ascribit Olympiadi v. et xl. post Trojam captam anno dlxxxvi. Eusebius in Chron. vicennio fere ante, Olymp. xxxvii. anno iv. 'Battus,' inquit, 'Cyrenen condidit.'

<sup>m</sup> Quatuor millia stad.] Theophr. πλείω ἢ τετρακισχίλια στάδια. Sunt ea passuum L. millia.

<sup>n</sup> Rem feram] Quæ cultum aspernetur omnem, et loca culta fugiat: vel, uti de enpresso dictum est, quæ sit natu morosa.

<sup>o</sup> Aut simili crassitudine] Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>p</sup> Hujus folia] Theophr. loc. cit. τὸ δὲ φύλλον ἢ καλοῦσι μάσπετον, ὅμοιον τῷ σελίνῳ, κ. τ. λ. Pollucis vi. 10. p. 287. eadem sententia est: 'Ἡ δὲρίζα σίλφιον . . . τὸ δὲ φύλλον μάσπετον. Diosc. vero iii. 94. caulem maspetum vocat: Οὗ δὲ καυλὸς μάσπετον καλεῖται, ἐμφερὴς νάρθηκι. Idem nihilominus aliorum sententiam recitat: ξνιοὶ δὲ τὸν καυλὸν σίλφιον ἐκάλεσαν, τὴν δὲρίζαν μαγύδαριν, τὰ δὲ φύλλα μάσπετα.

<sup>q</sup> Semen . . . foliaceum] Theophr. Σπέρμα δ' ἔχει πλατὺν, φυλλῶδες, οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. Et ipsum quoque semen a planitie foliacea, folium est appellatum, ut ex Galeno dicemus statim.

<sup>r</sup> Folium . . . vero deciduum] Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>s</sup> Vesci pecora] Theophr. loc. cit.

<sup>t</sup> Post folia amissa] Decidere enim ea a Canis ortu, Austro flante, quidam tradidere.

<sup>u</sup> Asso, elixoque] Theophr. ἐφθόν, δπτόν.

mis diebus purgante a vitis omnibus. Succus duobus <sup>v</sup> modis capiebatur: e radice, atque caule. Et hæc duo erant nomina: rhizias, atque caulias vilior illo <sup>12 w</sup> ac putrescens. Radici<sup>x</sup> cortex niger. Ad mercis adulteria,<sup>y</sup> succum <sup>13</sup> ipsum in vasa coniectum, admixto furfure,<sup>14 z</sup> subinde concutiendo ad maturitatem <sup>a</sup> perducebant, ni ita fecissent, putrescentem. Argumentum erat maturitatis, color,<sup>15</sup> siccitasque sudore finito.<sup>b</sup> Alii tradunt laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, tuberque in ea<sup>c</sup> supra terram.<sup>16</sup> Hoc inciso,<sup>d</sup> profluere solitum succum, ceu lactis,<sup>17</sup> superenato caule, quem magydarin vocarunt. Folia



Chiff. *assoque clixo*.—12 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atque caulias, vilior ille Gronov. et vulgg.*—13 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *niger et ad mercis adulteria. Succum Gronov. et vulgg.*—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. *admixta farina, e Theophr.*—15 Chiff. *colos.*—16 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *super terram* edd. vett. et Gronov.—17 Gronov. *seu lactis. Mox, Vet. Dalec.*

## NOTÆ

<sup>v</sup> *Succus duobus*] Theophr. loc. cit. et Diosc. totidem verbis. *Καυλίαν* vocabant succum qui e caule, *ρίζαν* qui ex radice exprimeretur.

<sup>w</sup> *Vilior illo*] Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>x</sup> *Radici*] Theophr. loc. cit.

<sup>y</sup> *Ad mercis adulteria*] Ad mercem eam sive succum adulterandum. Legit Salmasius in Solin. p. 1024. *ad mercis ad ultera*, et ad ultera esse ait, quod Græci *εις τὰ πέραν* dicant. At id quis unus, amabo, dixit idoneus satis Latinitatis auctor?

<sup>z</sup> *Admixto furfure*] Theophr. *admixta farina, ἄλευρα μίξωσι.*

<sup>a</sup> *Ad maturitatem*] Ad perfectionem integritatemque eam, quam hominum industria et opera obtineret, ut a putredine defenderetur.

<sup>b</sup> *Sudore finito*] Omni humore succi excocto, siccato.

<sup>c</sup> *Tuberque in ea*] In eaque radice extuberare capitulum quoddam, quod

sublime penitus extet, ut fere in summa tellure esse appareat: Οἱ δὲ τοῦ σιλφίου τὴν ρίζαν φασὶ γενέσθαι πηχυαίαν ἢ μικρῶ μείζονα. Ταύτην δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ μέσου κεφάλιον ὃ καὶ μετεωροτάτον ἐστὶ, καὶ σχεδὸν ὑπὲρ γῆς. Theophr. loc. cit.

<sup>d</sup> *Hoc inciso*] Theophr. loc. cit. Sed quem ex Plinio, aliisque, sic legas: Μετὰ ταῦτα δὲ τὸν καυλὸν καλεῖσθαι δὲ μαγύδαριν· ἐκ δὲ τούτου τὸ καλούμενον φύλλον. Quanquam alii, ut diximus, radicem magydarin vocant, non caulem: semen ipsum, fructumque Galenus, tomo 11. in explic. vocum Hippocr. p. 93. Ὅπου καρπὸς, σιλφίου σπέρμα, ὑπὲρ φύλλον ἐνικῶς καὶ μαγύδαρις ὑπὸ τινῶν καλεῖται. *Succi fructus, silphii semen dicitur, quod et folium simpliciter, et magydaris a quibusdam vocatur.* Et Julius Pollux vi. 10. pag. 287. Σιλφίου τὸ σπέρμα καλεῖται μαγύδαρις, κ. τ. λ.

aurei<sup>e</sup> coloris pro semine fuisse, cadentia a Canis ortu, Austro flante. Ex his laserpitium nasci solitum, annuo spatio<sup>f</sup> et radice et caule consummantibus sese.<sup>18</sup> Hoc et circumfodi<sup>g</sup> solitum prodidere. Nec purgari pecora, sed ægra sanari,<sup>h</sup> aut protinus mori, quod in paucis accidere.<sup>19</sup> Persico silphio prior opinio congruit.

XVI. Alterum genus<sup>1</sup> ejus est,<sup>1</sup> quod magydaris vocatur, tenerius et minus vehemens, sine succo: quod circa Syriam<sup>j</sup> nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. Gignitur<sup>k</sup> et in Parnasso monte copiosius,<sup>2</sup> quibusdam laserpitium vocantibus: per quæ omnia<sup>1</sup> adulteratur rei saluberrimæ utilissimæque auctoritas. Probatio sinceri<sup>m</sup> prima, in colore modice rufo, et cum frangitur,<sup>2</sup> candido intus, mox translucente: gutta, aqua,<sup>4</sup> salivaque liquescit. Usus in multis<sup>n</sup> medicaminibus.

supernasci caulem.—18 Chiffi. *consummentibus sese*.—19 Vet. Dalec. *accidit*.

CAP. XVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Alterum genus est* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. *copiosum*. Mox, Vet. Dalec. *per quod omnino adulteratur*.—3 Chiffi. *frangatur*.—4 Vet. Dalec. *aquæ*.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Folia aurei*] Foliacea, ut diximus, semina ei sunt: hæc post Canis ortum Austro flante decussa novellas silphii seu laserpitii plantas gignunt. Semen silphii folium simpliciter appellatum esse, ex vetustis scriptoribus antea demonstratum est. Theophrasti hæc verba sunt loc. cit. τὸ καλούμενον φύλλον εἶναι σπέρμα, ὃ καὶ ὅταν νότος λαμπρὸς πνεύσῃ μετὰ Κύνα, διαβρίπτεται ἐξ ὧν φύεσθαι τὸ σίλφιον.

<sup>f</sup> *Annuo spatio*] Eodem anno radix consummatur, perficiturque, et caulibus: τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει τὴν τε ῥίζαν γίνεσθαι, καὶ τὸν καυλόν.

<sup>g</sup> *Hoc et circumfodi*] Theophr. Δεῖν ὀρύττειν ἐπέτειον, παστinari annis singularis oportere.

<sup>h</sup> *Sed ægra sanari*] Aut sanari protinus, aut protinus mori: mori autem protinus, rarum.

Delph. et Var. Clas.

<sup>1</sup> *Alterum genus*] Ex Theophr. loc. cit. Adde Hesychium, p. 614. Μαγύδαρις, ὁπὸς σιλφίου· οἱ δὲ ἕτερον τοῦ σιλφίου εἶναι εἶδος μανώτερον.

<sup>j</sup> *Circa Syriam*] Περί Συρίαν Theophrast. At Diosc. III. 94. ἐν Λιβύῃ.

<sup>k</sup> *Gignitur*] Theophr. loc. cit.

<sup>1</sup> *Per quæ omnia*] Per Syriacum, Parnassiumque silphium, verum ac sincerum adulteratur.

<sup>m</sup> *Probatio sinceri*] Diosc. quoque, loc. cit. Διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος, καὶ διαυγής, συμυρίζων... μὴ δὲ ἀπηγής πρὸς τὴν γείωσιν· εὐχερῶς τε διεμμένος ἐπὶ τὸ λευκὸν χρώμα, κ. τ. λ. Præferitur modice ruber, atque translucens, myrrhæ æmulus... neque saporis immittitur, et albescit.

<sup>n</sup> *Usus in multis*] Quæ referentur

Plinius.

9 D

XVII. Sunt etiamnum duo genera,<sup>1</sup> non nisi sordido nota vulgo, cum quæstu multum<sup>2</sup> polleant. Inprimis rubia<sup>3</sup> tinguendis lanis et coriis necessaria. Laudatissima Italica,<sup>7</sup> et maxime suburbana: et omnes pæne provinciæ scatent<sup>3</sup> ea. Sponte provenit, seriturque<sup>5</sup> similitudine erviliæ.<sup>4</sup> Verum spinosus<sup>u</sup> ei caulis: geniculatus hic est,<sup>4</sup> quinis circa articulos in orbe foliis. Semen ejus rubrum<sup>v</sup> est.<sup>5</sup> Quos in medicina usus habeat, suo dicemus<sup>w</sup> loco.

XVIII. At quæ vocatur radícula,<sup>a</sup> lavandis demum lanis

CAP. XVII. 1 Cod. Dalec. etiam nunc duo radicum genera.—2 Cod. Dalec. nullo.—3 Vet. Dalec. etsi om. p. prov. scateant.—4 Chiffi. et caule geniculatus; cod. Dalec. ac geniculatus huic caulis est.—5 In Mss. Reg. Semen ejus rubia est. Forte melius editio princeps, Semen ejus quos in medicina usus habeat, suo dicemus loco. Fructus rubiæ primo viridis, deinde ruber, denique niger est. Brotier. rubia est etiam Chiffi.

## NOTÆ

inferius, xxii. 48. et 49.

<sup>o</sup> Sunt . . . duo genera] Earum scilicet plantarum, quarum confessæ sunt utilitates, ut dictum est c. 1.

<sup>p</sup> Quæstu multum] Diosc. de rubia: ὀφελίμως σπείρεται, διὰ τὸ γίνεσθαι ἐκ τοῦτου πλείστην πρόσδοον.

<sup>q</sup> Inprimis rubia] Græci ἐρυθρόδανον vocant: Galli, Garance: officinæ, Rubiam tinctorum. Radicis liquore apud uos singulis annis in Paschali festo mulieres ova tingunt. A Dodonæo pingitur, p. 349. qualem in horto Regio vidimus. A vocabulo Gallico deductus garaneus color, cujus Ugutio meminit: qui nempe accedit ad rubiam: cujusmodi est color cervorum: Couleur de cerf, garancé.

<sup>r</sup> Italica] Ravennatem rubiam laudat inprimis Dioscor. iii. 160.

<sup>s</sup> Sponte . . . seriturque] Hoc est, una sylvestris est, sativa altera, quod et Diosc. loc. citato ait: addens et inter oleas et in arvis seri.

<sup>t</sup> Similitudine erviliæ] Semen, inquit, seritur, similitudine erviliæ, seu pisi minoris. De ervilia diximus lib. xviii. 10.

<sup>u</sup> Verum spinosus] Τραχὺς, asper, Diosc. Εἰσι δὲ αὐτοῦ οἱ καυλοὶ τετράγωνοι, μακροὶ, τραχεῖς . . . ἔχοντες ἐκ διαστημάτων τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον γόνυ, ὥσπερ ἀστέρας εἰς κύκλον περικείμενα. Foliis in orbem per intervalla, nempe circa singula genicula, stellæ modo decussatim radiatis.

<sup>v</sup> Semen . . . rubrum] Semen rotundum, inter initia viride, mox rubrum, postremo, cum ematurruit, nigrum, inquit Diosc. Καρπὸν στρογγύλον, τὰ πρῶτα χλωρὸν, εἶτα ἐρυθρὸν, εἶτα πεπαινόμενον μέλανα.

<sup>w</sup> Suo dicemus] Lib. xxiv. 56.

<sup>a</sup> At quæ . . . radícula] Dioscoridi ii. 193. Στρούθιον . . . ᾧ οἱ ἐριοσπύται χρῶνται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐρίων. Struthium sive radícula, qua fullones purgandis lanis utuntur. Ea est quæ communi officinarum consensu saponaria dicitur, quoniam eluendis vestimentorum maculis, sordibusque lanarum expurgandis, saponis vicem exhibet. Quidam herbam fullonum etiam nominant, l'herbe au foulon, quod ea interpolandis vestibus et mangonio poliendis fullones utuntur. Eadem apud

succum habet: mirum quantum conferens<sup>1</sup> candori mollitiæque. Nascitur sativa ubique, sed sponte<sup>b</sup> præcipua in Asia Syriaque, saxosis et asperis locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui, et ipso cibis indigenarum expetito, et unguentis,<sup>2 c</sup> quicquid sit cum quo decoquatur: folio oleæ. Struthion<sup>3</sup> Græci vocant: faret æstate, grata aspectu: verum sine odore, spinosa, et caule lanuginoso. Semen ei nullum, radix magna, quæ conditur<sup>4</sup> ad quem dictum est<sup>d</sup> usum.

XIX. (IV.) Ab his superest reverti ad hortorum curam, et suapte natura memorandam, et quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac regum Adonis<sup>e</sup> et Alcinoi: <sup>f</sup> itemque pensiles,<sup>g</sup> sive illos Semiramis,<sup>h</sup>



CAP. XVIII. 1 Vet. Dalec. *habet mirum, multum conferens.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et tingenti* Gronov. et vulgg.—3 *Strution* Gronov.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *condiditur* edd. vett. et Gronov. ‘quæ lectio aptior.’ Franz.

#### NOTÆ

Diosc. in Nothis: *Στρούθιον*, ‘Ρωμαίοις, ἔρβα λαναρία, ἢ ῥάδιξ λαναρία. Et Columella XI. 2. in Aprili: ‘Oves Tarentiæ radice lanaria lavari debent, ut tonsuræ præparentur.’ Pingitur a Dodonæo, p. 179.

<sup>b</sup> *Sed sponte*] Hoc est, quæ sylvestris est, et alterius fere naturæ, caule nempe ferulaceo et eduli, qualem saponaria non habet: etsi radicem eam Syriacam *βίξιον* quoque et *στρούθιον* vocant.

<sup>c</sup> *Et unguentis*] Vide Notas et E. mend. num. 8.

<sup>d</sup> *Ad quem dictum est*] Ad lavandas scilicet lanas.

<sup>e</sup> *Adonis*] Est hic Adonis in genitivo, ex Græco Ἀδων, Ἀδωνος. Tamen Adonidis hortos antiqui vocant, in quibus alsiosæ plantæ educantur, intra περιφορήτους testas, seu dolia. Uno verbo, hortos pensiles. Ἀδώνειοι κήποι, inquit Suidas, p. 83. λέγονται οἱ

μετέωροι κήποι. Meminit et Plato, in Phædro, p. 276. Fuit Adonis Cinyræ filius Cypriorum regis, ut fabulæ ferunt.—‘At apud Ezech. VIII. 14. ‘mulieres plangentes Adonidem,’ fœminæ sunt lamentantes, velut ob Lunæ morbum, nempe ob virium Lunæ imbecillitatem, usque ad ipsam quintam Lunam totam: unde die ‘quinta mensis’ factum hoc vidit Propheta, Ez. VIII. 1. Triplex abominatio a Judæis patrata describitur eo capite, et gradatim refertur. Prima est, thurificatio idolorum, vs. 9. 10. 11. Altera, planctus Adonidis, 11. 13. 14. Tertia, adoratio Solis orientis, 15. 16. Judææ ergo mulieres sic Lunam colebant, ut viri Solem, abominatioe hi certe majore: nam viros idololatria se contaminare tetrius est, quam fœminas. Hæ præterea faciebant ‘placentas reginæ cœli,’ Lunæ scilicet, Jerem. VII. 18. Eidem sacrificia-

sive Assyriæ<sup>i</sup> rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus.<sup>j</sup> Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius<sup>k</sup> nuntium illum sævum atque

## NOTE

bant et viri 'in urbibus Juda et in plateis Jerusalem,' acceptum ei referentes, quod 'abundarent panibus,' ibidem XLIV. 11. quo nomine et Ceres vocatur a Virgilio, in ipso initio Georg. I. Adonis propterea Luna appellatur, hoc est, Dominatrix: facto nomine eo fœminino ex Hebræo masculino Adon אדון. Adonis ergo Luna, eo quod in segetes dominatur, ut dictum est. 'Quinta mensis' autem hoc se vidisse Ezechiel testatur, quod 'sexta die abunde virium habeat Luna,' ut Plinius loquitur, qui propterea ab ea die 'mensium annorumque initia' fecisse Druidas in Galliis refert, XVI. 95. Quamobrem dies illa 'quinta mensis' ab Ezechiele idcirco notata credi potest admodum verisimiliter, quod usque ad eam ipsam totam protraheret mulieres lamentum Adonidis, hoc est, Lunæ. Apud Virgilium autem, Ecl. x. 11. Adonis nomen pastoris est, quem 'Adoneum' Plantus vocat in Menæch. I. 2. 34. sed defletum eum a mulieribus aut viris, neuter dicit. Fabulosus alius Adonis est, quem Theocritus, Bion, aliique commemorant. Sed quid cum illo Judæis mulieribus, præsertim Ezechielis ævo? Ed. sec.

<sup>f</sup> *Acinoi*] Phæacum regis in insula Corcyra ditissimi: cujus sylvas laudat Virgilius Georg. II. 'Pomaria' Statius Sylvar. I. 3. 'Pometum' Terullianus, de Pallio. Secuti omnes Homerum, in Odyssea.

<sup>g</sup> *Itemque pensiles*] De pensilibus Babylonis hortis, multa poëtæ, multa historici narrant. Describit eos luculenter Diodorus Bibl. lib. II. pag. 99. Item Philo Byzantius de septem or-

bis spectaculis, p. 3. Berosus lib. III. Rerum Chald. apud Josephum Antiq. x. 11. ait saxeas moles fuisse, quæ montium speciem referrent, superne consitas variis arborum generibus, &c. Pendentes recte dixerit in aëre sylvas.

<sup>h</sup> *Sive illos Semiramis*] Supersunt ex Berosi annalibus monumenta, proxime apud Josephum laudata, in quibus scriptum est, non Semiramidem, Cyrumve, sed Nabuchodonosorem, ex spoliis quæ ex Judæa devastata reportarat, templum Belo extruxisse, urbemque Babylonem pro majestate imperii auctam coctilibus cinxisse muris. Ad hæc hortos aërios, et nemora pensilia fecisse, in gratiam uxoris, quæ in montanis Mediæ educata, sylvas spectare, in edito quæ essent, amabat. Berosum sequitur Cedrenus in synopsi historica. Curtius v. 5. p. 185. 'Syriæ (hoc est, Assyriæ) regem Babylone regnantem,' quisquis denum is fuerit, 'hoc opus esse molitum' scribit.

<sup>i</sup> *Sive Assyriæ*] Cujus olim metropolis Babylon fuit. Strabo I. XVI. p. 743.

<sup>j</sup> *Alio volumine dicemus*] Morte præventus non præstitit fidem: neque est illud in Indice voluminum ab eo exaratorum, quem Plinius Junior concinnavit.

<sup>k</sup> *Tarquinius*] Rem narrat admodum eleganter Val. Max. VII. 4. 2. p. 350. Vide quæ dicturi sumus c. 53.—'Cum Superbi nomen Plinius Tarquinio præponit, cognomen id ei fuisse admonet in ipso principatu datum, ob magnificentiam.' Ed. sec.

sanguinarium filio remisit ex horto. In XII. tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significati-  
one ea<sup>1</sup> hortus: in horto vero hæredium.<sup>1m</sup> Quam rem  
comitata est<sup>2</sup> et religio quædam: hortoque et foco<sup>n</sup> tantum  
contra invidentium<sup>o</sup> effascinationes, dicari videmus in re-  
medio<sup>3</sup> satyrica signa,<sup>f</sup> quanquam hortos tutelæ Veneris  
assignante Plauto.<sup>9</sup> Jam quidem<sup>4</sup> hortorum nomine in ipsa  
urbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc in-  
stituit Athenis Epicurus, otii magister.<sup>r</sup> Usque ad eum,



CAP. XIX. 1 Vet. Dalec. *prædium*. Vid. Varr. I. 10.—2 *Quamobrem comi-  
tata est* Chiff. —3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.  
*hortoque et foco* etiam Chiff. *hortosque et fores . . . dicari videmus*. In remedio  
edd. vett. et Gronov.—4 *Jam quidam* Dalec.—5 Vet. Dalec. *haberi rura*.—

## NOTE

<sup>1</sup> *In significatione ea*] Festus: ‘ Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arina capere possent, orirentur.’

<sup>m</sup> *Hæredium*] In Tabula VIII. Legis quartæ, hæc tantum hodie verba supersunt: HORTVS . . . . HEREDIVM . . . . TVGVRIVM. Varro de Re Rust. I. 10. ‘ Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritiu: quæ quod hæredem sequebantur, hæredium appellarunt.’ Festus: ‘ Hæredium, prædium parvulum.’ Vide plura apud Voss. in Etymol. verbo ‘ Hæres.’

<sup>n</sup> *Hortoque et foco*] Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>o</sup> *Contra invidentium*] Invidiæ magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cum eam sola voluntate, et ipso afflatu, et contagione, maleficam et venenatam esse, et hominibus quibus male vellet, obesse graviter censeant. Superstitiose.

<sup>p</sup> *Satyrica signa*] Perinde est, sive Satyrorum intelligat ipsa signa, hoc est, simulacra, Priapive, qualis in eo lapide pingitur, qui a Grutero me-

moratur, p. 95. cum hac epigraphe, quæ et effigiem Dei illius et munera luculenter expedit: ΙΟΥΦΑΛΛΩΝ. ΚΟΡΥΝΗΦΟΡΩΝ. ΚΗΠΟΦΥΛΑΚΙ. ΚΛΕΠΤΟΜΑΚΤΗΡΙ. &c. Sive τὰ αἰδοῖα tantum virilia, figuramque illam, ut Martialis ait III. 68. ‘ Custodem merito statuit quam villicus horto, Opposita spectat quam proba virgo manu.’

<sup>9</sup> *Assignante Plauto*] Quo loco Plautus id prodat, nobis hactenus incompertum. At Varro, tum de Ling. Latin. I. v. p. 48. ‘ Horti,’ inquit, ‘ Veneris tutelæ assignantur:’ tum de Re Rust. I. 1. Sic etiam Festus, verbo ‘ Rustica vinalia:’ ‘ Veneri templa sunt consecrata, quia in ipsius Dæ tutela sunt horti.’ Et in hortis Sallustianis Romæ fuisse templum Veneris accepimus, cui hæc apposita epigraphe fuerit, quam Gruterus affert, p. 39. AEDITVI. VENERIS. HORTORVM. SALLVSTIANORVM.

<sup>r</sup> *Otii magister*] In Mss. *hortorum magister*. Emit quidem certe hortum nimis octoginta, in eoque philosophiæ ludum aperuit, Laërtio teste in ejus vita, I. x. p. 271. Meminit Pausanias in Atticis regiunculæ Athenarum,

moris non fuerat in oppidis habitari rura.<sup>5</sup> Romæ quidem per se hortus ager pauperis erat.

Ex horto plebei macellum,<sup>6</sup> quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profunda satius est, et ostrearum genera naufragio exquiri, aves ultra Phasidem<sup>4</sup> amnem peti, et fabuloso<sup>u</sup> quidem terrore tutas, immo sic<sup>6</sup> pretiosiores, alias in Numidiam atque Æthiopiæ<sup>v</sup> sepulcra: aut pugnare cum feris, mandique capientem<sup>w</sup> quod mandat<sup>7</sup> alius. At hercule quam vilia hæc, quam parata voluptati satieta-tique, nisi eadem, quæ ubique, indignatio occurreret! Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro,<sup>x</sup> pauperibus interdicta: invetè-rari vina, saccisque castrari:<sup>8</sup><sup>y</sup> nec cuiquam adeo longam esse vitam, ut non ante se genita potet:<sup>a</sup> e frugibus quoque quoddam alimentum<sup>9</sup><sup>z</sup> sibi excogitasse luxuriam, ac me-

<sup>a</sup> *Ut non et vetustiora multo vina potet.*



6 Idem Vet. *Phasin am. et eas fab. qui. ter. tut. imo et sic.*—7 Cod. Dalec. *mandere cupientem quod mandit.*—8 Alii ap. Dalec. *castiguri.*—9 Chiff. *quon-*

#### NOTE

quam *Hortos*, κήπους, fuisse appella-tam scribit: eam verisimili coniec-tura, propter hæc Plinii verba, de hortis Epicuri Gassendus accepit, de Vita Epicuri i. 6. Si codicum Mss. lectio arriserit, *hortorum Magister* Epicurus sane dicatur, quod in hortis doctrinæ magisterium exercuit.

<sup>6</sup> *Ex horto plebei macellum*] Non aliud plebi macellum quam hortus fuit: non aliunde fercula. Eodem sensu Tullius in Catone, num. 56. ‘Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.’

<sup>4</sup> *Ultra Phasidem*] Phasianas intel-ligit, e Colchis olim peti solitas, ut dictum est x. 67.

<sup>u</sup> *Et fabuloso*] Quanquam deterriti ab earum avium aucupio homines poterant jure videri, vel solo terrore

quem de iisdem avibus, totoque cœli tractu quem incolerent, fabulæ inje-cissent.

<sup>v</sup> *Atque Æthiopiæ*] Memnonidas aves signat, de quibus x. 37. Cum in Numidiam dicit, Meleagridas, de qui-bus eodem libro, c. 38.

<sup>w</sup> *Mandique capientem*] Dum apros venatur.

<sup>x</sup> *Alia monstro*] Quorum natura a ceterorum pomorum conditione dis-par: ut sunt spadonia: item melofo-lia, ceteraque, de quibus xv. 15. vel intempestive orta. Plinius xvii. 1. ‘Ob hoc insita, et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec po-ma pauperibus nascerentur.’

<sup>y</sup> *Saccisque castrari*] Sacco frangi vini vires, ut dictum est xiv. 28.

<sup>z</sup> *E frugibus quoque quoddam alimeu-*



dullam tantum earum: superque pistrinarum<sup>a</sup> operibus et cælaturis vivere, alio panè procerum, alio vulgi,<sup>10</sup> tot generibus usque ad infimam plebcm descendente annona. Etiamne in herbis discrimen inventum est, opesque differentiam fecere<sup>11</sup> in cibo,<sup>b</sup> etiam uno asse venali? In his quoque aliqua sibi nasci tribus<sup>12</sup> negant,<sup>c</sup> caule in tantum saginato,<sup>13</sup> ut pauperis mensa non capiat. Sylvestres fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim: ecce altiles<sup>d</sup> spectantur asparagi: et Ravenna ternos libris<sup>e</sup> rependit. Heu prodigia ventris! Mirum esset non licere pecori carduis vesci: non licet plebi.<sup>14</sup> Aquæ quoque separantur, et ipsa naturæ elementa vi pecuniæ discreta sunt.<sup>15</sup> Hi nives,<sup>f</sup> illi glaciem potant, pœnasque montium<sup>g</sup> in voluptatem gulæ vertunt. Servatur algor<sup>16 h</sup> æstibus, exco-

//////////

*dam alitum.*—10 Vet. Dalec. *insuperque pistrin. opera, et cælaturas: vivere alios pane proc. alios vulgi.* Mox, *ad intimam plebem* Chiffi.—11 Cod. Dalec. *opusque diff. facere.*—12 Turneb. *pauperioribus.*—13 Codd. Dalec. et Chiffi. *signato.*—14 Gronov. *plebei.*—15 Cod. Dalec. *in pecunia, &c.* Chiffi. *in pecuniæ decretum*

#### NOTÆ

*tum*] Alicam intelligit, de qua prolixè Plinius XVIII. 29. ‘Sed inter prima dicatur et alicæ ratio, præstantissimæ saluberrimæque: quæ palma frugum indubitata Italiam contingit.’ Et ‘Alica fit e zea... Nndata conciditur medulla,’ &c.

<sup>a</sup> *Superque pistrinarum*] Pistrinarum opera ac cælaturas interpretor, varias rerum imagines quas panificiis suis, crustulisque, quod etiamnum hodie fit, pistores effingunt. Cave enim intelligas, quod visum est nonnullis, pistrinulas ædificari etiam ac cælari solitas, quibus procerum panis moleretur, seorsim a pane vulgi.

<sup>b</sup> *Opesque... in cibo*] In herbis, quæ vix asse veniant.

<sup>c</sup> *Tribus negant*] Tribuum nomine plebem infimam monet intelligi oportere, cujus mensa saginatos caules, altilesque asparagos minime capiat.

<sup>d</sup> *Ecce altiles*] Ponderosi, quasi ex

sagina pingnes.

<sup>e</sup> *Et Ravenna ternos libris*] Ravennates asparagi, inquit, ita sunt saginati, ut terni libram pendant.

<sup>f</sup> *Hi nives*] Hujus moris indicia signat Martialis passim, ut IX. 23. ‘Nec labris nisi magna meis crystallata terantur, Et faciant nigras nostra Falerna nives.’ Et XII. 17. ‘Nec nisi post niveam Cæcuba potat aquam.’ Sed et nivem meram bibebant. A. Gellius XIX. 5. ‘Is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coërcebat, severiusque increpabat.’ Vel ibi forsitan ‘ex nive,’ cum nive admixta sonat: quæ loquendi forma Plinio quoque ipsi familiaris est.

<sup>g</sup> *Pœnasque montium*] Glaciei moles, ac nivium globos, quibus montium juga premuntur.

<sup>h</sup> *Servatur algor*] Nix in fossis eam ob rem cavatis asservatur in æstatem

gitaturque ut alienis mensibus nix algeat. Decoquant<sup>i</sup> alii aquas: mox et illas hyemant. Nihil utique<sup>17</sup> homini sic, quomodo rerum naturæ placet. Etiamne herba aliqua divitiis<sup>b</sup> tantum nascitur?<sup>18</sup> Nemo Sacros<sup>j</sup> Aventinosque montes, et iratæ plebis secessus circumspexerit: mox enim certe<sup>19</sup><sup>k</sup> æquabit, quos pecunia separaverit. Itaque her-

<sup>b</sup> *Divitibus.*

*sunt.*—16 *Ligur* cod. Dalec.—17 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. itaque Gronov. et vulgg.—18 Cod. Dalec. *divitiis tantum nascitur*; Chiffi. *divitia tantum nascitur*.—19 Gronov. et al. ante Harduin.

#### NOTÆ

usque. Athenæum vide l. III. p. 124.

<sup>i</sup> *Decoquant*] Vide quæ dicenda sunt xxxi. 23.

<sup>j</sup> *Nemo Sacros*] De secessione plebis in Sacrum montem, ob injurias potentium ac divitum contemptus, vide Livium l. II. p. 32. in Aventinum, l. III. p. 59.

<sup>k</sup> *Mox enim certe*] Nemo, inquit, in tanto divitum fastidio, qui ipsis quoque herbis pauperibus interdicitur, plebis iram secessumque, ut quondam, desideret: mox enim certe intelliget abunde iratam, et cum utrosque componet, divites, pauperesque, æquabit eos inter se, quos pecunia separavit. Nam cum macelli vectigal aliud majus Romæ nullum esset, tanta insecta est plebis indignatio, tantus clamor, tanta apud omnes Principes conquestio, ut portorium mercis hujus remitti oportuerit: compertumque æquas esse fere pauperum ac locupletum opes: pauperumque divitias non in nummo quidem, sed in solo: nec in arca redditum, sed sub dio esse. In libris hactenus editis, *mors enim certe*, satis pie quidem, at non sincere: cum in Mss. Reg. Th. Colb. aliisque, quos Pintianus vidit, *mox* planissime legitur. Aliis *mos* legi placet, nimium

subtiliter, nec satis congruenter orationi reliquæ.—*Vectigalia sibi remitti sæpe flagitare civitates: remissa sibi sunt sæpe gratulatæ. Testes nummi veteres plurimi, cujus generis sunt isti insignes duo, Carausii Augusti: IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. Caput radiatum, in alio laureatum.* )( *EXPECTATE VENI.* Augustus et civitatis Genius dextras jungunt. Argentens olim apud D. Foucault. Hic si legi oportet, 'Expectate veni,' fingi oportet rebellem provinciam aliquam auxilio Carausium evocasse, non per literas, ut fit, vel per legatos, sed per numisma. At in pictura jam in provinciam et in ipsam Urbem advenisse perhibetur: cur ergo etiam tum diceretur, 'Expectate veni;' cum verius tum diceretur, 'Expectatus venisti,' ut titulus picturæ responderet? Latet igitur sub his literis aliqua sententia, nempe ista, qua civitas Augustum alloquitur, cujus dextram tenet: 'EXPECTAT Adventu tuo Edua vectigalium exemplo narbonis immunitatem.' Gallice: *La ville d'Autun s'attend, qu'à votre avènement elle sera exempté d'impôts sur le piè de Narbonne.* In alio, qui in Anglia asservatur, scriptum est, *EXPECTATE VENIES:* hac sententia: 'EX-

cule nullum macelli vectigal majus fuit Romæ, clamore plebis incusantis apud omnes principes,<sup>c</sup> donec remissum est portorium mercis hujus: compertumque non aliter<sup>1</sup> quæstuosius censum haberi aut tutius, ac minore fortunæ jure, cum credatur pensio ea pauperum.<sup>m</sup> Is in solo sponsor<sup>n</sup> est, et sub dio redditus, superficiesque cœlo quocumque gaudens.

Hortorum Cato<sup>o</sup> prædicat caules. Hinc primum agricolæ æstimabantur<sup>2o</sup> prisci, et sic statim faciēbant judicium, nequam esse<sup>p</sup> in domo matremfamilias (etenim hæc cura fœminæ dicebatur)<sup>21 q</sup> ubi indiligens esset hortus: quippe e carnario, aut macello<sup>r</sup> vivendum esse. Sed nec caules, ut

<sup>c</sup> Imperatores.



mors enim certe.—20 Codd., Dalec. et Chiffi. æstimabant.—21 Alii ap. Dalec. dicabatur. Mox, ubi indulgens Chiffi. Paulo post, cod. Dalec. esse: et nec caules; edd. vett. et Gronov. esse. Nec caules. Harduinus et recentt. ex codd.

## NOTÆ

PECTAT adventu tuo edna vectigalium exemplo narbonis immunitatem et securitatem: oratione etiam aliquanto pleniore: cum si legendum sit, 'Expectate venies,' congrua omnino non sit oratio. Claudii Gothici nummus est singularis in Cimelio domus Professæ Societatis Jesu Parisiis, hac epigraphe, conspicua maxime in ipsa nummi priore pagina, quæ vultum Imperatoris exhibet: IMPOCET AVCI. Sententia est 'Imperator optimus claudius, ednorum tntator, Augustodunensibus vectigalium concessit immunitatem.' In parte nummi aversa literæ sunt usu detritæ. De titulo Imperatoris Optimi vide VII. 28. et quæ alibi diximus.<sup>7</sup> Ed. sec.

<sup>1</sup> Compertumque non aliter] Subintellige, non aliter quam si res herbaria immunis ab omni vectigali foret.

<sup>m</sup> Pensio ea pauperum] Quoniam ex

eo reditu pauperes extunderent, unde capitis tributum penderent. Vide quæ diximus XVI. 12.

<sup>n</sup> Is in solo sponsor] Hortus, inquit, pro sponsore est, soli bonitate. Satis lauta res familiaris est hominis illius, cui hortus est solo feraci: nec alio is sponsore eget.

<sup>o</sup> Cato] De Re Rust. cap. 156. et 157. ubi de brassica.

<sup>p</sup> Nequam esse] Hoc est, parum frugi, nec ad rem augendam satis acrem, ut recte Budæus lib. III. fol. 68.

<sup>q</sup> Dicebatur] Sic etiam Mss. non dicabatur.

<sup>r</sup> Quippe e carnario, aut macello] Carnarium dicebatur is locus, ubi carnes; macellum vero nunc, ubi olera distrahebantur. Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 35. 'Forum olitorum: hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiam nunc Laco-

nunc, maxime probabant, damnantes pulmentaria, quæ egerent alio pulmentario: id erat oleo parcere; nam gari<sup>s</sup> desideria etiam in exprobratione erant. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res et parata semper: unde et acetaria<sup>t</sup> appellantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, et quæ minime accenderent desiderium panis. Pars eorum<sup>u</sup> ad condimenta pertinens fatetur domi versuram fieri solitam: atque non Indicum piper quæsitum, quæque trans maria petimus. Jam quoque in fenestris<sup>22</sup> suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant, antequam præfigi prospectus<sup>d v</sup> omnes coëgit multitudinis innumeræ<sup>23</sup>

<sup>d</sup> *Præcludi pergulas vel fenestras, quibus prospectus pateret in vicum.*



asse. Sed nec, &c.—22 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' Brotier. *Jam in fenestris* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—23 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *omnis c. m. innumeratæ*

#### NOTÆ

dæmonii vocant *μακελλώτας*, sed Iones ostia hortorum et castelli, *μακέλλους*. Secundum Tiberim ad Junium Forum piscarium... Hæc omnia postquam contracta in unum locum quæ ad victum pertinebant, et ædificatus locus, appellatum Macellum, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit hortus, &c.

<sup>s</sup> *Nam gari*] De garo dicemus xxxi. 43.

<sup>t</sup> *Unde et acetaria*] Olera sunt, quæ cruda sumuntur ex aceto.

<sup>u</sup> *Pars eorum*] Hortorum scilicet. Ut piper Indicum et condimenta trans mare nascentia sibi gulæ proceres compararent, cogebantur plerumque versuram foris facere, hoc est, pecuniam aliunde mutuari. At homines frugi et sobrios, qui condimentis in horto suo nascentibus erant contenti, domi versuram facere dixit

eleganter Plinius, quasi qui domo sumerent, non ex aliena arca, quo cibos suos condirent. Hæc Salsmasii interpretatio est, in Confut. Cercoëtii, p. 119. Multo simplicior veriorque Petavii in Mastigoph. II. p. 10. Eleganter ille, inquit, versuram domi facere, hoc est, ab horto fœnerari scribit eum, qui ut gulæ, tanquam *δανεισθῆ*, satisfaciatur, non ab alio quam ab horto suo mutuum accipit. Ita versura proprie est creditoris mutatio.

<sup>v</sup> *Præfigi prospectus*] Præfigere interdum præcludere est. Cains, in Digest. lib. VIII. tit. 3. de servitutibus urbanorum prædiorum, lege 6. Hæc autem jura: 'Veluti si ædes tuæ,' inquit, 'ædibus meis serviant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum ædium officiantur: et ego per statutum tempus fenestras meas præ-

sæva latrocinatio. Quamobrem sit aliquis et his honos, neve auctoritatem rebus vilitas adimat,<sup>24</sup> cum præsertim etiam cognomina procerum inde nata videamus: Lactucinosque in Valeria familia<sup>25</sup> non puduisse appellari: et contingat aliqua gratia operæ<sup>26</sup> curæque nostræ, Virgilio quoque<sup>x</sup> confesso, quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.

XX. Hortos villæ jungendos non est dubium, riguosque maxime habendos, si contingat, præfluo<sup>1</sup> amne: si minus, e puteo rota,<sup>2a</sup> organisve pneumaticis,<sup>b</sup> vel tollenonum haustu rigandos. Solum proscindendum a Favonio: in autumnum præparandum est post<sup>3</sup> XIV. dies, iterandum-

//////////

Gronov. et vulgg. *omneis*, &c. Dalec.—24 Ita codd. Hardnini et Dalec. cum edd. Hardniu. 1. 2. 3. et recentt. *vilitas eximat* Chiffi. *utilitas adimat* Gronov. et vulgg.—25 'Alii, provincia. Lego, *prosapia*.' Dalec.—26 Cod. Dalec. *operi*.

CAP. XX. 1 Ita codd. Hardnini et Dalec. cum edd. Hardniu. 1. 2. 3. et recentt. *perfluo* Vet. Dalec. *profluo* Gronov.—2 Ita Turneb. Hardniu. 1. 2. 3. et recentt. *pertica* Gronov. et vulgg. Mox, pro *pneumaticis*, quod servant Vet. Dalec. Turneb. Hardniu. 1. 2. 3. et recentt. *neumaticis* legitur in Gronov. et al. vett. Deinde, Vet. Dalec. *vel tollonum*.—3 *Favonio in autumnum properantibus, et post* cod. Dalec.

#### NOTÆ

fixas habnero, vel obstruxero, ita demum jus menm amitto,' &c. Virg. Georg. III. 'Multi jam excretos prohibent a matribus hædos, Primaque ferratis præfigunt ora capistris.' Prospectus vero pergula est, seu fenestra, seu quilibet situs altus, unde prospicere in vicum licet. Infra XXI. 7. 'Populus, qua præferebatur funus, flores e prospectu omni sparsit.

<sup>w</sup> *In Valeria familia*] Vel gente potius: qua in gente plures familiæ fuerunt agnominibus distinctæ: Volusiorum, qui et Publicolæ postea appellati: Maximorum, in quibus Lactucæ seu Lactueini. Apud Diodor. lib. XII. p. 74. Consul legitur M. Valerius Lactuca: Μάρκων Ουαλέριον Λακτοῦκαν vocat. Eidem et Maximi cognomen fuit: gessit Consulatam anno

Urbs CXCXVIII.

<sup>x</sup> *Virgilio quoque*] Georg. IV. 6. 'In tenni labor.'

<sup>a</sup> *E puteo rota*] Sic recte Turnebus, ex Mss. vestigiis, Advers. XI. 20. cum prius *pertica* insulse legeretur. Rota ea machina est ad hauriendam aquam, quæ a Vitruvio describitur cum tympano, X. 9.

<sup>b</sup> *Pneumaticis*] Inter machinarum genera *πνευματικὸν* fuit, seu *spiritalis*, quod vi flatus ac spiritus aquam hauriret et attraheret: cujusmodi fistulæ nostræ sunt, vulgo *Pompes*. Aliud *κηλάνειον* appellatum, juxta puteos positum, ad hauriendam facilius aquam, alteram partem prægravante pondere: tollenonem pariter vocat Festus et Vegetius: Galli, *une Bascule*. Vide Vegetium IV. 21.

que ante brumam. Octo jugerum operis palari<sup>c</sup> justum est,<sup>a</sup> fimum tres pedes alte cum terra misceri, arcis distinguui, easque resupinis pulvinorum toris,<sup>d</sup> ambiri singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini, scatebrisque decursus.

XXI. In hortis nascentium alia bulbo<sup>e</sup> commendantur, alia capite,<sup>f</sup> alia caule,<sup>g</sup> alia folio, alia utroque, alia semine, alia cortice,<sup>h</sup> alia cute, aut cartilagine, alia carne,<sup>i</sup> alia tunicis<sup>j</sup> carnosis.

XXII. Aliorum fructus in terra est, aliorum et extra,<sup>l</sup> aliorum non nisi extra. Quædam jacent crescuntque, ut cucurbitæ et cucumis. Eadem pendent, quanquam graviora multo etiam iis quæ in arboribus gignuntur: sed cucumis<sup>2</sup> cartilagine. Cortex huic uni maturitate transit in lignum. Terra conduntur raphani, napique, et rapa: atque alio mo-

<sup>a</sup> Operas octo jugerum unum pastinare æquum est.

//////////

CAP. XXII. 1 Hæc verba, *aliorum et extra*, desunt in cod. Dalec.—2 *Pla-*

#### NOTE

<sup>c</sup> *Palari*] Hoc est, ut Plinius ait XVIII. 8. verti pala, seu pastinari. Est enim pala rusticum instrumentum ad fodiendam terram.

<sup>d</sup> *Pulvinorum toris*] Sic XVII. 35. ‘Pulvinatis a devexitate labris.’ Pulvinus dicitur areolæ terra elata inter duos sulcos in hortis, a similitudine pulvinorum in quibus sedemus: idcirco et torus dicitur. *Couche de jardin: de melons, de concombres, &c.*

<sup>e</sup> *Alia bulbo*] Rotundæ radices suis membranis tunicatæ, bulbi nominantur: sive pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente: sive quadantenus distinctæ separentur: qualis sunt croci, liliorum, narcissi, scillæ, arundinum. Hæ bulbosæ radices sic sub terra crescunt, ut ad novam quotannis sobolem decerpi

aliqua portio possit.

<sup>f</sup> *Alia capite*] Id quod sursum deorsumve in globum extuberat, aut in orbem glomeratur, caput dici consuevit: ut in papavere: si magnitudiue cesserit, capitulum: a quo multa herbarum capitulata visuntur fastigia. Radices nonnullæ, ut porri et ceparum, extuberant in capita: unde et capitatum porrum sibi nomen arrogavit.

<sup>g</sup> *Alia caule*] Quem et scapum Latini vocant.

<sup>h</sup> *Alia cortice*] Cortice, ut cucurbitæ: cortice et cartilagine, raphani: ut dicitur inferius, c. 26.

<sup>i</sup> *Alia carne*] Ut poma, pira, pepones.

<sup>j</sup> *Alia tunicis*] Ut cepæ.

do inulæ,<sup>3</sup> siser, pastinacæ. Quædam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas. Namque tradunt<sup>k</sup> auctores, in Arabia malvas<sup>4</sup> septimo mense arborescere, baculorumque usum<sup>5</sup> præbere extemplo. Sed et arbor est malva in Mauretania Lixi oppidi æstuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur cc. passibus ab Oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt. Ipsa altitudinis pedum xx. crassitudinis quam circumplecti nemo possit. In simili genere habebitur et cannabis.<sup>1</sup> Necnon et carnosa aliqua<sup>6</sup> appellabimus, ut spongas<sup>m</sup> in humore pratorum enascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumque natura diximus,<sup>n</sup> et alio genere tuberum paulo ante.<sup>o</sup>

XXIII. (v.) Cartilaginci<sup>r</sup> generis, extraque terram est cucumis,<sup>a</sup> mira voluptate Tiberio<sup>b</sup> principi expetitus.



cet cucumis Vet. Dalec.—3 'Atque alio modo inulæ] Ita quidem libri omnes. Vix tamen sensum habent, atque alio modo. Placet plurimum conjectura eruditi Petavii emendantis, cæpe, allia, inulæ.' Brotier.—4 Dalec. in Arabia eas.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. baculorum usum Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Vet. Dalec. præbentes.—6 Dalec. alia.

CAP. XXIII. 1 Cartilaginum Chiffi.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Namque tradunt] Theophr. Hist. 1. 5.

<sup>1</sup> Et cannabis] Et beta quoque, si Theophrasto fides, loc. cit.

<sup>m</sup> Ut spongas] Conservam intelligit, de qua xxvii. 45.

<sup>n</sup> Diximus] Lib. xvi. c. 11.

<sup>o</sup> Paulo ante] Cap. 11. 12. 13. et 14. hujus libri.

<sup>a</sup> Cucumis] Ut apud Græcos σίκκος, sic apud Latinos cucumis late patet significatus est: nam et quos proprie cucumeres appellamus, Concombres: et pepones, Pompons: et melones denique complectitur, Melons. Cum magnitudine excesserunt, aut in longitudinem processerunt, quales multis locis nascuntur, pepones quondam vocari cœperunt, ut inter omnes constat, a maturitate ducto nomine: ita ut veri cucumeres, qui quanto matu-

rescunt magis, tanto solidiore cartilagine constant, lignosaque crusta durantur, in pristinae nomenclationis ambage remanserint. Sed qui jam mites ac teneri maturitate flaccescunt, pristino nomine defuncti, pepones dici voluerunt: quasi mites et maturitate teneri cucumeres. Sed cum formam et effigiem mali referunt, et humi rotundantur, melopepones Græci vocant, facto ex pepone et malo nomine: quasi inter eos nihil nisi figuræ varietas intersit. Ita fere Ruellius lib. 1. p. 87.

<sup>b</sup> Tiberio] Columella xi. 3. p. 402. 'Possunt etiam cucumeres, si sit operæ pretium, vasis majoribus rotulæ subjici, quo minore labore producantur, et rursus intra tecta recipiantur. Sed nihilominus specularibus integri debebunt, ut etiam frigidibus,

Nulla quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos<sup>c</sup> promoventibus in Solem rotis olitoribus: rursusque hybernis diebus intra specularium<sup>d</sup> munimenta revocantibus. Quin lacte<sup>2</sup> mulso<sup>e</sup> semine eorum biduo macerato, apud antiquos Græciæ<sup>f</sup> auctores scriptum est seri oportere, ut dulciores fiant. Crescunt<sup>g</sup> qua coguntur forma. In Italia virides, et quam minimi: in provinciis quam maximi: et cerini,<sup>3</sup> aut nigri. Placent copiosissimi Africae, grandissimi Mœsiæ: cum magnitudine<sup>4</sup> excessere, pepones vocantur. Vivunt hausti<sup>1</sup> in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis, non insalubres tamen plurimum.

//////////

Quin et lacte edd. vett. et Gronov.—3 Codd. bini Dalec. et cirimi; Chiff. et cerici; Gronov. et vulgg. et citrini; Harduin. et recentt. et cerini. Vid. Nott.

#### NOTÆ

serenis diebus, tuto producantur ad Solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Cæsari cucumis parabatur. Nos autem levioere opera,' &c. Gustus illa insignis voluptas Tiberio ex-petita, meloni nostro, quam cucumeri, aptius competit.

<sup>c</sup> Pensiles ... hortos] Sic vasa majora vocat, Gallis *des Caisses*, cujusmodi fere sunt, quibus aureæ mali continentur.

<sup>d</sup> Intra specularium] De specularibus dicemus xxxvi. 45. Horum vicem ac similitudinem referunt vasa vitrea, quibus melones integimus: *des Cloches*. Lepide conqueritur Martialis viii. 14. se pejus ab amico exceptum, quam soleat esse hortus pensilis, in quo tenera arborum semina sunt: ut qui non haberet in cella specularia, quibus vim ventorum, et injuria temporum propulsaret.

<sup>e</sup> Quin lacte mulso] Hoc est, lacte in quo mel additum. Colum. loc. cit. p. 401. 'Cucumis tener et jucundissimus fit, si antequam seras, semen ejus lacte maceres: nonnulli etiam, quo dulcior existat, aqua mulsa idem

faciunt.' Palladius lib. iv. in Martio, tit. 9. p. 88. 'Nunc melones serendi rarius ... semina mulso et lacte per triduum maceranda sunt, et tunc jam siccata ponenda: hinc suaves efficiuntur. Odorati autem fiunt,' &c.

<sup>f</sup> Apud antiquos Græciæ] Theophr. Hist. vii. 1. et de Causis iii. 12. p. 277. Hodieque id fit in satu nostrorum melonum: quorum genus illud, quod dulcedinem gustui repræsentat, vulgus inde 'Sucrinos,' quasi saccharinos, appellat: *Melons sucrés*. Hæc præmaceratio seminis in cucumerum nostratum satu non adhibetur.

<sup>g</sup> Crescunt] Pallad. loc. cit. de cucumere: 'Si ejus florem sicut in sua vite est, in forma fictili clauseris, ac ligaveris, qualem vultum forma vel hominis vel animalis habuerit, talem cucumis figuram præstabit.'

<sup>h</sup> Et cerini] Sic recte Thuanæus codex: minus recte prius *citrini* legebatur. De ea voce egimus xv. 12.

<sup>i</sup> Vivunt hausti] Vide Athenæum l. iii. p. 74. ubi eadem de cucumere Diphilus Siphnius Medicus fere commemorat, quæ Plinius.



Natura oleum<sup>5</sup> odere mire: nec minus aquas diligunt. Desecti<sup>6</sup> quoque ad eas modice distantes arrepunt: aut si quid obstet, versi pandantur, curvanturque: id<sup>7</sup> vel una nocteprehenditur, si vas cum aqua<sup>j</sup> subjiciatur a quatuor digitorum intervallo, descendentibus ante posterum diem: at si oleum<sup>k</sup> eodem modo sit,<sup>8</sup> in hamos curvatis. Iidem in fistula<sup>l</sup> flore<sup>9</sup> demisso, mira longitudine crescant. Ecce cum maxime nova forma eorum in Campania provenit<sup>10</sup> mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox semine ex illo genus factum: melopeponas<sup>m</sup> vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum in his,<sup>n</sup> præter figuram coloremque, et odorem, quod maturitatem adepti, quanquam non pendent, statim a pediculo recedunt. Columella<sup>o</sup> suum tradit commentum, ut toto anno contingant:<sup>a</sup> Fruticem rubi quam vastissimum in apricum locum transferre, et recidere, duum

<sup>a</sup> *Excogitatum a se rationem, ut melopeponas toto anno habere liceat.*



Var.—4 Dalec. longitudine.—5 Vet. Dalec. *queunt: in cibis non insalubres, tamen plurimum natant: oleum.*—6 Defecti cod. Dalec. *Dejecti alii ap. eundem.*—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adrepunt: contra oleum refugiunt: aut si quid obstet vel si pendeant, curvantur: idque Gronov. et al. vett. 'Hæc clausula, contra oleum refugiunt, deest in codd. versi pendeant (lego, versi pandantur) curvanturque: id vel u. n. deprehendetur Ms.'* Dalec.—8 Dalec. *subjectura sit.*—9 Cassianus cap. 19. *fructu*; Palladius cap. 9. *Martii, flore.*—10 Dalec.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Si vas cum aqua*] Palladius loc. cit. p. 89. de cucumeribus: 'Longi,' inquit, 'et teneri cucumeres fiunt, si aquam in patenti vasculo sub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad quam festinando tales efficiuntur.'

<sup>k</sup> *At si oleum*] Palladius loc. cit. de cucumere: 'Oleum sic metuit, ut si juxta posueris, velut hamus plicetur.'

<sup>l</sup> *Iidem in fistula*] Palladius loc. cit. 'Aliqui florem cucumeris cum viticulae suæ capite cannæ inserunt, cui prius omnes nodos perforaverint: ibi cucumis nascetur in nimiam longitu-

dinem tensus.'

<sup>m</sup> *Melopeponas*] Alii melones, ut diximus, quasi *μήλωνας*, id est, *πομοσος*: quod fere nomen in omnem Italiam et Galliam abiit. Melones Hostienses laudat Julius Capitol. in Albino, pag. 83. A Theophr. *σίκνοι*, a Julio Polluce quandoque *σπερματίας*, quasi *seminarii*, nominantur. Et Hesychius: *Σικυδος σπερματίας, ὃν ἡμεῖς μηλοπέπωνα.*

<sup>n</sup> *Mirum in his*] In melonibus.

<sup>o</sup> *Columella*] De Re Rust. xi. 3. pag. 402. et ex Columella Palladius lib. iv. in Martio, tit. 9. p. 89.

digitorum relictâ stirpe, circa vernalis æquinoctium: ita in medulla rubi semine cucumeris insito, terra minuta fimoque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Græci<sup>p</sup> tria genera fecere: Laconicum,<sup>11</sup> Scythicum, Bœoticum. Ex his tantum Laconicum<sup>q</sup> aqua gaudere. Sunt qui herba,<sup>r</sup> quæ vocatur culix nomine, trita, semen eorum maceratum seri jubeant, ut sine semine nascantur.

XXIV. Similis et cucurbitis<sup>a</sup> natura, duntaxat in nascendo. Æque hyemem odere. Amant<sup>t b</sup> rigua ac fimum. Seruntur ambo<sup>c</sup> semine in terra sesquipedali fossura, inter æquinoctium vernalis, et solstitium: Parilibus<sup>d</sup> tamen aptissime. Aliqui malunt ex Kalendis Martii cucurbitas, et Nonis cucumeres, et per Quinquatrus<sup>e</sup> serere, simili modo reptantibus flagellis scandentes parietum<sup>2</sup> aspera in tectum usque, natura sublimitatis avida. Vires sine admini-

provenerit.—11 *Laconicam* Constantinus. *Scythicam*, *Bœoticam* Turneb. fœmin. genere.

CAP. XXIV. 1 *Amat* Gronov.—2 *Chiffi*, per *artecum*.—3 *Vet. Dalec. leni*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Cucumerum Græci*] Hæc a Theophr. Hist. vii. 4. ubi hæc cucumerum genera tria, Λακωνικὸς, Σκυθαλίος, Βοιωτικός.

<sup>q</sup> *Ex his tantum Lacon.*] Ex his Laconicum melius rigatum provenire: reliqua non rigata præstantiora esse: τούτων δὲ ὁ μὲν Λακωνικὸς ὑδρευόμενος βελτίων· οἱ δὲ ἕτεροι ἀνύδρευτοι. Theophr. loc. cit.

<sup>r</sup> *Sunt qui herba*] Pallad. loc. cit. de cucumeribus: 'Sine semine nascentur, si prius eorum semina oleo sabino perungantur, et herba ea quæ culix dicitur, trita confricentur.' Ubi pro 'oleo sabino,' legimus, 'oleo sesamino,' ex auctore Geopon. eadem referente, xii. 19. p. 341. Culix porro forsitan eadem est quæ ψύλλιον et pulicaris dicitur, *l'herbe aux puces*. Hosce cucumeres ex eventu rei εὐνο-

χίας appellat Plato Comicus apud Athen. lib. ii. p. 68.

<sup>a</sup> *Similis et cucurbitis*] Vulgo, *Courges*, ou *Calbasses*.

<sup>b</sup> *Amant*] Pallad. loc. cit. p. 91.

<sup>c</sup> *Seruntur ambo*] Cucumeres, cucurbitæque. Pallad. loc. cit.

<sup>d</sup> *Parilibus*] Ita libri omnes, etiam Mss. Sic xviii. 66. *Parilicium* scribi monuimus oportere, non *Palilicium*. Auctor Marius Victorinus *Artis Gram.* lib. i. p. 2470. 'Parilia dicuntur, non Palilia: non a Pale Dea, sed quod eo tempore omnia sata, arboresque, et herbæ parturiant, pariantque.'

<sup>e</sup> *Per Quinquatrus*] Columella xi. 3. p. 402. de cucumere: 'Satio secunda ejus seminis Quinquatribus observatur.' De Quinquatribus dixi xviii. 56.



The first part of the history of the  
 world is the history of the  
 creation of the world, and the  
 history of the world from the  
 beginning of time to the  
 present. The second part of the  
 history of the world is the  
 history of the world from the  
 present to the future. The third  
 part of the history of the world  
 is the history of the world from  
 the future to the end of time.

The history of the world is a  
 long and interesting story, and  
 it is one that we should all  
 know. It is a story that has  
 shaped the world as we know  
 it today, and it is a story that  
 will continue to shape the world  
 in the future.

CHAPTER I

The first part of the history of the  
 world is the history of the  
 creation of the world, and the  
 history of the world from the  
 beginning of time to the  
 present.

The second part of the history of the  
 world is the history of the world  
 from the present to the future.  
 The third part of the history of the  
 world is the history of the world  
 from the future to the end of time.


The history of the world is a  
 long and interesting story, and  
 it is one that we should all  
 know. It is a story that has  
 shaped the world as we know  
 it today, and it is a story that  
 will continue to shape the world  
 in the future.

The history of the world is a  
 long and interesting story, and  
 it is one that we should all  
 know. It is a story that has  
 shaped the world as we know  
 it today, and it is a story that  
 will continue to shape the world  
 in the future.

The history of the world is a  
 long and interesting story, and  
 it is one that we should all  
 know. It is a story that has  
 shaped the world as we know  
 it today, and it is a story that  
 will continue to shape the world  
 in the future.

The history of the world is a  
 long and interesting story, and  
 it is one that we should all  
 know. It is a story that has  
 shaped the world as we know  
 it today, and it is a story that  
 will continue to shape the world  
 in the future.







UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 054 895 8

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

7

